REPERTORIUM SENTENTIARUM, REGULARUM, CONCLUSIONUM, ITEMQUE...

Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
17 A
22

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-14. Gr. 18

20.5.10
2 C 1d
2 C 47

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Repertorii

SENTENTIARVM, REGVLARVM, CONCLVSIONVM, ITEMQVE AXIOMATVM, SIVE LOCORVM COMMVnium, ex vniuerso Iuris vtriusque corpore, glossis etiam atque interpretum, tàm veterum quàm recentium tractatibus, lecturis, & consiliis, summo studio, maximoque labore, & industriâ recens collecti & adornati

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

A

SEBASTIANO HORNMOLDO I.V.D. & Illustrissimi Principis VVürtembergici Consiliario, &c.

TOMVS SECVNDVS.

OPVS OMNIBVS CVIVSCVNQVE ordinis aut loci Iuris peritis, præsertim verò praxin forensem sectantibus, non tantùm accommodatissimum, sed & apprimè vtile, maximèque necessarium.

Cum Gratia & Priuilegio Cæs. Maiest.

IN NOBILI SPIRA,

Excudebat Augustinus Scheiderus,

Sumptibus Simonis Güntheri & Heliæ Kembachii.

M. DC. IX.

Digitized by Google

INSIGNIA HORNMOLDIANA.

BIBLIOTECA
ROMA
TORIO EMANUE

IN INSIGNIA HORNMOLDIANA.

I.

QVALE gerunt Venatores, Hercynides antræ
Lustrantes, gens vestra gerit præclarum Cornu,
HORNMOLDI, pater & fili, scuto galeaque
Ornamentum ingens. Fama est, Erymanthide silua
Vastatoris apri rostrum dum quæreret vltor,
Amphitryoniden simili insonuisse cantore.
Incititote ipsi pariter fugiet fera quæuis
Bestia, præcipue monstrosa alius nec inaudax.

Barbaries. Eludor, an indigitabit vtrumque
Victorem, velut Alciden, stirps sera nepotum.

Paul. Melissus Fr. Com. Pal. & Eq. ciuis Rom.

II.

CVR Hornmoldorum referunt Insignia Cornu,
Venator vel equos corpore quale gerit?
Symbolon est parti magnis in rebus honoris,
Quem tota celebris buccinat Orbe sonus.
Implet honos terras virtutibus, arte paratus
Militiâque, rogum nec superare sinit.
Cur sursum tendit fulgens caput ære sagitta?
Præfixum metæ prompta ferire locum.
Cur pharetrâ quoties depromunt corde sagittas?
Prosternunt hostes præcipitantque dolos.
In cunctis quod opus non segnes dicere causis,
Consiliis animo præsidiisque valent.
Cognitione sacri dum præstant, Iuris abundè,
Imperii membris Cæsaribusque vacant.
Munere Cæsareo præstant fulgente coronam
Ex auro, galeæ qua decoratur apex.
Laudibus æternis, æterno dignus honore,
Consiliis promptis præsidiisque bonus.

Ioan. Lauterbachius. P. L.

III.

QVAM bene conueniunt studium clypeique figuræ,
Hornmolde, Aönii gloria blanda Chori!
Magnanimus clypeo pinxit tibi Cæsar auito,
Cornua quæ rauco perstrepuêre sono.
Exornans galeam gemmis rutilante coronâ,
Quodque petit telo cuspide summa vago.
Crede mihi fatûm compulsus nomine Cæsar
Hoc Hormoldiacas auxit honore domos.
Nam veluti Cornu sentit, si tela vel hostes
Præmonet, & summâ perstrepit arce vigil:
Sic vbi tela volant iniustæ plurima causæ,
Vos iuuat hæc Iuris præmonuisse sono.

Nec

Digitized by Google

Nec fruſtrà: vigili nam parta labore corona
Picta ſub orbe nitet, vera repoſta polo.

M. Iacob. Zükuuolf. P.C.

IIII.

ECQVID *Buccina, quid notat ſagitta?*
Res grauis celeri manu peractas.
HORNMOLDIS *monumenta ſunt dicata hæc,*
In vitâ quoniam actionibuſque
Prudentes grauioribuſque rebus,
Et finem citò prenſitant ſcopumque:
Quin & Cæſaris hinc benignitate
Nomen Nobilitatis aſſequuti,
Caſſis verò patens, corono fulgens,
Virtutum decus omne promerentur.

Laur. Friſæus. P.L.

IIII.

VT *primùm Hormolda mihi miſſa Inſignia gentis*
Venerunt oculis conſpicienda meis;
Obuia frons, inquam, galeâ ſignatur apertâ,
Nobile virtutum eſt ſuaua corona decus.
Mirabor, Cornu quid Venatoris in armis
Eſſet, qua melius condecoraret olor.
Sed res cùm propius fuerat ſpectata, celébris
Fama apparebat cornua habere notas,
Quippe ſua Hormoldos fama ad ſublimia Corna
Nubila iampridem, res manifeſta, tulit.
Adſpiciens etiam celsâ ſtans caſſide telum,
Quid vellet primùm, non bene certus eram.
Nunc Martis robur, nunc eſſe Cupidinis illud,
Nunc ſignum nemorum Diua Dina tuum.
Tandem ex Phœbais vnam auguror eſſe ſagittis,
Quæis olim Python præcipitatus humi eſt.
Hanc Hormolda ſuis ſine hoc gens monſtrat in armis,
Vt turpem moneat ſpernere barbariem.

And. Henæus. P.L.

V.

ES deut das Posthorn vnd der pfeil
Ein ernstlich sach in schneller eil
Den Hornmolten zum wapen geben/
Weil sie in jhrem thun vnd leben/
Fürsichtig/ weiß/ in hohen sachen
Zu dem zweck bald ein endschafft machen.
Das Kayserliche Mayestat
Deßhalben sie geadlet hat/
Mit einem offnen helm vnd Cron/
Welchs alles ist der tugent lohn.

Idem Frisæus.

V.

SI miles mihi Deliæ vocatus
Esses, cum tua signa iam viderem
Primò, non adeò, SEBASTE, multum
Erratum puto maximè fuisset.
Nam Venatores inquietus; at cui
Cordi præ nemorum abditis latébris,
Errantumque habitaculis ferarum,
Sunt Augustæ Academiæ, librorum
Exhedræ, fora, Curiæ, tribunal,
Et quæ sunt loca cumque plena mellis
Musæi, ac stimulis referta Legum.
Hæ silvæ tibi perplacent; in his tu
Cinctus ingenii beatioris
Telis non sine laude iniquitates
Multas barbariemque prapotenter
Sternis, atque ita in omne permanentes
Aëuum consequeris deinde honores.

Idem Henæus.

VI.

QVID notet hoc Cornu, mihi die mea Musa, Veredi?
Ingenii robur peruigilemque animum.
Sed quid ad astra petens transuerso cuspide telum?
Consilium velox grandeque finis amans.

Cur

Cur diadema nitens galeâ prafulget aperta.
Id facit eximius Nobilitatis honos.
Hac Hornmoldorum sunt symbola digna virorum
Cæsareâ pridem quippe parata manu.

Idem Frischius.

VI.

DE telo lis est agitata, SEBASTE, supremo.
In galeâ quod gens vertice vestra gerit.
Belliger esse suum Mars dicit: dicit & illud
Idalia soboles esse Cupido suum.
Delia neutri horum cedens, de munere nostro
Telum hoc cum Cornu gens habet ista, refert.
Phœbus idem tribui quàmquam sibi poscat, & unum
Ex his, queis Python stratus, id esse velit.
Attamen absistamus, ait, contendere: telum
Acceptum nobis omnibus esse ferunt. (STVM

HORNMOLDI, *Vt reliquos taceam modò, nonne* SEBA-
Armis ornatum cernitis esse meis,
Vatem nempe bonum: tamen inter bellica vitam
Telá simul, Tulli more, togatus agit,
Non auersatur tua tela Cupido, iugalis
Sed vita in licito qua iacis usque toro.
Idem etiam laudum est, nec non venator honorum:
Illas dat virtus, has labor assiduus
Hinc ego: quàm felix! ô & quàm nobile telum hoc,
Quod tam coniunctá Di tribuêre manu!

Idem Henæus.

VII.

CORNV nomen habes, feriis quibus improbus error
Non sinit officii commeminisse sui.
Hinc fluet, & meritò, de nomine Copia Cornu.
At quæ ita quod nomen prædicat, omen erit.

Salom. Frenzelius. P. L.

VIII.

CVR *Montanicolæ cornu telumque Diana*
Stemmatis Hornmoldi Martia signa gerunt.

In Cornu Triuiæ cuſtodia fida notatur,
Quæ vigilat pro lege & grege ſancta Themis.
Pingitur in telo ſapidæ facundia linguæ,
Quæ penetrans fixo pectore linquit acum.
Scilicet hanc ſolers Iuris prudentia fundat,
Tùm facile in caſſes præda petita cadit.

M. Ioan. Mylius.

VIII.

DVM *Venator eget Cornu iaculoque latentem*
Indagaturus per nemora alta feram;
Cæſaris hæc meritò domus Hornmoldæa datoris
Exhibet in clypeo ſigna venuſta ſuo.
Virtutum in ſiluâ Pietatem excíuit, eandem
Obtinuit telo cor penetrante ſibi.
Cornu, vota, fidem deſignat miſſile ferrum,
His capitur Pietas, his retinenda datur.

Idem Mylius.

IX.

EN *Hornmoldia dum reſeratæ caſſidis arma,*
Armis ſiluicolæ nobilitata Dicæ.
Quîs fidei, Sophiæ, Cluûs ſanctæque Themiſtos
Signatur ſtudium continuuſque labor.
Quæque ſuos habitat, ſinuoſa volumina, ſaltus,
Cornua vbique ſonent, vndique tela volent.
Tunc bona conueniet vigili captura labori,
Regificum in galeâ quod diadema probat.

Idem Mylius.

X.

Sebaſtianus Hornmoldus.
Multis ſudas, honor beans.

DVM multis ſudas, *præclare Sebaſte, Themiſtòs*
Eſt honor, *auguſtum te, fora, iura* beans.
In ſeruis aliis, conſumeris ipſe, caleſcis
Fax ô amore DEI, *lux ô amore Dicæ!*

Idem Mylius.

Ga-

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

GAbella non ſoluitur de contractu nullo. *Bald. l. 2. C. de Euict.*

Gabellarum impoſitionem etiam forenſes ignorare non debent. *l. interdum §. licet. ff. de pub. & vect.*

Gabella in contractibus emptionum per emptores ſolui omninò debet. *Bal. rubr. c ſi cert. pet. nu. 4.*

Gabella non ſoluitur de iis rebus quæ pro victu portantur. *l. publicanus. §. de reb ff. de public.*

Gabella non ſoluitur de legato facto pro reſtitutione malè ablatorum *Bal. l ſi ſeruo. ff. de har. inſt.*

Gabellas vel aliqua pedagia non tenetur ſoluere clericus de proprio patrimonio. *clem. præſenti. de cenſib.*

Gabellarum edictum habet locum etiam pro rebus quæ non vehuntur de loco ad locum. *Sal. l. vectigalia. C. nou vect.*

Gabellæ nomine etiam tributum comprehenditur. *gl. & DD. l. Imperatores. ff. de publican.*

Gabella pro rebus mobilibus tantùm debetur. *l. 2. §. ſi quid. ff. de her. vel act. vend.*

10. Gabella debet ſolui tantum de eo, quod ſupereſt, deducto omni onere. *l. non amplius ff. de leg. 1.*

Gabella noua dicitur, ſiue de nouo imponatur, ſiue vltra ſolitum minuatur vel augeatur. *l vectigalia. in pr. ff de publ. & vect.*

Gabellarum exigendarum ius arguit imperium. *Soc. conſ. 187. vol. 2.*

Gabellæ à ſolo Principe imponuntur. *l. fin. C. no. vect.*

Gabellæ à Rege ſuperiorem non recognoſcente, imponi poſſunt. *Sal. l. vectigalia. C. eod.*

Gabellæ à Barone regis imponi non poſſunt. *Flor. l. filia nuptura. ff. famil. herciſc.*

Gabellæ per Ciuitatem non recognoſcantem ſuperiorem poſſunt imponi. *Sal. l. vectigalia. C. nou. vect.*

Gabella noua, si colligatur per Ciuitates contra iuris formam, debet restitui. *l. non solent. ff. de publ.*

Gabellæ per Castella & villas Ciuitati subiectas non possunt imponi. *Bal. l. fin. C. nou. vect.*

Gabellarum iuris concessio facta à Principe alicui loco grauato aliis oneribus & pedagiis, non valet. *Io. And. add. Spec. de cauſ. prop. & poſſ. §. 1. V. quid de colligentibus.*

20. Gabellarum ius inducitur etiam consuetudine tanti temporis, quod non sit memoria in contrarium, sicut priuilegium. *c. innouamus. de cenſib.*

Gabellarum ius quæsitum perditur præscriptione longissimi temporis. *Bar. l. licitatio ff. de publ.*

Gabellarum ius ex præscriptione acquiritur territorio, non personis. *Bal. c. 1. col. 3. quæ ſint regal.*

Gabellarum iuris q. possessio vel iurisdictio retinetur animo. *Bar. l. iuſto. §. non mutat. ff. de vſucap.*

Gabellarum iuris q. possessio dicitur habere causam continuam. *ibid.*

Gabellarum iuris præscriptio procedit tantum in illis rebus de quibus consueuit solui gabella, non de aliis. *Bar. l. ſi publicanus. §. in omnib. ff. de publ.*

Gabellarum ius concessum à Principe transit etiam ad hæredes. *Bal. l. 1. §. exceptio. C. de cad. toll.*

Gabellarum iure concesso videtur ius exigendi concessum. *Bar. l. Aquilius. ff. de donat.*

Gabellam non soluens præsumitur in dolo. *Mayner. l. contractus. n. 27. ff. de reg. iur.*

Gabellarum ius concessum alicui potest pignorari ab eo suo creditori. *Bar. l ſi is qui. §. iura ff de pig.*

30. Gabellam concedens non potest statuere aliquid, quod minuat vel infringat primam concessionem. *Corn. conſ. 181. vol. 3.*

Gabellarum locatio dicitur propriè non venditio. *Bar. l. penes. & l. fin. C. de vect. commiſſ.*

Gabellæ non possunt locari cum aliis pactis quàm solitis. *Bar. l. 1. C. de paſc. publ. lib. 11.*

Gabellarum locatio requirit subhastationem. *l. penes. C. de vect. com.*

Gabellæ locantur plus offerenti in subhastatione. *ibid.*
Gabellæ cùm subhastantur, potest offerens pœnitere. *Bar. l. licitatio. ff. de publ.*
Gabellæ cùm subhastantur, si duo sunt pares in offerendo, locus est gratificationi. *Bal. l. fin. C. de man. test.*
Gabellæ conduci possunt saluâ conscientiâ. *Bal. c. 1. qua sunt regal.*
Gabellarum locatio comprehendit etiam pœnam fraudantiam. *DD. Alex. & Cyn. l. creditor. ff. de act. empt.*
40. Gabellarii dicuntur habere ius in re. *Bar. l. vectigalia. §. non solutis. ff. de publ.*
Gabellarum conductori fit remissio ob sterilitatem. *l. si actum ff. de act. empt.*
Gabellarum emptori non fit remissio ex eo, quòd pauci transierint per territorium. *Bal. l. si ea. ff. de vsur.*
Gabellarum redditus debetur vxori vsufructuariæ bonorum viri, qui viuens conduxit gabellas. *Bal. l. 1. ff. de vsufr.* (*Bal. l. vnum. ff. de fideicom.*
Gabellas conducere possunt omnes, nisi de iure prohibiti.
Gabellas conducere nequit Clericus. *Auth. de sanctiss. Episc. §. alium.*
Gabellas non potest tutor conducere. *Bar. l. 1. C. ne tut. vel cur. vect. cond.*
Gabellas possunt plures simul conducere. *l. adeò. ff. pro Soc.*
Gabellas Iudæi conducere non possunt. *c. pen. ext. de Iud.*
Gabellariorum libris credendum est. *Bar. l. quadam. §. numularios. ff. de Edend.* (*condict. ex lege.*
50. Gabellarii tenentur edere libros suos. *Bal l. 1. C. de*
Gabellam iniustam exigens scienter tenetur actione furti. *DD. l etiam. C. de furt.*
Gabellarius auferens merces non portatas illicitè, tenetur vi bonorum raptorum, & ad duplum intra annum, *l. 2. de infamib.*
Gabellarum ius habens in territorio tenetur custodire territorium à latrunculis. *Flor. l. 1. ff. de his qui effud.*
Gabellarii sunt exẽpti à ciuitatis oneribus. *Bar. l. 1. C. qui mun. nem. se excus. lic. lib. 10.*

Gabellarii non liberantur à solutione precii cedendo bonis. *DD. l propter honorem. C. qui bon. ced. poss.*

Gabellarii domus destrui non potest ob precium non solutum, quia sit inops. *Ang. l. cetera. §. hoc Senatus. ff. de leg. 1.*

Gabellarius tenetur pro suâ familiâ, si quid fraudis in exigendo committat. *DD. l. quanta. ff. de public.*

Gabellarius agit contra hæredem fraudantis ad pœnam. *Bar. l. fraudati. 2. ff. eod.*

Gabellarii non coguntur testificari. *Spec. de teste. §. de testium. in pr.*

60. Gabellarum quis duplici munere grauari non debet. *Socyn. cons. 302. vol. 2.*

Gabella si sit soluta pro fructibus non debet iterum solui pro pensione. *Inn. c. fin. de decim.*

Gabella soluta de promissione de vendendo non debet iterum solui de venditione, quæ postea sequatur. *Cast. cons. 185. in pr.*

Gabella soluta pro contractu non debet iterum solui pro distractu. *Bal. l. 1. q. 2. C. de rescind. vend.*

Gabellæ plures solui debent, quando quis accusat pluribus nominibus. *Prat. l. si defunctus. ff. de procur.*

Gabella solui debet tempore contractûs, non existentis conditionis. *Bar. l. sancimus. C. de cons. non asp. lib 12.*

Gabella vnica solui debet, quando in dotem datur res æstimata. *Bal. l. cùm dotem. C. de iur. dot.*

Gabella solui debet in loco celebrati contractûs, licet eius conditio impleatur alibi. *Soc. cons 202. vol. 2.*

Gabella solui debet in mari, sicut in terrâ. *Bal. & Sal. l. 3. C. de naut. fœn.*

Gabella non debet solui in ponte alienato, si alienans priùs eam remiserat. *Bal. l. pen. ff. de cond. insert.*

70. Gabella debet solui per emptorem, non venditorem. *Bal. l si prædium. C. de ad. act.*

Gabellam soluere debet creditor de contractu vsurario, aliàs non. *Bal. Sal. Suz. in rub. C. de reb. cred.*

Gabellam nauta soluere non tenetur pro mercibus in nauim delatis. *Bar. l. 1. C. de nauicul. lib. 11.* Ga-

Gabellam ſoluere tenetur etiam emens fructus à clerico. *gl. & DD. clem fin. de cenſib.*

Gabellam Communitas ſoluere non debet de contractibus ſuis. *Ang. Perigl. l. licitatio. §. fiſcus ff. de publ.*

Gabellam vna Communitas alteri ſoluere debet. *Sig. nor. de Mediol. l. vectigalia. C. nou. vect.*

Gabellam ſoluere debet, etiam habens reſcriptum Principis, ne tenentur. *DD. l. omnium. C. de vect. & com.*

Gabellam dominus pro famulis ſoluere debet. *Bal. & Sal l. vſurpatione. C. eod.*

Gabellam Officiales ſoluere non tenentur in loco, vbi exercent officium. *Bar. l. athleta. ff. de excuſ. tut.*

Gabellam ſoluere non tenentur, qui habentur pro ciuibus ex formâ Statuti. *Bal. l. quod fauore. C. de LL.*

80. Gabellam ſoluere debet debitor. *Anch. clem. quamuis. in fi. de appell.*

Gabella per minorem ſolui debet, aliàs res incidit in commiſſum. *Bar. l. ex cauſa. ff. de min.*

Gabellam ſoluere non tenentur perſonæ miſerabiles. *Bertach. rep. part. 2. fol. 166. b. col. 1. poſt pr.*

Gabellam lenones de lucro meretricum ſoluere non tenentur. *Ang. Auth. de lenon. in pr.*

Gabellam miles tenetur ſoluere. *DD. l. omnib. C. de vectib.*

Gabella ſoluenda de armento non debet ſolui de pecudibus vel è contra. *Bar. l fin. C. de mil. vect. lib. 12.*

Gabella ſoluenda de quolibet animali non debet ſolui de eo, quod in vtero eſt. *Ang. l. lege la. 2. ff. ad l. Falcid.*

Gabella ſoluenda de animalibus non debet ſolui de mortuis, ſed viuis tantùm. *Bar. l. cùm de Lanionis. in pr. ff. de fund. inſtr.*

Gabella vini non dicitur fraudari venditione aceti. *Sim. Sic. conſ. incip. Statuto cauetur.*

Gabella pro rebus neceſſariis ad vſum non ſoluitur. *DD. l. vniuerſi. C. de vect.*

90. Gabella de annulis & veſtibus ſolui non debet. *Alex. l. fin. §. diuus. ff. de publ.*

Gabella ſoluenda de quantitate petitâ ſolui debet etiam

de re petitâ. *Bal. auth. generaliter. C. de Ep. & cler.*

Gabella de rebus in exercitum delatis, solui non debet. *DD. l. licitatio §. res quæ exercitui. ff. de publ.*

Gabella de rebus quæ portantur ad fiscum, solui non debet. *DD. l. vniuersi. C. de vect. & com.*

Gabella de frumento soluenda debet etiam solui de farinâ. *Ray. & Bar. l. quæsitum. §. illud. ff. de leg. 3.*

Gabella solutæ de fructibus per colonum non debet solui de pensione fundi per dominum. *DD. l. vectigalia. C. de vect.* (fariis. *l. vniuersi. C. eod.*

Gabella non debet solui de rebus ad agriculturam neces-

Gabella de salario simpliciter promisso solui non debet. *Cast. cons. 316.*

Gabella de vino soluenda non debet solui de aceto. *l. si quis vinum. § item acetum. ff. de vin. trit. & ol. leg.*

Gabella soluenda de fructibus non debet solui de fructu hominis. *Flor. l. vetus. ff. de vsufr.*

100. Gabella de fructibus soluenda non debet solui de quotidianis distributionibus. *Io. And. rub. de conceff. prabend.*

Gabella soluenda de emptione & venditione debet etiam solui de permutatione. *Bal. l. sciendum. ff. de ædil. Edict.*

Gabella soluenda de contractu alienationis debet solui de permutatione. *DD. l. fin. C. de reb. alien.*

Gabella soluenda de contractu non debet solui transactione. *Sal. & Suz. l. contractus. C. de fid. instr.*

Gabella solui debet pro quantitate contentâ in Instrumento, non secundùm quod debetur. *Flor. l in lege Aquilia. §. si quis. ff. ad l. Aquil.*

Gabella soluenda de transactione non debet solui de compromisso. *Prat. & DD. l. 1. ff. de transact.*

Gabella pro contractu extra territorium celebrato solui non debet. *Ant. de But c licet. de for. comp.*

Gabella de contractibus soluenda non debet solui de renunciatione simplici. *Bal. rub. C. de pact.*

Gabella soluenda de sententiâ non debet solui de iuramẽto & confessione. *Cuz. l. 1. ff. de confess.*

Gabel-

Gabellam fraudat transiens cum mercibus per viam non rectam & inusitatam, *DD. l. 3. C. de naut fœn.*

110. Gallinarum natura fera est. §. *16. Inst. de rer. diuis.*

Gallinæ & anseres non veniunt appellatione animalium. *Flor. & Cun. l. hac actio. ff. si quad. paup. fec. dic.*

Gallus gallinaceus debet sui in corio bouis cum simiâ & viperâ ad cruciandum paricidam in mari vel flumine proiectum. *l. Iulianus. ff. de parricid.*

Gastaldus est, qui habet curam rerum exteriorum. *Spec. de his qui al. no. in iud. inter. V. Gastaldus.*

Gaudent breuitate moderni. *gl. l. 1. ff. quod met. caus.*

Gaudet nemo inuitus. *l. soluendo. ff. de neg. gest.*

Gaudendum simplicitate. *l. cùm de indebito. ff. de prob.*

Gaza est vniuersitas bonorũ. *l. Titia. §. Lucius. ff. de leg. 2.*

Gazophilatium est locus, vbi diuitiæ reponuntur. *Abb. c. 1. de prob.*

GE.

Geminatus consensus fortius operatur. *l. cùm fidem. C. de non num. pec.*

Geminatus consensus inducit deliberationem. *l. si mulier. ff. ad SC. Vell.*

Geminatus actus non potest dici erroneus. *Cephal. cons. 674. num. 26.*

Geminatus consensus tantum operatur, quantum iuramentum. *Fel. c. postulasti. 4. col. de rescript.*

Geminatum pactum nudum parit actionem. *l. 1. ff. de constit.*

Geminatum verbum relatum ad personam inducit industriæ personam. *Bal. c. fin. de off. del. l. baliſta. ff. ad Treb.*

Geminatum tenet strictius quàm simplex. *l. cùm scimus. C. de agric. & censit. lib. 10.*

Geminatum rescriptum Principis tantum valet, quantum vnum cum clausula proprio motu. *Bal. l. nec damnosa. C. de precib. Imp. offer.*

Geminato actui nihil potest opponi. *Ceph. cons. 47. nu. 34.*

10. Geminata interlocutoria non potest reuocari. *gloss. clem. cùm à repulsione de appell.*

Geminata electio valet. *Bal. de Schism. 19. Col.*

Geminata confessio etiam extraiudicialis probat contra confitentem. *Bar. l. cùm scimus. C. de ag. & cens. lib. 10.*

Geminata fuga de carcere operatur, vt fideiussoribus non relaxetur. *l. cum lege. ff. ad Syllan.*

Geminata promissio tacit constitutum. *DD. rub. ff. de constit.*

Geminata confessio de dote recepta tollit exceptionem non numeratæ dotis *Fel. c. si cautio. de fid. instr. vlt. fall.*

Geminata verba extensionem non recipiunt. *gl. clem. 1. V. diœcesanis. de iur. patr.*

Geminata Assertio idem operatur, ac si esset iurata. *Ceph. cons. 35. nu. 11. Fel. c. si cautio. nu. 36 Ex. de fid. instr.*

Geminata Confessio est irrenocabilis, etiam respectu erroris. *Rom. cons. 346. col 2.*

Geminata fideiussio muheris post biennium excludit exceptionem Velleiani. *l. si mulier ff ad Vell.*

20. Geminata confessio extraiudicialis producit actionē. *Bar. l. cùm scimus. C. de agr. & cons. lib. 10.*

Geminata promissio semel tantum obligat. *l. quib. idem, ff. de stipul.*

Geminata confessio probat, sicut iudicialis cōfessio. *Bart, l. cùm scimus. C de agr. & cons. lib. 10.*

Geminata confessio tantum operatur, quantum iuramētum iudiciale. *DD. c. si cautio. de fid. instr.*

Geminata verba restrictionem non admittunt. *l. quinquaginta. ff. de prob.*

Geminata verba plus operantur, quàm simplicia. *l. balista. ff. ad Trebell.*

Geminata verba tantùm ad terminos habiles referenda sunt. *Rol. à Valle cons 90. nu. 14 vol. 1.*

Geminata obligatio naturalis parit actionem. *Fel. c. si cautio. de fide instr.*

Geminatio verborum enunciatiuorum facit eam disponere. *Alex. l ex hac. ff. de donat.*

Geminatio præcisam mentem disponentis declarat. *l. balista. ff. ad SC. Trebell.*

30. Gemi-

30. Geminatio actuum validat actum priorem inualidū. *l. talis Scriptura. vbi DD. & Ang ff. de leg. 1.*

Geminatio verborum inducit Canonem latæ sententiæ. *Berta Zol. consult. decis. lib. 2. cons. 293. nu. 13.*

Geminatio ex interuallo maiorem vim habet. *Eman. Soarez com. opin. lit. G nu 13. Alc. lib. 4. ff. de V. sign.*

Geminatio auget effectum siue super licito siue illicito cadat. *Bal. l. cùm scimus C. de agr. & cens. lib. 10.*

Geminatio operatur, vt veniant in dispositione quæ aliàs non venirent. *l. Balista. ff. ad Trebell.*

Geminatio habet vim clausulæ derogatiuæ. *Ant. de But. c. 1. col. 3. Ex. de rescript.*

Geminatio actus prohibiti non dat robur actui. *Bald. auth. si qua mulier C. ad Vell.*

Geminatio appellationis non nocet. *Innoc. c. delicto. de appell.*

Geminatio auget virtutem verbi. *l. balista. ff. ad Trebell.*

Geminatio vbi fuit, videtur fuisse plena deliberatio. §. *Et hoc. Auth. vt nulli iud. coll. 9.*

40. Geminatio in vulneribus habet quid excessûs. *Bar. & Bal. l licitatio. §. illicite. ff. de publ.*

Geminatio in contractibus geminatis de eâdem re arguit suspicionis fraudem. *Bal. l. emptione. C. plus val. quod agit.* (*l. qui bis idem. ff. de V. O.*

Geminatio eiusdem actus nihil vltra primum operatur.

Geminatio tollit extensionem ad casum similem. *Gozadin. c. as. 4. nu. 25.*

Geminatio arguit enixam voluntatem donantis. *Menoch. cons. 47. num. 4. vol. 1.*

Geminis sellis sedere non possumus. *Bart. Brix. quæst. veneral. 20. num. 2.*

Gemma legata ex annulo separata debetur. *l. si gemma. ff. eod tit.*

Gemmæ aliaque ornamenta vxoris, soluto matrimonio, sunt viri. *Bal. l. cum te. C. de don. ante nupt.*

Geminæ dicuntur bona mobilia. *Auth. ac nupt. §. & quia parum. col 4. vbi. Ang.*

Gemmæ possunt alienari sine solennitate requisitâ in rebus immobilibus. *ibid.*

50. Gemmæ veniunt in legato auri. *Bar. l. pediculus. §. auro. ff. de aur. & arg. leg.* (*rer. diuis.*

Gemmæ in littore inuentæ inuentoris fiunt. §. 18. *Inst. de*

Generalis exceptio vel reseruatio seruitutis est inutilis. *Bar, l. quicquid. C. com. prad.*

Generalis ratio iuris communis trahitur etiam ad statuta. *Bal. l. ea qua. 11. q. C. de commun. iud.*

Generalis ratio amplificat dictum. *Soc. l. 1. num. 22. ff. de acq. poss.*

Generalis permissio vel licentia non inducit casus fraudulentos. *Bar. l. si procurator ff. de cond. indeb.*

Generalis sermo non comprehendit prohibita. *Bal. l. voluntas. C. de fideicom. c. 1. de cap. qui cur. ven.*

Generalis immunitas extenditur etiam ad collectas impositas ratione necessitatis. *Flor. l. si seruitutis. ff. de seru. urb. prad.*

Generalis quietatio restringitur solùm ad id, quod est satisfactum. *Bal. l. si ex maiore. C. de except.*

Generalis inuestitura intelligitur, scilicet de iustè possessis. *Bal. l. cùm oportet. 3. col. C. bon. qua lib.*

60. Generalis renunciatio non validatur iuramento. *Ioan. And. c. fin. de commod.*

Generalis remissio non comprehendit dolum. *gl. & DD. l. transactione. C. de transact.*

Generalis obligatio bonorum non comprehendit ea, quæ specialiter non obligarentur. *Bar. & gl. l. 1. C. qua res pig. obl.*

Generalis prohibitio ad omnia specialia pertinet. *l. nam concupiscentiam. ext. de const.*

Generalis visitator non potest remouere officiales ab officio. *Inn. c. dilectus, de rescript.*

Generalis oppositio non iuuatur ex probatione speciali. *Bal. auth si dicatur. in fi. C. de test.*

Generalis abolitio liberat & notat reos, nec infamiam criminis tollit, sed pœnæ gratiam facit. *l. 3. C. de gen. abolit.*

Gene-

Generalis reuocatio debet idem operari, quo ad omnia, quod ſpecialis, quoad expreſſa. *ibid.*

Generalis & incerta obligatio valet. *Abb. c. ex parte de cenſib. Alex. l. ſi ita ſtipulatus. ff. de V. O.*

Generalis renunciatio reſtringitur ad contractum, ſuper quo interponitur. *Bal. l. iubemus. C. ad Vell.*

70. Generalis conſenſus vel licentia ſufficit, niſi in his, quæ requirunt ſpeciale mandatum. *Bal. l. fin. §. neceſſitatem. C. de bon. quæ lib.*

Generalis diſpoſitio non exemptos vel priuilegiatos includit. *Caſt. conſ. 132.*

Generalis remiſſio habet exceptiones. *Bal. l. fin. C. de bon. quæ lib.*

Generalis reſponſio omnia complectitur. *Spec. de libelli. concept. §. 2. poſt pr.*

Generalis libellus non admittitur. *ibid. §. 15. V. item non valet.*

Generalis diſpoſitio debet generaliter accipi. *l. de pretio. ff. de publ. in rem act. Alc. conſ. 147. num. 2.*

Generalis diſpoſitio adhabilia reſtringi inducique debet. *Iaſ. l. 1. C. de SS. Eccleſ.*

Generalis diſpoſitio intelligi ſemper debet ſaluo præiudicio tertii. *Bar. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact.*

Generali ſermone perſona loquentis videtur excepta. *l. inquiſitio. C. de ſolut.*

Generali verbo ſpecialia verba continentur. *Auth. vt ſin. prohi. ma. & ha. Azo. rub. 104.*

80. Generalis definitio non eſt diſtinctionibus noſtris reſtringenda. *l. de pretio. ff. de publ.*

Generalis confirmatio non confirmat niſi iuſta. *Anch. c. 1. de iurein. lib. 6.*

Generali oratione & remiſſione non continentur ea, de quibus actum non eſt. *l. quod cum tutorib. ff. de tranſact.*

Generalis diſpoſitio ſemper debet intelligi ſaluo iure tertii. *Bar. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact.*

Generalis liberatio reſtringitur ad ea, de quibus dictum eſt. *ibid.*

Generalis obligatio facta à defuncto non porrigitur ad bona heredis. *Bar. l. Paulus ff. de pign.*

Generis clauſulæ refertur ad prius dicta, non ad ſubaudita. *l. generaliter. ff. de in ius voc.*

Generali clauſula non egemus, vbi ſpecialis eſt. *l. quis ſit. §. idem Celius. ff. de ædil. Edict.*

Generalis renunciatio non valet. *l. 1. ff. ſi quis in ius voc.*

Generalis opinio facit cenſeri aliquid licitum. *l. athletas. ff. de his qui not. infam.*

90. Generalis abolitionis effectus eſt liberatio, non infamiæ purgatio. *l. 3. C. de abolit.*

Generalis prouiſio non comprehendit eum, cui ſpecialiter eſt prouiſum. *l. heres. §. 1. ff. de fund. inſtr.*

Generalis ratio præualet ſpeciei. *§. furtiua Inſt. de vſucap.*

Generalis clauſula refertur ad antecedentia. *l. quoties. C. famil. herciſc.*

Generalis opinio habetur pro veritate. *Fulu. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 38. nu. 41.*

Generalis diſpoſitio non includit cauſam piam. *l. libertis. §. poſthumis. ff. de alim. leg.*

Generalis clauſula non porrigitur ad ea, quæ ſpecialiter ſunt comprehenſa *l. ſeruus. ff. ad l. Aquil.*

Generalis abolitio concernit proceſſus præſentes, non futuros. *l. 1. C. de gen. abol.*

Generalis ratio præualet ſpeciali. *gl. §. quod autem dictum. Inſt. de vſucap.*

Generalis hypothecæ ius non tantum ad præſentes, ſed etiam ad futuras res producitur. *l. fin. C. eod.*

Generalis clauſula refertur tantum ad ſpecificata, ſi plura fuerunt. *l. quoties. C. fam. herciſc.*

100. Generalis prouiſio etiam porrigitur ad caſum ſpecialiter notatum. *l. ſi ſeruus ff. de ſtipul. ſeru.*

Generalis clauſula ſequens determinatur per ſpecialem præcedentem *l quoties. C famil herciſc.*

Generalis ſermo reſtringitur. *Abb. c. 1. de conſtit.*

Generalis diſpoſitio per rationem reſtringitur. *l. cùm pater. §. auleſſimis. ff. de leg 2.*

Gene-

Generalis dispositio ad terminos habiles coarctatur. *l. 1. C. de SS. Eccles.*

Generali legato per minùs generale derogatur. *l. Mauio. §. 2 ff. de leg. 2.*

Generali sermone persona loquentis videtur excepta. *l. inquisitio. C. de solut.*

Generali obligatione non veniunt illæ res, quas neminem credibile est pignori specialiter daturum fuisse. *l. alumnos. C. quæ res pig. obl poss.*

Generalis dispositio debet generaliter accipi. *DD. l. de precio. ff. de publ. in rem act.*

Generale pactum est societatis humanæ obtemperare regibus suis. *c. quæ contra mores. 18. dist.*

110. Generale mandatum ad negotia se etiam ad iudicia extendit. *c qui generaliter. de procur. lib. 6.*

Generale auxilium habens non debet petere speciale. *l. in causa. ff. de minor.*

Generale dictum ad extraordinaria non refertur. *l. scio. §. medico. ff. de ann. legat.*

Generale pactum non derogat iuri. *l. sed et si quis. §. quæsitum ff. si quis caut.*

Generales mandatum concessum procuratori non comprehendit donationem. *l. contra iuris. ff. de pact.*

Generale tantum valet in omnibus quantum singulare in singularis. *l si duo ff. de admin. tut.*

Generale dictum restringitur ad habilia. *l. 1. Cod. de SS. Eccles.*

Generalia verba restringuntur ad honestos petitores. *l. 14 in pr. ff. quemadm. test. aper.*

Generalia verba restringuntur ad suum principale, si accessoriè apposita sint. *l. si mihi. ff. de leg. 3.*

Generalia verba non extenduntur ad casus, qui iure non valent. *l. 2. ff. de pact. dotal.*

Generalia verba non extenduntur ad delinquentes. *l. Lucius Titius. §. Lucius Titius. ff. de leg. 2.*

Generalia verba non extenduntur ad ea de quibus non est cogitatum. *l. 1. §. 1. ff. de his. quæ inter. del.*

Genera-

Generalia verba non extenduntur ad extraordinaria. *l. Seio. §. 1. ff. de ann. legat.*

Generalia verba non extenduntur ad fraudem. *l. si pater. ff. quæ in fraud. cred.*

Generalia verba non extenduntur ad odiosa. *l. Lucius Titius. §. Lucius. T ff. de leg. 2.*

Generalia verba non extenduntur ad omnia si de certis cogitatum fit. *l. plurib. ff. de acceptil.*

Generalia verba transactionis restringuntur ad rem & causam, de qua litigatur. *l. cùm donationis. C. de trāsact.*

Generalia verba sufficiunt etiam derogatoria *gl. & Card. clem. 1. de sepult.*

Generalia verba in renunciatione operantur. *Bal. l. pactū. 16. q. C. de collat.*

Generalia iuris enunciata sunt generaliter intelligenda. *l. 1. §. generaliter, ff. de leg. præst.*

130. Generaliter verba accessoriè appositа ad suum principale restringuntur. *l. prædiis. ff. de leg 3.*

Generalia verba in beneficiis restringuntur, vt odiosa non comprehendantur. *l Lucius. §. Lucius. ff. de leg. 3.*

Generalia verba ex æquitate restringuntur. *Natta. cons. 13. num. 5.*

Generalia verba debent generaliter intelligi. *l fin. in fi. C. de dot. promiss.*

Generalia verba dicuntur lædi, quando restrictionem patiuntur. *Grau. cons 964. nu. 8. & 9.*

Generalia dicuntur obscura *l. ita fidei. ff. de iur fisc.*

Generalia verba trahuntur & ad præsentia & ad futura. *l. fin. C. quæres pig. oblig. poss.*

Generalibus semper specialia derogant. *l. in toto. ff. de reg. iur.*

Generalitas ad incogitata non extenditur. *l. tres. fratres. ff. de pact.*

Generalitas verborum per sibi connexa restringitur. *l. fin. in fi. ff. de vin. leg.*

140. Generalitas quæcumque parit ambiguitatem. *l. quoties. ff. de Verb. Oblig.*

Genera-

Generalitas includit omnes casus, etiam priuilegiatos. *l. in fraudem. § fin. ff. de mil. test.*

Generalitas facit aliqua comprehendi, quæ alias non fuissent comprehensa. *l. si ex pluribus. ff. de sol.*

Generalitas iuris specificanda. *cap. conquerente. de off. iud. ord.*

Generalitas in literis extensa nocet. *c. adhæc. de rescript.*

Generalitas debet limitari & distingui secundùm reformationem priorem. *Dec. cons. 3. nu. 2.*

Generalitas restricta ad causam non operatur, nisi in illis, quæ sunt eiusdem causæ. *l. si de certa. C. de transact.*

Generalitas relata ad locum, restringitur ratione subiectæ materiæ. *c. animarum. § 1. de constit. lib. 6.*

Generalitas sermonis ad omnes casus trahitur. *l. plurib. ff. de acceptilat.*

Generalitas parit confusionem & obscuritatem. *l. Titia. textores. ff. de leg. 1.*

Generalitas admittitur in accessoriis. *Oldrad. cons. 205.*

130. Generalitas verborum periculū sæpe generat. *Bald. l. tres fratres ff. de pact.*

Generalitas restringitur ad similia expressis. *Card. clem. 2. de procur.*

Generalitas non includit insolita. *l. si merces. §. vis maior. ff. locat.*

Generalitas non protrahitur ad futura nisi exprimatur. *l. si à colono. ff. de V. O.*

Generalitati standum est, quando casus non excipitur à regulâ. *Spec. de off. om. iud. §. 8. V. dicamus.*

Generaliter obligari non potest, quod specialiter prohibitum est. *l. spem eorum. C. quæ res pig. oblig. poss.*

Generaliter prolata distinctionem non admittunt. *l. 1. §. 3. ff. de aleator.*

Generaliter verba commendandi causâ prolata, non obligant. *l. quod vendidi. ff. de contrah. empt.*

Generaliter dici tantum valet, quantum singula specialiter enumerare. *gloss. l. omnes. §. 1. Cod. de præscript. 20. ann.*

Gene-

Generaliter fieri, quod ſpecialiter fiendum erat, non ſufficit. *gl. clem. 2. V ſpecialis. de off. ord.*

160. Generaliter iniunctum minus timeri ſolet, quàm ſpecialiter. *Spec. de iud. deleg. § 5. V. ſed nunquid.*

Generaliter expreſſum idem operatur, quod ſpecialiter. *Mant. de coniect. lib. 5. tit. 11. nu. 10.*

Generaliter dicta videntur negligi, niſi dicantur ſpecialiter. *Spec. de treug. & pac. in fi.*

Generaliter dictum generaliter eſt intelligendum. *l. 1. §. generaliter. ff. de lege præſt.*

Generaliter omnis ratihabitio retrotrahitur & mandato æquiparatur. *l. ſi quis §. iuſſum. ff. de acq. her.*

Generaliter verba emiſſa cauſâ commendandi non obligant dicentem. *l. ſciendum ff. de ædil. Edict.*

Generaliter dictum generaliter intelligatur. *l. 1. ff. de aleat.*

Gener non poteſt aſſignare terminum ſocero ad dotis ſolutionem. *Io. And. c. ſalubriter. de vſur.*

Gener contra ſocerum non compellitur teſtificari niſi in defectum. *Abb. c. in literis. de teſtib.*

Gener habetur loco filii. *Cephal. conſ. 325. num 64.*

170. Generarè non volens non poteſt matrimonium contrahere. *Neuiſ. ſilu. nupt. part. 1. fol 59.*

Generat vnumquodque tale, quod ipſum eſt. *Menoch. conſ. 211. num. 6.*

Generandi facultas impeditur propter valetudinem hominis. *l. ſi quis poſthumos ff. de lib. & poſth.*

Generandi natura potiùs ſpectanda eſt, non vitium temporale. *ibid.*

Generandi facultas cui abeſt, matrimonii contrahendi copia non adeſt. *Eman. Soar. com. op. G. nu 17.*

Generatio & interitus ſunt eiuſdem naturæ. *Rimin. in pr. de donat. nu. 26.*

Generatio incipit à patre, non à matre. *Menoch. conſil. 172. num. 26.*

Generatio vnius eſt corruptio alterius. *leg. 1. Cod. de nouat.*

Gene-

Generationis appellatione continentur fœminæ. *Alex. c. potuit. 9. q. de locat.*

Generationis appell. continentur descendentes per lineam masculinam. *Bal. c. si pater. de testa. lib. 6.*

180. Gens comprehendit etiam mulieres. *Cast. l. 1, §. ius gentium. ff. de iust & iur.*

Gens non comprehendit spurios. *Alex. l. pronunciatio. §. familia. ff. de V signif.*

Gens accipitur pro numero liberorum. *Bar. l. 1. ff. de prob.*

Gens & populus est idem. *Bar. l. 4 nu. 5. ff. eod. tit.*

Gens accipitur pro agnatione & cognatione. *Aret. cons. 38. dub 2.*

Gentis appellatio latior est, quàm generis. *Bart. l. 1, ff. de probat. num. 1.*

Gentem faciunt quatuor homines. *l. 1 ff. de probat.*

Genus præcedens non restringitur enumeratione specierum. *l. pediculus. §. Labeo. ff. de aur. arg. leg.*

Genus quod operatur quoad speciem, id species quoad individua. *l. si Chorus. ff. de leg. 3.*

Genus inspicitur in nuptiis contrahendis. *l. vidua. Cod. de nupt.*

190. Genus latiùs patet, quàm persona singulæ aut singuli gradus. *l. liberorum. ff. de V sign.*

Genus nunquam perit. *l. incendium. C. si cert. pet.*

Genus obligari plus nequit quàm species. *l. spem eorum. C. quæ res pig. oblig. poss.*

Genus prohibetur prohibitâ specie. *ibid.*

Genus valet tantum, quoad omnia, quantum enumeratio specierum. *l. 4. C. de præscript. 30. vel 40 ann.*

Genus intellectuale est, non materiale. *l. incendium. C. si cert. pet.*

Genus passionem non recipit. *ibid.*

Genus prohibens speciem fieri non vult. *l. non dubium. C. de LL.*

Genus ad vnam speciem redactum assumit eius naturam. *Bal. Auth. hoc inter liberos. C. de testam.*

Genus non possidetur, nec est in dominio alicuius. *Bal. l. 2. in fi. C. com. de leg.*

200. Genus generalissimum est, quod nullum genus habet supra se. *Bar. l. 1. in pr. ff. de iurisd. omn. iud.*

Genus in medio positum per præcedentia & sequentia restringitur. *l. Seia ff. de fund. instr.*

Genus, quod non potest, nisi in vna specie verificari, pro specie reputatur. *l. 2. ff. de lib. & posth.*

Genus allegare non sufficit, vbi probatio specifica requiritur. *l. interpositas C. de transact.*

Genus nihil aliud est, quàm species simul collectæ. *Mins §. in bonæ fidei nu. 31. Inst. de act.*

Genus dicitur, quod prædicatur de pluribus differentibus specie *gl. l. 2. ff. de reb. cred.*

Genus ad genus compensatur. *Sichard. l. fin. C. de compens.*

Genus comprehendit sub se species omnes. *Bal. l. 2. C. de iur. aur. annul.*

Genus non potest plus operari, quàm species. *l. ſpem præmiorum, C. quæres pig. obl. poſſ.*

Genus accipitur pro agnatione. *Bar. consi. 57. Vol 2.*

210. Genus ad id non porrigitur, quod per species prouidetur. *l. doli clausulam. ff. de V. O.*

Genere cognito cognita est species. *Bal. l. 1. n. 2. ff. si cer. pet.*

Genus, quod non est in quantitate, est incertum. *l. vbi, in pr. ff. de V. O.*

Genus repræsentat in quolibet suo subiecto. *l. voluntas. ff. de fideicom.*

Genus est, quod prædicatur de multis differentibus specie. *gl. l. 2. §. 1 ff. si cert. pet.*

Genus à digniori parte sui denominationem sumit. *gl. l. 1. ff. de V. Oblig.*

Genus in medio positum restringit ex præcedentibus & sequentibus. *l. quæsitum. §. Manius ff. de leg. 3.*

Genus additum differentiæ transit in speciem. *l. Ius ciuile. ff. de iust. & iur.*

Genus perire non potest. *l. incendium. ff. si cert. pet.*

Generis cum genere fit compensatio. *Zas. ff. si pars her. pet. nu. 7.*

220. Ge-

220. Genus appositum speciei fit species. *Zasi. apud Cel-sum. § si quis a na. 6. ff. de del. mal. except.*

Genus dicitur, quod verificatur in quilibet sui specie. *l. si quid earum. § inter emptum ff. de leg. 3.*

Genus debet præcedere speciem. *l. si seruus seruum. § in-quit. ff. ad l. Aquil.*

Genus non intenitur extra intellectum. *Mantica. de con-iect. vlt. vol. lib. 1. t. 4. num. 2.*

Genus præcedens non restringit specierum numeratio. *l. pedicu. § Labeo ff. de aur. & arg. leg.*

Generis nomen quandoque speciei imponitur. *l. ligni ff. de legat. 3.*

Generis natura est comprehendere species. *l. si quid earū. § inter emptum. ff. de leg. 3.*

Generis debitor non liberatur casu fortuito. *l. incendium. C. si cert pet.*

Generis cognitio debet præcedere cognitionem specie-rum. *l. 1. ff. de iust. & iur.*

Generis vetustati non parum tribuendum est. *Port. conf. 70. num. 25.*

230. Generis debitor peremptâ specie, non liberatur. *Bal. l. incendium. C. si cert. pet.*

Generis cognitio debet præcedere cognitionem speciei. *l. 1. in pr. ff. si cert pet.*

Generis debitor intuitu speciei non liberatur. *l. si te bonis. C. de iur delib.*

Generis subalterni indefinitè promissio facta non verifi-catur in vnico actu, in quo est electio debitoris. *l. ple-rumque. § pen ff de iur. dot.*

Generi per speciem derogatur. *c generi. de reg iur. lib. 6.*

Generi factum non nocet socere. *leg. 3. Cod. ne vx. pro mar.*

Generi quæ debentur, tolli nequeunt. *l. cùm ratio. ff. de bo. damn.*

Generi appellatione etiam sponsus filiæ continetur. *l. in legibus. ff. de testib.*

Generi per speciem derogatur. *l. vxorem. ff. de legat. 3.*

Genere remoto sequitur remotio speciei. *Bar. l. 7. §. sed si. nu. 2. ff. de pact.*

240. Genere suspenso suspenditur quælibet eius species. *l. 3 C. quand. prou. non est necess.*

Genera sunt immortalia. *l. in rationa: ff. ad l. Falcid.*

Genitalia hominis sunt membrum. *Bal. l. data opera C. qui accus non poss.*

Genitiuus casus importat etiam possessionem sine dominio. *Bar. l. 1. §. potestatis. ff. de pecul.*

Genitiuus quandoque dicit causam efficientem. *Alex. rub. ff. de op. nou. nunc. 3. chart.*

Genitiuus ex vi proprietatis regitur. *add. marg. ad l. 2 ff. de reliq. & sumpt fun.*

Genitiuus de necessitate importat dominium. *Bar. l. 2. §. in hac actione. nu. 1 ff. vi. bon. rapt.*

Geometræ coguntur ad tutelam. *Bar. l. geometræ. ff. de exc. tut.*

Geometria conducit ad omnes artes. *l. 2. C. de malef. & mathemat.*

Geometria publicè vtilis est. *ibid.*

Gerere per se dicitur, qui per alium gerit. *Spec. de cess. act. §. 1. V. item quæritur.*

250. Gerere se pro herede, id est, pro domino. *Bal. l. potuit. 7. q. C. de iur. delib.*

Gerere videor, quod per alium gero. *l. ita. ff. de adm. tut. §. gessisse*

Gerit pro hærede, qui animo agnoscit successionem, licet nihil attingat hæreditarium. *l gerit ff. de acq. her.*

Gerens actum censetur velle, quod actus valeat. *l. 3. ff. de mil. testam.*

Gerens prius est conueniendus, quàm non gerens. *Pet. Anchor. cons 332. nu. 8.*

Gerens paternâ amicitiâ non agit. *l. is qui ff. de neg gest.*

Gerens rem alteri commissam potest petere salarium. *gl. l. Titio ff. ad municip.*

Gerens derelicta negotia solùm de dolo tenetur. *l. ait prætor. §. interdum. ff. eod.*

Geru-

Gerulum dicitur, quod aptum est ad portandum sine grauitate pondoris. *Archidiac. 28. q. vlt. c. tributum.*

Gerundium dicit actum verbi. *Bar. rub. c. de Edend.*

260. Gerundium importat necessitatem. *l. inter ceteras. ff. de lib. & posth.*

Gessisse dicitur, qui modicum attigit per se vel per alium. *l. ita. §. 1 ff. de admin tut.*

Gessisse dicitur etiam, qui fecit aliquid per se vel per aliū. *Bar. l. ita. § gessisse. ff. de admin. tut.*

Gessisse dicitur compulsus, qui compelli gerere poterat. *DD. l. nouissimè. ff quod fals. tut. auth.*

Gestor expensas voluptuarias non repetit. *l. ex duob. ff. de neg. gest.*

Gestor non tenetur de culpâ, si non præcessit culpa. *l. debitor. ff. de neg. gest.*

Gestor à se exigere potest & debet. *l. sed etsi. §. 2. ff. de pet. hered.*

Gestor alterius proprio nomine conueniri non potest. *l. si non subscripsisti. C. de admin. tut.*

Gestio pro herede sequitur additionem. *l. 4. C. ad Trebell.*

270. Gestum iure reuocari nō potest. *l. 3. C. de confirm. tut.*

Gestus boni viri debet esse tardus & grauis, non celer. *Spec. de aduoc. §. 5. V. cùm autem.*

Gestus dicitur continere omnem contractum vel quasi. *Bal. l. ait prætor. ff. de minor.*

Gestum ab aliquo fit nostrum, mandato vel ratihabitione. *l. 1. C. si in com. ead. caus.*

Gestum à se, alium egisse scribere faciens, nihil agit. *l. 4. C. plus val. quod agit.*

Gestum inter alios aliis præiudicium non facit. *l. 1. C. inter alios. act. vel iud.*

Gestum nomine defuncti potest ratificari per eius hæredem. *Cast. l. si sine iudice. §. Iulianus. ff. rem rat. hab.*

Gestum inspicitur, non quod scriptum est. *l. 4. C. plus val. quod agit.*

Gestum cum effectu videtur accipiendum. *l. 1. §. si militem ff. de cond. ob caus.*

Gesta calore iracundiæ non habentur rata nisi persceurantia apparuerit. *Iaſ. l. ſi duo patroni ff. de iureiur.*

280. Gesta publica perpetuam fidem habent, non tantũ in eádem inſtantia, ſed etiam in aliis. *ibid.*

Gesta à maiori parte valent, niſi ad præiudicium abſentis. *Bal. c. 1. col 1. de cogn. feud.*

Gesta à maiore parte ratificata ã minori non valent. *Flor. l. per fundum ff. de ſeru. riſt. prad.*

Gesta per Vicarium Epiſcopi non valent, niſi conſtet de mãdato. *Bar. c. 1. §. fin. Si int. dom & vaſ. lis. or.*

Gesta faciunt fidem non ſolùm in archiuis publicis, ſed etiam priuatis Notariorũm. *Inn. c 1. de procur.*

Gesta coram vicinis non poſſunt ratificari. *Bald. l. falſus. 3. col. C. de furt.*

Gesta per Prælatum poſtea remotum valent. *Bart. l. quoties ff. de acq. her.*

Gesta per Officialem inhabilem toleratum valent. *Card. clem. 2 §. 1 q. 4. in fi. de magi.*

Gesta per habentem duo arbitria valent ex arbitrio plenioti. *Bal. l. 2 ff. de teſt. mil.*

290. Gesta apud acta dicuntur, ſi inter ſunt duo teſtes & Notarius. *Bal. l. ſancimus. ff. de teſtam.*

Gesta vigore mandati, quod quis non reputatur habere, non valent. *Bald. l falſus. C. de furt.*

Gesta per procuratorem dubitantem de mandato, ſunt nulla. *Bar. l. qui manumiſſus ff. de teſtam.*

Gesta coram iudice ſunt validiora. *Alex. l ſi conuenerit ff. de iuriſd. omn. iud.*

Gesta per procuratorem ante præſentatas literas mandati non valent. *Bal. l. licet col. 1. C. de procur.*

Gesta per Prælatum non iure electum, non valent. *l. 3. §. idem Pomponius. ff. quod falſ. tut. Auth.*

Gesta per iudicem reuocatum inſcium ſuæ reuocationis valent. *l forte. ff. de off proconſ.*

Gesta per iudicem, qui poſtea detegitur excommunicatus, valent. *Bar, l. Barbarius. in fi. ff. de off prætor.*

Gesta

Gesta per iudicem furiosum tempore furioris non valent, sed tempore intervalli. *Sic. l. cùm furiosus. ff. de iud.*

Gesta per Officialem infamem valent antequàm cõdemnetur. *Bal. Auth. habita. 7. col. C ne fil. pro patre.*

300. Gesta per falsum procuratorem non possunt post conclusionem in causâ ratificari per dominum, nisi ad sui præiudicium. *Inn. c. ex parte. de rescript.*

Gesta per tutorem, qui non fecit, quod debuit in susceptione tutelæ, valent ad commodum pupilli. *Bar. l. legitimos. in fi. pr. ff. de leg tut.*

Gesta per prodigum manifestè valent, si ei non est interdicta administratio. *Bal. l. tres. ff. de admin. tut.*

Gesta per Episcopum remotum vel translatum, insciũ de remotione, valent. *Bal. l. falsus. 11. col. C. de furt.*

Gesta præstanda sunt litigatoribus vnà cum relatione *l. iudicib. C. de appellat.*

Gesta à furioso debent restitui per curatorem eius. *l. 3. C. de cur. fur.*

Gesta per pupillum rata habentur, eo per restitutionem non absẽto. *l. neminem. ff. de acq. her.*

Gesta post inhibitionem non legitimè factam, tenent. *Fel. c. dilectus. 2. num 14. de rescript.*

Gesta per non habentem potestatem sunt nulla. *Berta Vol. consult. decis. cons. 103. nu. 3. Vol. 3. part. 1.*

G I.

Gignere & parere factum & operationem quandam important. *Zas. & Freyg. cons. 7.*

G L.

Gladius spiritualis anteit temporalem. *Anchar. consil. 272. num. 15.* (*iur.*

Gladii potestas delegari non potest. *l. nemo potest. ff. de reg.*

Gladii ius est merum imperium. *l. illicitas, §. sicuti medico. V. ius gladii ff. de off. præsid.*

Gladii hostibus vendi non possunt. *l. 2. C. quæ res export.*

Gladium dare homini insanienti periculosa res est. *Paian. de prob. lib. 2. cap. 44. nu. 20.* (*milites. C. de test. mil.*

Gladio miles testamentum scribere potest in puluere. *l.*

Gladio occidere minus est, quàm veneno extinguere. *l. 1. C. de malef. & mathemat.*

Gladium in aliquem distringere nemo impunè potest. *Nou. 142. in præf.*

10. Gladium furenti reddens, non Aquilia, sed in factum actione tenetur. *l. qua actione. § 6. ff. ad l Aquil.*

Gladiatorius ludus est detestabilis. *l. prouinciarum. §. 1. C. de fer.*

Gladiatorum sceleribus non minus cruore perfunditur, qui spectat, quàm qui facit. *l. placet. §. 1. Cod. de Episc. & cler.*

Glans legenda intra triduum. *l. 3. C. de erro. Aduocat.*

Glans sua intra tertium diem, ex alterius fundo colligi potest. *l. Iulianus. §. 1. ff. ad exhib.*

Glans dicitur omnis fructus *Spec. de iniur. § 2. V. porrò.*

Glandes non sunt poma. *Bertach fol. 172. col. 2 in med.*

Gleba vna in ius delata loco fundi erat. *l. quisquis. Cod. de donat.*

Gloria vel scientia omnium non est æqualis. *Spec. de Aduoc. §. 4. V. hoc autem.*

Gloria est merces virtutis & alumna. *Ioan. And. quæst. Mercur. vlt. num. 40.*

20. Gloria virtutis sequitur velut vmbra. *ibid.*

Gloria debet æstimari plus quam vita. *Spec. de notor. crim. § 3. in pr.*

Gloriari non debemus in sermonum foliis. *c. Melchiori. 1. quæst. 1.*

Glossa est maximæ autoritatis, vbi deest textus. *Bar. l. vt vim ff. de iust. & iur.*

Glossa nullam necessitatem imponit. *Bar. l. 1. ff. si cert. pet.*

Glossa est tantum probabilis. *ibid.*

Glossa sæpe est erronea. *Zas. ff. vsufruct. quemadm. cau. num. 2.*

Glossa dicitur idolum Aduocatorum. *Cyn. l. non moriturum. C. de cont. & com stipul.*

Glossa est fons Lombardorum. *c. 1. § iniuria. V. legitimè in pr. de pact. iur firm.*

Glossa

Glossa debet semper secundùm textum intelligi. *Bar. l. non solùm. § si liberationis. ff. de lib leg.*

30. Glossæ opinio omnino est sequenda, tam in iudicando, quàm in consulendo. *Bal. cons. 250. nu. 2. vol. 1.*

Glossæ non debent pro textu allegari. *gl. l. sed licet. ff. de off. præsid.*

Glossæ creditur de consuetudine alicuius legis. *gloss. l. rem non nouam. C. de iud.*

Glossæ standum est, vt textui, vbi is deficit. *Fulgos. l. 3. C. de codicill.*

Glossæ sunt naues, per quas nauigamus, per vastum Iuris ciuilis pelagus. *Ferrat. caut. 17. nu. 3.*

GR.

Graculorum edacitas facit remitti pensionem. *l. Excepto. C. de iur. Emphyt.*

Gradus affinitatis nulli sunt. *l. 4. ff. de oper. libert.*

Gradus cognationum septem sunt. *l. 1. §. 3. ff. vnde cognat.*

Gradus dicti ad similitudinem scalarum. *l. Iurisconsultus. §. gradus a. ff de grad & affin.*

Gradus nulli sunt, quibus filius à patre præteritus est. *l. si posthumus. §. 1. ff. de lib. & posth.*

Gradus primus excludit secundum, & sic deinceps in successorio edicto. *l. 1. C. de succes. Edict.*

Gradus quartus excludit quintum. *l. 2. C. eod. tit.*

Gradus eiusdem si plures sunt, in capita succedunt. *l. 2. §. quod autem diximus. ff. de Tertyll.*

Gradus paritas arguit paritatem affectionis. *Decian. cons. 46. nu. 60. vol. 2.*

10. Gradus qui non est, dissolui non potest, *l. nam etsi sub conditione. ff. de iniust. rupt. test.*

Gradus prærogatiua est potentior prærogatiuâ sexùs. *Nic. Intrigliol. ae feud. quæst. 49. nu. 38.*

Gradus prærogatiua est ceteris præstantior. *id. q. 46. n. 62.*

Gradu æquali positi succedunt æqualiter. *Nou. 118. c. 2.*

Gradus elegantior non comprobatur, sed vitæ melioris actio. *23. q. 4. c. sicut ij.*

Gradus ille ceteros antecedit, quē labor prolixior & ſtipendia meliora faciunt ante ire. *l nemo. C. de off. ma.*

Gradus eſt enumeratio perſonarum cognatione vel affinitate coniunctarum. *gl. §. hactenus. Inſt. de gradib.*

Gradum diſtributio conſeruat vnitatem & concordiam. *Tib. Decian. conſ. 21. nu. 2. vol. 1.*

Gradatim aſcendendum eſt, non præcipitanter. *Zaſ. ff. de neg geſt. nu. 21.*

Gradatim appellandum eſt non omiſſo medio. *c. dilecti. 60. de appell.*

Gradatim ſunt honores accipiendi. *Alb. de Roſ. l. vt gradatim. in pr. ff. de mun. & hon.*

20. Gradatim exercenda eſt iuriſdictio. *l. ſolent. §. legatos. ff. de off proconſ.*

Gradatim debent ſuperiores iudices conſuli, non per ſaltum. *ibid.*

Gradatim ſunt heredes deferendi. *l. gradatim. ff. de decur. c. legimus. 93. diſt.*

Graminatica falſa viciat literas Principis. *Innoc. c. ad audientiam. de reſcript.*

Grammatici excuſantur à tutelâ curâ & aliis muneribus. *gl. l. ſi duas. §. Grammatici. ff. de excuſ. tut.*

Grando conſueta non computatur inter caſus fortuitos. *l. licet. in fi. C. de locat.*

Granum dicitur fructus induſtrialis. *Bar. & DD. l. ex diuerſa. ff. de rei vend.*

Grani precium nō eſt ſtatuendum. *l 3. §. 1. ff. de l. Iul. anno.*

Graſſandi maior copia in prouinciis, quam in vrbibus. *l. 1. §. 2. C. de contract. iud. vel eorum.*

Gratiā & veniā indigni non ſunt, qui alieno laborant vitio. *l. legem. C. de nat. lib.*

Gratiam habens ad maiores & minores præbendus poteſt etiam medias acceptare. *Rot. deciſ. 207.*

30. Gratiarum verba extenduntur iuxta formam iuris communis, vt ampliorem, quàm poſſint, conſequantur effectum. *Rot. deciſ. 448. in nou.*

Gra-

Gratia cedit à die impetrationis, non à die præsentationis. *Oldrad. cons. 16.* (*ad fin. de simon.*

Gratia Papæ debet probari per literas. *Fel. c. ex diligentia.*

Gratia potest renocari sicut priuilegium. *Gast. cons. 159.*

Gratia de pœnâ solutâ non valet, nisi facta mentio specialis. *Bal. l. nec damnosa C. de prec. Imp offer.*

Gratia semel recusata non potest amplius acceptari. *Bal. l. fin. to. opp. C. de cond. insert. col. vlt.*

Gratia de pœnâ non valet, nisi narratum sit crimen, propter quod fuit condemnatus. *Bar. l. in præscriptione. C. si cont. ius vel vtil publ.*

Gratia pro delicto non præcedente non infunditur. *Bal. c. quæsitum. de cap. qui cur. vend.*

Gratia debet fieri post condemnationem. *Bal l. 2. C. de ero. Aduoc. Inn. c. G perpetuus. de fid. instr.*

Gratiarum actio est agenda. *Card. clem. dudum. §. & si idem. de sepult.*

40. Gratia beneficialis est restringibilis omninò. *c. quamuis de præbend.*

Gratia non recuperatur, si quis velit renunciare impetrationi. *Card. clem gratiæ q. 18. de rescript.*

Gratia impetrantis non extinguitur per prouisionem, quæ fit conditione pendente. *Oldr. cons. 175.*

Gratiæ reformatio non requirit expressionem expressorũ in primâ gratiâ. *Rot. decis. 278. in non.*

Gratiæ si sint pares, in tempore datæ, præfertur, qui prius processum fieri fecit. *Rot. decis. 403. in antiq.*

Gratiam potest facere Princeps de plenitudine potestatis. *Abb. Sicut. c. cùm clim. de rer. iud.*

Gratia non valet, nisi contineat etiam ius partis aduersæ, quod elidi dicitur. *Inn. c. cùm ordinem. de rescript.*

Gratia dicitur de eo, quod quis tenetur ratione naturæ. *Bal. c. adhæc 2. col. de pac. iur. firm.*

Gratia impeditur per ingratitudinem. *Bal. c. insuper. de prohib feud. al. per Fed.*

Gratiam facere dicitur, qui minùs nocet, quàm possit. *Bal. l. si depositi. C. depos.*

50. Gratia eſt contra diſpoſitionem iuris. *Soc. conſ. 260. Vol. 2.*

Gratia quæritur ignoranti. *ibid.*

Gratia delinquentibus facta non comprehendit criminoſos lege Maieſtatis. *Alex. l. 1. ff. ad l. Iul. maieſt.*

Gratia ſurreptitia non prodeſt impetranti. *c. ſuper eo. de cohab cler. & mul. Alex conſ. 142. vol. 1.*

Gratia non omnium communis eſt. *Spec. in proem. ante V. ſanè.*

Gratia non eſt præſumenda. *c. 1. de poſt. prælat.*

Gratia viciatur per ſubreptionem in facto alieno. *Abb. c. vn. de commo.*

Gratiâ innititur poſtulatio. *Abb. c. 1. de poſt. prælat.*

Gratia ſi non Gratis datur vel accipitur, gratia non eſt. *c. gratia. 1. q. 1.*

60. Gratiâ priuari debet, qui non exhibitâ fide in legem peccârit. *l. auxilium. ff. de minor.*

Gratia conceſſa alicui à Principe debet intelligi ſine præiudicio tertii, niſi ex iuſtitiâ fiat. *Bal. l fin. C. de ſent.*

Gratia Adminiſtratoris ciuitati nocere non debet. *l. præſes prouinciæ. C. de tranſact.*

Gratiæ cauſsâ nihil contra leges debet fieri, *l. comparationes. ad fin. C. de fid. inſtrum.*

Gratiâ non debet opprimi iuſticia. *l. addictos C de appell.*

Gratiâ non debent vendi bona debitoris. *l. fin. §. 1. in ſi C. de bon. autor. iud. poſſ.*

Gratias agere debet poſterior ſoboles, priori, cuius beneficio eſt. *l. cum quis à muliere. C. de nat. lib.*

Gratia in dubio intelligitur ſine præiudicio tertii. *c. quamuis. de reſcript. in 6.*

Gratia Rom. Pontificis per eius mortem non expirat. *c. ſi is cui de Canonicatu. de præb. & dign. lib. 6.*

Gratia ſoluitur morte. *c. ſi gratiosè. de reſcript. lib. 6.*

70. Gratia viciari non debet ob modicam ſubreptionem reſcripti. *gl. proem. V, filiis. Calcan. conſ. 8.*

Gratia aſſumit vires ex mente concedentis. *cap. cùm adeò. de reſcript.*

Gratia

Gratia fienda expirat, si concedens moritur re integrâ. *Abb.c.literis.de rescript.*

Gratia potest reuocari per Principem, sicut priuilegium. *Gozad.cons.5.nu.27.*

Gratiâ omnis Principis est priuilegium. *Afflict.decis.Neapol.389.num.5.*

Gratiam quis suam diuidere non potest. *l. neminem. ff. de leg.2.*

Gratia, quæ fit alteri propter me, mihi fit. *l.profectitia. ff. de iur. dot.*

Gratia absenti facta valet. *Bar.l absenti. ff. de donat.*

Gratia gratis data potest reuocari. *Rol.cons.13.n.6.vol.3.*

Gratia alicuius ligatum ei acquiri debet. *l. si serui. ff. de vsufruct.*

80. Gratiæ natura est, vt quicquid iniustitia abstulit, restituat iustitia. *Rol.à Valle cons 60.nu.vlt.vol.2.*

Gratiam viciat taciturnitas veri. *Bellam,decis.697.nu.2.*

Gratiæ nullæ monitorium nullum. *Anch.cons.297.nu.2.*

Gratificat iudex quandoque. *Spec. de incid. q. V. quod si plures.*

Gratificationi locus est. *l.fin.ff.de relig.& sumpt.fun.*

Gratificationi locus est in paritate. *c.si fortè.63.dist.*

Gratificationi locus non est. *§.veniet. Auth.de nupt.*

Gratiosus est, qui libenter flectitur ad faciendam gratiam. *Spec.de accus.V.item quod est gratiosus.*

Gratiosa concessio non præsumitur in his, quæ non solent de facili concedi. *Inn.c.bona.el.2.de post.prælat.*

Gratiosa concessio non debet præsumi in exercitio alicuius iuris. *Abb.c.bonæ memoriæ.el.2, de postul. prælat.*

90. Gratis quædam licent, quæ aliàs non licent. *l.furti. ff. de infam.*

Gratis accepistis, gratis date. *l.nulli. §.2. Cod. de Episc. & cler.*

Gratis officia furiosis præstanda sunt. *l. si furiosi. Cod. de nupt.*

Gratis fieri debet solennitas in dotis datione filiæ furiosi requisita. *l.tam dementi, C.de Episcop.aud.*

Gra-

Gratis concedere vſurarius ius ſuum alteri non poteſt. §. 1. *Inſt. de vſu. & habit.*

Gratis debemus benefacere. *l. vt puta. ff. de cond. ob turp. cauſ.*

Gratis acceptum gratis dari debet. *Fel. c prohibens. num. 1. de magiſtr.*

Gratius nihil poteſt DEO offerre iudex quàm iuſtitiam. *l nemo. C. de Epiſc. aud.*

Gratuita remiſſio eſt donatio. *Anch. conſ. 306. nu. 6.*

Gratuitum oportet eſſe commodatum. *Theoph. Inſt lib. 3. t. 14. § inter obligationes in fin.*

100. Gratuita mercedem non admittunt. *l 3. C. de infant. expoſ.*

Gratuita ſolutio partis non grauat in ſolutionem alterius partis. *Bal. l. cùm te ideo. C. ne vx pro mar.*

Gratuita debent eſſe mandata. *l. ſi tibi. §. Iulianus. ff. de præſcript. verb.*

Gratus vnuſquiſque præſumitur, donec contra reum probetur. *l. quoties. §. qui dolo. ff. de prob.*

Grauare aliud eſt, quàm vocare. *Ceph. conſ. 313. nu. 81.*

Grauare eſt onerosum. *Ceph. conſ. 514. num 33.*

Grauare non poſſumus, quos non honoramus. *l. ab eo. C. de fideicom.*

Grauari poſſunt qui honorantur. *Pariſ. conſ. 90. num. 8. Volum. 2.*

Grauari non poſſunt in conditione poſiti. *Cephal. conſil. 394. num. 14.*

Grauari poteſt is, qui honoratus eſt. *l. filiusfamil. §. apud Marcellum. ff. de leg. 1.*

110. Grauari non poteſt inſtituitus in bonis propriis. *l. coheredi. ff. de vulg ſubſt.*

Grauatur quiſpiam tantum, quantum honoratur. *l. ſi filiusfam. §. 1. ff. de leg. 1.*

Grauari poteſt aliquis ad bona cum alio communicanda. *l. Lucius Titius. ff. ad SC. Trebell.*

Grauari plus quàm aſcendat portio hereditatis, abſurdum eſt. *l. ſi vxor. C. de bon. aut. iud. poſſ.*

Gra-

Grauari potest collegium ad hereditatem restituendam vni ex collegio *l.1.§.si a collegium.ff.eod.*

Grauari non potest sentiens ex testamento commodum non pecuniarium. *DD.l.ab eo.C.de fideicom.*

Grauari potest instituti pater vel dominus. *l. cum filiefam. ff.de leg.1.*

Grauari non potest, cui nihil est relictum. *Bar. l.cum tale. § fin.ff.de cond.& dem.*

Grauari non potest legitima liberorum. *Iaſ. consil. 181. Volum.2.*

Grauamen heredi iniunctum intelligitur etiam substi. tuto iniunctum. *l.legatum.ff.de cond.& dem.*

120. Grauamen in legitimâ adiunctum debet reiicii. *l. quoniam in priorib.C.de inoff.test.*

Grauamen transit in rem iudicatam, si intra decendium non fit appellatum ab eo. *DD.l.cum.I ff.de re iud.*

Grauamen transit successiuè de herede in heredem. *Bar. l. Centurio col.antepen.ff.de vulg.& pub. substi.*

Grauamen est, tutorem esse. *Bal.l.meminimus.§. cùm igitur.nu 5.C.de legit.her.*

Grauamen irreparabile per appellationem à definitiua dicitur, quando habet aliquid facti, vel continet laborē expensarum. *Cast. cons.27.*

Grauamen prælegato potest imponi etiam vltra vires prælati. *Bar.l.Pamphilo.§ fin.ff.de leg.3.*

Grauamen Eligens sibi imputet. *Spec. de inquis.§.5. Vers. item pone. Abbas.*

Grauamen non imponitur alteri per alterum. *l. non debet. ff.de reg.iur.*

Grauaminis causam tertius exprimere debet appellans à sententiâ inter alios acta pro suo interesse. *Abb. c. cum super.nu.5.de sent.& re iud.*

Grauamen non augetur auctâ re circa quam vel in qua aliquid onerosum versatur, vel debetur. *Brun. de augmento & dimin fol.13.& 14.*

130. Grauamen vltra modum facultatum fieri non potest. *Tessan.dec.239.nu.7.*

Graua-

Grauamen dubium non inducit querelam. *Sichard. l. si pater.nu.1.C.de inoff. donat.*

Grauamen vbi maius incumbit, debet esse maior recompensatio.*l.1.§.sed item.C.de cad.toll.*

Grauamen vbi est, ibi & lucrum. *l. meminimus.§.quas autem personas.C.de legit.her.*

Grauamen personale personam non egreditur. *Men. consil.706.num.41.*

Grauamen est mediata causa appellationis. *c.omnis.2.q.6.*

Grauamen vnum compensatur cum altero. *Parisi. conf.35. num.40, Vol.2.*

Grauamen reciprocum facilius admittendum. *Stephan. Bertrand.conf57.nu.5.Vol.2.part.1.*

Grauamen non admittit legitima. *Bertr. conf.93.num.4. Volum.2.*

Grauatus restituere hereditatem alicui indefinitè sine aliqua præfinitione temporis intelligitur semper in tempore suæ mortis. *Dyn.l Epistolam.ff.ad Treb.*

Grauatus restituere hereditatem alicui post mortem suam, intelligitur, si sine liberis decesserit. *l. cùm acutissimi.C.de fideicom.*

Grauatus de restituendâ hereditate post eius mortem, potest illam restituere ante mortem. *l. post mortem. Cod. de fideicom.*

40. Grauatus restituere hereditatem, non tenetur prælegata restituere. *l.in quartam.ff.ad l.Falc.*

Grauatus mutuare non potest idoneam cautionem recipere à debitore. *Bal.l.fideicom.§. si heres rogatus. ff.ad SC.Trebell.*

Grauatus facere aliquid intelligitur tacitè priuari si non facit. *gl.l.2.C.de cond.ob cauſ.*

Grauatus probare incontinenti, potest probare intra triduum. *Bal.l.fin.C.de iud.*

Grauatus facere post certum tempus non liberatur, si facit antè. *Bar.l.cùm pater.§.à filia.ff.de leg.2.*

Grauatus restituere alteri potest testari de bonis restituendis. *gl. & Azo.Auth.si qua mulier.C.de SS.Eccles.*

Graua-

Grauatus in testamento fideiubere, si noluit, non repetit. *Bal. l. sancimus. C. de V. signif.*

Grauatus semel non debet amplius grauari, tacuit ad primum grauamen. *Spec. de accus. §. 1.*

Grauatus falso leuamen accipit. *Spec. de cersib. §. 2. V. quæ autem.*

Grauatus criminibus iudicare nequit. *3. q. 7. c. in grauib.*

150. Grauatus in vno, in altero debet subleuari. *l. procurator. ff. de tribut.*

Grauatus censetur nominatus. *Bar. l. cùm tale. §. fin. ff. de cond. & dem.*

Grauatus pati in dubio id pati debet, quod testator in vitâ patiebatur. *l. Sempronio. §. 2. ff. de vsufr. leg.*

Grauati possunt recurrere ad Principem. *Clem. 1. de pœn.*

Grauida mulier ante nuptias dotalibus instrumentis cõpositis, legitimum parere potest. *l. nuper. C. de nat. lib.*

Graui personæ de scandalo publico docenti creditur. *cap. cum in tua. de sponsal.*

Grauibus personis fides adhibenda. *cap. licet dilectus. ex de test.*

Graue est iudicem contemnere. *Innoc. cap. 1. Ex. de op. nou. nunc.*

Graue exemplum est prætextu nocentis insontem periclitari. *l. 1. C. de his qui latr. occult.*

Graue est & indecens, vt in re dubiâ feratur certa sententia. *11. q. 3. c. graue. Tancret. lib. 4.*

160. Graue est probare, & ad probandi onera venire. *l. is qui destinauit ff. de rei vend.*

Graue est circumiacentium Ciuitatum consuetudines cõtemnere. *c. 3. de cognat spirit.*

Graue est in plures habere actiones, qui cum vno contraxit. *l. quod si nolit, §. si plures ff. de ædil. ed.*

Graue est naturam fallere. *l. si quis suo C. de inoff. test.*

Graue est fidem fallere. *l. 1. in pr. ff. de const. pec.*

Graue est de Regno cedere. *Ang. cons. 281. nu. 4.*

Grauius crimen prius examinandum est quàm minus, *l. 1. C. qui accus. non poss.*

Grauius coercentur, si ignorentur ea, quæ facilè sciri possunt. *l. sed addes. ff. loc.*

Grauius est offendere æternam Maiestatem, quàm temporalem. *Auth. Gazaros. C. de hær. & Manich.*

Grauius puniuntur ii, qui plenius beneficium sunt consecuti. *l. 3. §. de his qui. ff. de SC. Syllan.*

170. Grauius est, votum non seruare, quàm non vouere. *12. q. 1. c sciendum. §. fin.*

Grauius est eiicere, quàm de nouo non recipere. *Anchor. cons 204. num. 6.*

Grauius est procedendum contra præsentem & auditum, quàm absentem in auditum. *Ballam. decis. 688. nu. 12.*

Grauius peccatur deierando, qnàm mentiendo. *cap. 1. 22. quæst. 1.*

Grauius punitur vir, quàm mulier. 32. *quæst. 5. cap. indignatur.*

Grauior est in consentientem quàm ignorantem actio. *l. 3. C. qui pro sua iurisd.*

Grauior est culpa in faciendo, quàm omittendo. *Alex. l. si quis exargentariis. in fi. ff. de Edend.*

Grauiorem pœnam exigit dolus quàm culpa. *Gribald de rat. stud. lib. 1. cap. 8.*

Grauiores & maiores sunt sequendi. *Ang. l. si idem. §. fin. ff. de iurisd. omn. iud.*

Grauia dissimulanda non sunt. *leg. fin. Cod. ne sanct. bap. it.*

180. Grauiora sunt delicta publica quam occulta. *§. 1. Inst. vi bon. rant.*

Grauiora facit vicia peccatorum sublimitas peccantium. *c. nulli, 24. q. 1.*

Grauitas delicti cognoscitur ex grauitate pœnæ. *cap. non afferamus. 24. q. 1.*

Grauiter condemnatur absens contumax & indefensus. *l. exigendi. C. de procurat.*

Gremium redeunti non claudendum, *Anchor. cons. 152. numer. 3.*

Grex

Grex ad minus continet decem oues. *leg. oues. ff. de abig.*

Grex consta ex pluribus capitibus. *l. si grege. ff de leg 1.*

Grex ex substitutis conseruatus idem grex est. *l. si grex. ff. eod.*

190. Grex etiam ad vnum pecus reduci potest. *l. si grege. ff. eod.*

Guarentigia habet vim confessionis. *Cyn. leg. 1. Cod. de confess.*

Guarentigia habet vim sententiæ diffinitiuæ. *ibid.*

Guarentigia infringitur pro appell. *Bal. add. Spec. de app. V. sed nunquid.*

Guardianus specialiter nominatus non venit app. fratrũ. *Imol. l. coheredi. §. si patrem ff. de vulg.*

Gubernatores prouinciarum dicuntur clarissimi. *Bar. l. omnes populi ff. de Iust. & iur.*

Gubernacula rerumpubl. possident habentes imperium. *c si ex bono. de pœnit.*

Guerra superueniens facit defalcari pensionem conductori rei corporalis. *Bal. l si ea. C. de vsur.*

Gudositas, per quam crimina cauere non possumus, summopere est vitanda. *c. nullus. dist. 5.*

Gustus ad hoc proficit, vt improbare liceat. *l. si in emptione ff. de con emp.*

200. Gustũs causâ hostibus liquamen vendere non licet. *l 1. C. quæres export.*

H A.

Habenâ vel ferulâ cedi solent & terreri tantùm impuberes. *l. 1. §. impuberi ff. de SC. Syllan.*

Habere quædam licet, quamuis vtilia non sunt. *l. & furi. ff. de seruit.*

Habere possessionem non est habere retentionem. *l. Ex quib. ff. de cond. indeb.*

Habere de præsenti præsumitur, qui habuit in præterito. *Bal. l. ex personâ. col. pen. C. de prob.*

Habere rem non dicitur, quàm quis recuperare potest, per restit. in integrum. *Bar. l. nemo ff. de rest. spol.*

Habere dicitur, qui de iure habet, & cui res auocari nequit. *Spec. de Empt. l. 1. V. ad euidentiam.*

Habere dicitur is rem, qui habet actionem ad rem. *Spec. de don. int. vir. & vxor. §. 3. V. illud etiam.*

Habere facilius impeditur, quam perdere quod habetur. *Spec. de tut. §. 4. V. quid si tutelam.*

Habere videtur quis, quod remanet, deducto onere. *l. non amplius. ff. de leg 1.*

10. *Habere* rem non vult, qui eum transfert. *l. non vult heres. ff. de reg. iur.*

Habere perfectionem dicitur, qui habet in actu. *Alex. conſ. 35. Vol. 4.*

Habere per ſe euidentem probationem, quam præſumptionem, quæ recipiat in contrarium probationem, melius eſt. *Bal. l. pecunia. C. de ſolut.*

Habere non dicitur, quod de iure poteſt auferri. *Tiber. Decian. conſ 1. nu. 293. Vol. 1.*

Habere & poſſidere eſt dominii iure rem poſſidere. *l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoq. ff. de V. O.*

Habitare non dicitur quis ſine aliquali familiâ. *Bal. auth. habita. C. ne fil. pro pat.*

Habitare dicitur vbi quis alitur. *Bal. l. 1. C. de leg.*

Habere quiſque poteſt, quod è re ſuâ quæſitum eſt. *l. communis. ff. com. diuid.*

Habere in propoſito eſt propoſuiſſe, *Alciat. l. pacta. nouiſſima. nu. 36. C. de pact.*

Habere dicitur, qui iure poſſeſſionis vtitur & fruitur. *l. 1. §. habere. ff. ne quid in loc. publ.*

20. *Habet* quis per alium, quod per ſe habere non poteſt. *l. imperator. ff. de ſtat. hom.*

Habuiſſe quis non cenſetur fictione iuris, quod ei de iure aufertur. *l. dominus. in pr. ff. de vſufr.*

Habetur illud pro expreſſo, quod ab expreſſo reſultat. *Ful. Pac. de prob. lib. 1. cap. 26. nu. 76.*

Habetur pro facto, quod proximè futurum eſt. *l. pen. ff de teſt. mil.*

Haben-

Habendus quis eſt, prout in ciuitate ſuâ æſtimatur. *l. 1. ff. de quæſt. Abb. c. poſtquam. de Elect.*

Habenda eſt ratio, ne quis ſuâ liberalitate fiat inops. *l. nè liberalitate. ff. de reiud.*

Habendum eſt indifferenter, quod neque contra fidem, neque contra bonos mores eſſe conuincitur. *c. illa a. 12. diſt.*

Habens regimen Ciuitatis non dicitur habere imperium merum & mixtum. *Bar. l. 1. C. de exc. num. lib. 10.*

Habens regimen Prouinciæ habet imperium merum & mixtum. *ibid.*

Habens cerebrum debile poſt potum vini, pôteſt & debet ieiunus ire ad teſtificandum. *gl. l. 1. C. de Iuſt. C. comp.*

30. *Habens* potiora iura debet in poſſeſſorio, ſicut in petitorio obtinere. *Abb. c. licet cauſam de prob.*

Habens duas vxores viuentes eſt infamis. *l. neminem. C. de inceſt. nupt.*

Habens nihil non poteſt aliquid perdere. *Spec. de iud. del. §. fin. V. ſed quæritur. l. de com. ff. de V. O.*

Habens nihil alienare nihil poteſt. *Spec. de loc. §. 6. V. 19.*

Habens ius vſusfructus in fundo vel horto certo, poteſt ingredi ad libitum ſuum. *Flor. l. 1. §. traditio. ff. de ſeru. ruſt. præd.*

Habens plures vias poteſt eligere leuiorem. *Bar. l. cum duob. §. idem reſpondit. ff. pro Soc.*

Habens iuſtam cauſam litigandi non condemnatur in expenſis. *Inn. c. ſacra. de ſent. excom.*

Habens ius pignoris præfertur agenti perſonali actione. *Bar. l 3. C. qui pot. in pig. hab.*

Habens filios præfertur non habenti. *Bar. l. in albo. C. de decur. lib. 10.*

Habens apud ſe fruſtra petit illud. *Spec. de prim. & ſec. decr. §. 10. V. verùm ſi agitur.*

40. *Habens* dicitur etiam, qui habere potuit, ſed non habuit, nec habet. *Flor. l. in lege. §. ob id. ff. ad l. Aquil.*

Habēs precarium vſum non acquirit rei dominium, ideò rem alienare nequit. *l. ſi non proprietatem. C. de iis, qui à non domino.*

Habens pignus præteritum præfertur prioribus titulum diuersum prætendentibus. *l. si postquam. C. Vt in poss.*

Habentes ius testandi relinquunt fideicommissum. *l. 2. ff. de leg. 1.*

Habens dignitatem non vinculatur. *l. 3. ff. de susp. tut.*

Habens causam dispensandi seipsum eligere non debet. *l. omnem adhibentes. C. de Episc. & cler.*

Habens duo adminicula præfertur habenti vnum. *Signorol. cons. 96. nu. 9.*

Habens potestatem super causam, habet etiam super causatum. *Por. §. quos a. Inst. de bon. possess.*

Habens animum ad totum non videtur habuisse animū ad partem. *l. ex semisse. §. fin. ff. de acq. her.*

50. Habens precium rem habere videtur. *l. item. si. ff. de alien. iud. mut. caus.*

Habens titulum excusatur à restitutione fructuum. *l. 2. ff. si quis ignor. rem.*

Habens duas voces non potest illas duobus dare. *Abb. c. pen. de Elect. lib. 6.*

Habens iter vel actum non potest pontem facere super alienum aquæductum. *l. supra iter. ff. de aq. plu. arc.*

Habens iam idem postea petere non potest. *l. 1. C. de re iud.*

Habens possessionem dicitur habere ius in re. *Alciat. cons. 112. nu. 4. vol. 4.*

Habens æstimationem rei rem ipsam habere videtur. *Pet. Santerran. de assecur. mercat. part. 4. nu. 57.*

Habenti semiplenam probationem defertur iuramentū in supplementum probationis. *gl. & DD. l. admonendi. ff. de iureiur.*

Habenti tutorem tutor dari non potest. §. *furiosi. Instit. de curat.*

Habenti dare nihil aliud est, quàm perdere. *cap. pastor 1. quæst 2.*

60. Habentes imperium regnant prouidentiâ inscrutabili diuinæ altitudinis. *c. si ex bono. de pœnit. dist. 4.*

Habito fine de mediis non curatur. *Grib. de rat. stud. lib. 1. cap. 8.*

Habito

Habito effectu non curatur de modo. *Corn. conſ.158. num. 4. Vol.1.*

Habilis & idoneus quilibet eſſe præſumitur. *c. fin. vbi gl. & DD.ext.de præſumpt.*

Habilis quilibet præſumitur,etiam in accipiendo. *Sim.de prat.de vlt.vol.interpret lib.2.dub.2. fol.1. nu.3.*

Habilia extrema pertrahunt ad ſe medium. *Caſt.l.flumine. nu.3.ff.de ſeru.ruſt.prad.*

Habilitas æſtimanda eſt iuxta tempus actûs. *l.ſi alienum, §.in extraneis.ff.de her.inſt.*

Habilitas inſtrumenti vti requiritur in omni actu explicando contrario. *ibid.*

Habilitas inſtrumenti requiritur ad perficiendum actũ. *l. 1.§.caterum ff.de acq.poſſ.*

Habilitas perſonæ actum præcedere non ſequi debet. *Bal. l.1.nu.8.C.qui admitt.*

70. Habitio pro derelicto eſt ſpecies quaſi traditionis. §. *amplius.Inſt.de rer.diuiſ.*

Habitare quis dicitur in loco, ſi pro maiori parte anni in eo habitet manendi cauſa. *Bar. l. ſi quis. ff.de condit. & demonſt.*

Habitare non licet militi in domo religioſâ. *l.4. C.de poſt.*

Habitare cum mortuo ſtultũ & præcipere. *l.1.C.de legat.*

Habitare in palatio poſſunt, quos legitimus maieſtatis vſus & reipub. diſciplina elegit. *l. quicumque. Cod. de oper. publ.*

Habitare quis dicitur,vbi habet familiares. *l.ſi mulieri.22. nu.3 ff.quib.mod.amitt.*

Habitare dicitur, qui de loco recedit ſine familiâ. *Bart. l. prædia.§.affini.ff.de fund.inſtr.*

Habitandum non eſt,vbi non fit ius. *Calcog.conſ 51. col.1.*

Habitando percipimus fructus. *gl.l.ſi is qui.ff.de pign.*

Habitans dicitur poſſidere, etiamſi habitatior non habet aditum ex publico. *Bar.l.ſi duo.ff.vti poſſ.*

80. Habitans in Ciuitate cum familiâ ſuâ, dicitur eſſe de Ciuitate, & in Ciuitate manere, licet ibi non ſit præſens. *Bal.l.1.§ 1.ff.de lib.agnoſc.*

Habitans in domo alienâ, sciente & patiente domino, tenetur ad pensionem. *Ioan. And. add. Spec. de locat. §. postquam.*

Habitans decennio præsumitur ibi constituisse domicilium. *l. 2. C. de incol. lib. 10.*

Habitans extra regnum habetur pro absente. *Io. Imbert. Rupell. Ench. Iur. Gall. V. absens. circ. med.*

Habitans extra territorium onera subire non tenetur. *Ceph. cons. 246. nu 34.*

Habitantes simul præsumuntur scire inter eos acta. *Ceph. cons 272. nu. 109.*

Habitantes Ciuitatis conferre debent ad consuetudinem operum publicorum pro ratâ facultatum. *l. omnes. C. eod.*

Habitantes in publico loco, eum reparare priuatis sumtibus debent. *l. turres. C. eod.*

Habitantium appellatione non veniunt habitantes animo recedendi. *Sal & Alex. l. cùm filiàs ff si cert. pet.*

Habitantium appellatione non veniunt, qui gratis habitant. *Bar. l. si mercedem. § fin. ff. de act. empt.*

90. Habitatio pignoratæ domus pro vsuris esse potest. *l. si eá pactione. C. de vsur.*

Habitatio legata morte legatarii finitur. *l. legatum. ff. de cap. min.*

Habitatio legata alii locari potest. *l. cùm antiquitas. C. de vsufr. & hab.*

Habitatio conduci potest vilius. *l. si eâ pactione. C. de vsur.*

Habitatio finitur morte. *l habitatio. C. de vsufr. & hab.*

Habitatio est pars victûs, *Bertrand. cons. 220. nu. 5. vol. 4.*

Habitatio in domo hereditariâ arguit aditionem, nisi probetur alia causa. *Bar. l. 1. C. de rep. her.*

Habitatio venit appellatione alimentorum. *l. legatis. ff. de alim. & cib.*

Habitatio non venit appellatione supellectilis. *l. pen. ff. de supell leg.*

Habitatio patris censetur filii. *Ias l. filius paciscendo. nu. 2. C. de pact.*

100. Ha-

100. Habitatio domus pignoratæ non dicitur vsura. *l. si ea. C. de vsur.*

Habitatio domus est fructus. *l. et si is qui bona. §. et si antichresis ff de pignor.*

Habitatio de iure competens alicui est quædam seruitus. personalis. *Corn. cons. 154. Vol. 4.*

Habitatio facit quem esse de illâ contratâ, in qua habitat. *gl. c statutum §. nulla. de rescript. lib. 6.*

Habitatio non facit quem esse de iurisdictione alterius. *Fel. c quod clericus. post. pr. de for. compet.*

Habitatio potest commodari. *Bar. l. 1. §. huius edicti. ff. Commod.*

Habitatio in Ecclesiis non potest locari laicis. *Bal. l. 2. C. de SS. Eccles.*

Habitatio in remotis habetur pro non habitatione. *Card. clem. causam. §. 1. 5. q de Elect.*

Habitatio sola non facit quem sortiri forum, nisi constet de vero animo vel præsumpto contrahendi incolatum. *Alex. l. Cornelia, § si quis ff. de iniur.*

Habitatio vera præferri debet fictæ. *Soc. cons. 138. Vol. 1.*

110. Habitatio forensis habet vim contractus. *Bertach. repert. part. 2. fol. 176. b. col. 2. in pr.*

Habitationis domus dicitur domus mansionis, non peregrinationis. *Bal. l. ea quæ. in fi. C. quom. & quand.*

Habitationis mutatio homini libero non est prohibita. *auth. omnes. C. com. de succes.*

Habitationis seruitus est individua. *gl. l. 1. § si vsusfructus. ff. ad l. Falcid.*

Habitationis legatarius non est eius dominus. *l. cùm antiquitas. C. eod.*

Habitationis appellatione veniunt etiam alimenta. *Bal. l. fin. 3. col. C. de ind. vid. toll.*

Habitationem donans videtur donare mercedem. *l. in ædib. ff. de donat.* (*Bal. de pac. Constant, §. nomina verò.*

Habitator non præsumitur esse otiosus, nisi constet.

Habitator de his, quæ effusa sunt, suam suorumque culpam præstat. *l. pen. §. 2. ff. de his qui effud. vel deiec.*

Habitator Ciuitatis cogitur ad præstantias. *Bar. l. interdum. ff. quod fals. tut. aut.*

120. Habitus vbi non est vel esse potest, ibi non cadit priuatio *gl. l. 1. C. de arbit.*

Habitus præcedit priuationem. *l. non potest. ff. de reg. iur.*

Habitus facit priuationem cognoscere. *Bal. l. 4. num. 10. ff. de iust. & iur.*

Habitus non generaliter ex vno aut altero actu. *l. 3. C. de Episc aud.*

Habitus tristior mulieribus lugentibus remittitur. *l. decreto. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.*

Habitus non facit monachum. *Nou. 5. c. 2. §. 1.*

Habitus præsumptionis cessat in materia mortis. *l. si verò. ff. mand.*

Habitus non inducitur ex dispositione priuatâ. *Socyn. cons. 30. nu. 12. vol. 1.*

Habitus ex dispositionibus priuatiuis nunquam oritur. *Decian. cons. 1. nu. 13. vol. 1.*

Habitus facit præsumptionem. *Bal l. directis. C. de manum. test.*

130. Habitus contrarii in eodem subiecto cadere non possunt. *Bal. l. eius qui in prouinciam. n. 17. ff. si cert. pet.*

Habitus indicat, qualis quis sit. *Bar. l. moueor. C. si ſeru. export. van.*

Habitus proximus actui habetur pro actu. *Bald. & Cast. l. fin. ff. si ex nou. cauſ. ag.*

Habitus iniuriati facit atrocem iniuriam iudicari *Sal. l. 4. C. de iniur.*

Habitum præsupponit priuatio. *l. decem. ff. de V. O.*

Habitu deficiente priuatio esse nequit. *l. 4 ff. de iust. & iur.*

Harmonia constat ex multis consonantiis. *Ful. pac. de prob lib. 1. cap. 14. nu. 5.*

Hastarum solennitas obseruanda est. *c. si adu. fisc.*

Haud facilè consentiunt plures. *l. 1. §. fin. ff. de acq. poss.*

Hauriendi ius non est hominis, sed prædii. *l si mihi eodem tempore §. fin. ff. de ſer. ruſt. præd.*

140. Haustus auræ communis est. *l. omnes. C. de pœn.*

Haustus

Hauſtus conſtitui poteſt, loco publico interueniente. *l. ſeruitutes §. 2. ff. de ſeruit.*

H E.

Hæbreorum animæ creduntur perditæ. *Corn. conſ. 39. nu. 5. vol. 4.*

Heres ſocii non eſt ſocius. *l. heres ſocii. ff. pro ſoc.*

Heres Emphyteutæ nullo tempore præſcribit contra dominum. *Bal. l. neque. C. de vſufruct.*

Heres Emphyteutæ legantis Emphyteuſin finitâ morte legantis ad nihil tenetur legatario. *Bal. l. vxor. C. de leg.*

Heres feudatarii debet petere inueſtituram intra annum, aliàs perdit feudum. *Alex. conſ. 79 vol 1.*

Heres feudatarii debet iurare fidelitatem intra annum. *Bal. l. pen. in fin. C. vt in poſſ. leg.*

Heres vnius vaſalli poteſt ſeruire per ſubſtitutum domino. *Bal. l. fin. C. ſi plu. vna ſent.*

Heres debet appellare intra tempus quod reſtat defuncto. *Bal. l. fin. C ſi pend. appell. mors int.*

Heres poteſt accuſare de furto facto defuncto. *Bar. l. fin. ff. de priu. del.*

10. Heres malæ fidei poſſeſſoris non facit fructus ſuos, licet ſit in bonâ fide. *l. 2. C. de fruct. & lib. expenſ.*

Heres poteſt agere contra contractum vſurarium, contra quem non egit defunctus. *Alberic. cap. ad noſtram. de empt & vend.*

Heres debet luere pignus legatum à teſtatore ei, qui pignorauit alteri. *l. ſi tibi. ff. de leg. 1.*

Heres debet iurare de calumnia, etiam ſi defunctus viuens iurauit *gl. c. 2. de iur. cal. lib. 6.*

Heres poſt 30. annos poteſt petere bon. poſſ. *Bal. l. licet. 3. q. ff. de iur. delib.*

Heres poteſt petere ſibi retro uendi, licet teſtator non petierit. *Bal. l. 2. C. de pact int. empt. & vend.*

Heres poteſt exigere pedagium conceſſum defuncto. *Bal. l. 1. §. Exceptio. C. de cad. toll.*

Heres non poteſt agere intra tempora deliberandi. *Spec. de a & §. 1. V. item quod eſt hores.*

Heres

Heres tenetur exonerare conſcientiam defuncti. *cap. fin. de ſepult.*

Herede carere dicitur is, qui, cùm eſt mortuus, non reperitur, qui velit hereditatem eius. *Bal. l. pen. §. 1. Cod. ad Trebell.*

20. *Heres* fictè dicitur ante aditionem. *Bar. l. heres. ff. de acq. her.*

Heres in vitâ inſtitutus dicitur inſolidum heres, licet poſt mortem ſuam alter ſit inſtitutus. *Alex. l. extraneum. C. de her. inſt.*

Heres, ſi quis inſtituatur malis artibus ipſius, qui ſe inſtitui procurauit, dicitur in dolo. *Bal l 1. C ſi quis al. teſt. proh.* (*Bal. l. eam quam. 6. col. C. de fideicom.*

Heres eſſe non probatur, qui comparuit citatus vt heres.

Heres anomalus ſapit qualitatem omnis heredis. *ibid.*

Heres fingitur heres à tempore mortis teſtatoris, licet diu poſt adierit hereditatem. *l. ſi ex re. ff. de ſtip. ſerv.*

Heredes ſimul inſtituti videntur inuicem ſubſtituti, ſi vltimus eorum moriens grauatus eſt reſtituere. *Bar. leg. Titia, §. Seia. ff. de leg. 1.*

Heres poteſt relinqui executor teſtamenti. *l. quidam. teſtamento. §. ſi ſcriptus vbi DD. ff. eod.*

Heres non ſolenniter inſtitutus, etiam in foro conſcientiæ, poteſt repelli à cohærede ſolenniter inſtituto. *Bal l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur. & fact. ignor.*

30. *Heres* non habet titulum in legato ante aditam hereditatem, nec poſt. *Bal. l. 1. pen. col. C. de vſur.*

Heres inſtitutus in legitimâ dicitur heres in quotâ. *Ang. l. ita tamen. §. ſi patronus. ff. ad Treb.*

Heres per alium quis eſſe poteſt. *Bal. l. 1. C. ad Tertull.*

Heredem habere honor eſt. *Bal. l. 1. C. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.*

Heres non præſumitur, qui ex verbis non exprimitur. *Bar. l. Neſennius. ff. de excuſ. tut.*

Heres poteſt approbare teſtamentum, in qua legata ſunt vltra dodrantem. *Bar. l. non dubium. C. de teſtam.*

Heres dicitur tripliciter, datus, natus, factus. *Bal. l. humanitatis. 4. q. C. de impub. & al. ſubſt.*

Heres

Heres nudo nomine habet effectum heredis in omnibus, quæ concernunt suum commodum. *Bar. leg. si is. ff. de vulg.*

Heres, qui non potest instituí, non potest esse legatarius. *Spec. de Inst. edit. §. 12. V. oppono.*

40. Heres in suo patrimonio nō potest quis instituí. *ibid. §. 13. V. Sed super.*

Heres non præsumitur hereditatem adire, nisi hoc probetur. *gl. & Bar. l. necessariis. ff. de acq. her. Abb. c. 1. de sol.*

Heres præsumitur habere testamentum apud se. *DD. l. 2. ff. de Edend.*

Heres suus & necessarius non præsumitur scire tenorem testamenti. *gl. & Bar. l. eius qui. ff. si cert. pet.*

Heres suus non præsumitur vel extraneus scire tenorem Codicillorum. *Cast. l. non est. V si tamen. ff. de transact.*

Heres ante aditionem nō præsumitur scire testamentum, licet sit coniuncta persona, sed post. *Bal. l. quoniam. C. de iu. del.*

Heres si non sciat tenorem testamenti, dicitur in culpâ. *Bar. l. si seruum. §. de illo. ff. de V. O.*

Heres suus intra tempora deliberandi debet habere alimēta ab hereditate. *l. filius ff. de iu. delib.*

Heres suus & extraneus tenetur alere spurium testatoris. *Bal. Auth. licet. C. de nat. lib.*

Heredi grauato magis fauendum, quàm legatario. *Cor. cons. 71. Vol. 4.*

50. Heres debet priùs agere petitione hereditatis, quàm familiæ herciſc. *Spec. de actore. V. Item quod heres.*

Heres etiam pupillus conuenitur ex mandato patris. *Bal. l si tibi. C. mand.*

Heres tenetur ad legata simpliciter relicta, retentâ Falcidiâ, si sponte adiuit. *Bal. l. 2. C. ad Treb.*

Heres tenetur ad onus iniunctum legato repudiato. *gl. & Bar. l. heredi. ff. de leg. 1.*

Heres non ligatur constitutionibus Episcopi, nisi ad piam causam. *Bal. l. 1. C. de his. quæ pœn. nom.*

Heres extraneus succedit in ius patronatûs Ecclesiæ. *Bal. l. venia. C. de in ius voc.*

Heres

Heres grauatus reſtituère, quicquid ex hereditate ſuperſt erit, poteſt alienare ſine fraude. *Bar. l. ſed et ſi lege. §. pen. ff. de pet. her.*

Heres grauatus reſtituere poteſt retinere expenſas factas in re reſtituenda. *l. domos. ff. de leg. 1.*

Heres grauatus fideicommiſſo debet reſtituere etiam bona ſuperuenientia in hereditate. *DD. l. Lucius. §. fin. ff. ad Treb.*

Heres reſtituens tenetur reddere rationem fideicommiſſario. *Bar. l. cùm tale. ff. de cond. & dem.*

60. *Heredes* grauati dare alicui aliquid, ſi vnus ſoluit, repetit partem à coherede. *Bal. l. ſancimus. C. de V. ſig.*

Heres grauatus facere poteſt cogi præcisè. *Dyn. & Bar. l. fideicommiſſa. ff. de leg. 3.*

Heres grauatus fideicommiſſo non tenetur prælegata reſtituere. *DDl. Sextiliam. ff. eod.*

Heres debet ponere fideicommiſſarium in locum ſuum. *l. qui quadringenta. ff ad Trebell.*

Heres grauatus legatis tenetur etiam ad prælegata. *Caſt. conſ. 143.*

Heres grauatus vendere ſimpliciter intelligitur, ſcilicet prò iuſto precio. *Bal. l. 1. C. com. de leg.*

Heres in teſtamento purè inſtitutus poteſt in Codicillis grauari fideicommiſſo. *gl. l. 2. C. de cod.*

Heres grauatus non præſumitur duplici præſtatione. *Bar. l. vxorem. §. 1. ff. de leg 3.*

Heres grauatus ſoluere liberatur, ſi det fideiuſſorem volenti, aliùs non. *Bal. l. fin. C. ad l. Falc.*

Heres grauatus fideicommiſſo cogitur adire officium iudicis. *Ang. gl. & DD. l. ſi legatum. ff. ad Treb.*

70. *Heres* grauatus ſponte reſtituens tenetur ad debita, non ſi coactus. *l. qui totam. ff. eod.*

Heres ex re certâ dicitur voluntarius, non neceſſarius. *Bal. l. quoties. C. de her. inſt.*

Heres ex re certâ alienâ debet habere æſtimationem. *Bal. l. humanitatis. 2. q. C. de imp. & al. ſubſt.*

Heres

Heres ex re certâ ignorans non transmittit hereditatem, sed legatum sic. *Bal. l. quoniam. C. de iu. del.*

Heres in re certâ non transmittit ius adeundi. *Bal. l. quidam pen. col. C. eod.*

Heres ex re certâ habetur loco legatarii. *Bal. l. quoties. C. de her. inst.*

Heres ex re certâ cogitur adire & restituere. *Bar. l. cogi. §. sed si miles ff ad Treb.*

Heres incapax est, qui non potest esse legatarius, & è contra. *Spec. de Instr. edit. §. 12. V. opporto.*

Heres incapax ex testamento est etiam incapax ex Codicillis. *Bal. l. fin. C. de codicill.*

Heres incapax bene potest institui sub conditione, si erit capax. *l. in tempus. ff. de her. inst.*

80. Heres indignus non vsucapit titulo pro herede. *gl. & Bar. l. constat. ff. pro hered.*

Heres heredis potest abstinere in fraudem creditorum, *Bal. l. 1. col. vlt. C. de his, qui ant. ap. tab.*

Heres heredis potest vendicare hereditatem primi defuncti. *Bar. l 2. C. com de succes.*

Heres heredis mortui intra tempora deliberandi odiens præfertur substituto heredis. *Bar. l 3. C. de her. instit.*

Heres heredis non succedit in societatem Gabellarium. *gl. l nulla ff. pro soc.*

Heres legatarii non dicitur legatarius. *Bar. l. fin. 11. opp. C. de her. inst.*

Heres delinquentis non tenetur ad pœnam pro delicto defuncti. *l. 1. C. ne ex del. def.*

Heres tenetur dare, sicut defunctus. *Bar. l. 2. ff. sol. mat.*

Heres non tenetur ad legata relicta à substituto. *Bal. l. quoties. C. de fideicom.*

Heres non potest conueniri ante aditam hereditatem. *l. controuersia. ff. de transact.*

90. Heres vsufructuarius tenetur ad onera hereditaria. *Bal. l. fin ff. de vsufruct. leg.*

Heres patris tenetur dotare filiam sicut pater. *Bar. l. si maritus. §. si voluntate. ff. sol. mat.*

Heres

Heres sortitur forum defuncti. *DD. l. heres. ff. de iud.*

Heres mercatoris conuenitur in curiâ mercatorum. *ibid.*

Heres pro legato vel fideicommisso conuenitur, vbi habet maiorem partem bonorum. *Bar. l fideicõmissum. ff. eod.*

Heres potest vbique conueniri, vt satisfiat nomine legatorum. *DD. l sed etsi § si heres ff. eod.*

Heres tenetur ad interesse propter moram. *Soc. cons. 147. Volum. 2.*

Heres etiam in gradu remotissimo tenetur de Euictione. *Bal. l. cùm successores. C. de euict.*

Heres non tenetur ex eo, quod testator alienauit in fraudem creditorum. *Bar. l. 1. C. de iur. fisc. lib. 10.*

Heres non cogitur pendente conditione ad soluendum legata conditionalia. *DD. l. quidam. ff. de leg. 1.*

100. Heres non possidens lite contestatâ cum defuncto absoluitur. *Bar. l. in rem. ff. de rei vend.*

Heres potest iurare, se nescire, quando agitur de facto defuncti. *Bal. c. 1. §. domino. de nat feud.*

Heres negans legatum conuenitur ad duplum. *gl. & Ang. Auth. de trient. & semiss. §. studium.*

Heres non tenetur ex contractibus defuncti, qui non trãseunt ad heredes. *Bal. c. 1 col. vlt. qui suc. di.*

Heres non tenetur de fructibus de prædatis. *l. litigator. C. de fruct. & lit. exp.*

Heres tradens legatario rem viciosam generaliter legatam tenetur de dolo. *Bar. l. si heres. ff. de leg. 1.*

Heres pro euictione tenetur legatario pro legato generis, non speciei. *Bar. l. substituto. §. 1. ff. eod.*

Heres approbans testamentum tenetur ad legata, etiam inualida. *Bal. l. non dubium. C. de testam.*

Heres tenetur de euictione pro re venditâ per executorem testamenti. *Bar. l. alio. in fi. ff. de olim. & cib. leg.*

Heres tenetur ad fructus legatario post moram. *l. apud Iulianum. §. 1. ff. de leg. 1.*

110. Heredes conuenti debent vnum procuratorem constituere, non plures. *l. iam tamen. § pen. ff. iud. solu.*

Heres

Heres adiens debet esse certus de morte defuncti. *Bart. l. qui hereditatem. ff. de acq. her.*

Heres deliberans potest dicere testamentum nullum. *Bal. l. suus. C. de repud her.*

Heres adeundo hereditatem dicitur quasi contrahere. *Bal. l. fin. in pr. C. de iu. delib.*

Heres coactus adire perdit prælegatum. *Bar. l. ita tamen. §. si præceptis. ff. ad Treb.*

Heres non dicitur adire ex eo, quod agit de sepulchro violato. *gl. l. venditor. ff. de her. vel act. vend.*

Heres non dicitur adire, qui citatus vt heres comparuit. *Bal. l. eam quam. col. 6. C. de fideicom.*

Heres heredis non venit in iudicio testatoris, sed legis. *Bal l. quidam. C. de iur. del.*

Heres heredis testatoris heres est. *l. 3. ff. de pet. her.*

Heres heredis prohibiti alienare non potest alienare. *Bar. l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. 1.*

120. Heres heredis in pœnalibus non venit appellatione heredis. *Bal l. fin. 21. q. C. de her. inst.*

Heres heredis tenetur ad alimenta. *Bar. l. alimenta. in pr. ff. de alim. leg.*

Heres coheredis dicitur heres primi testatoris. *Bal. l. fin. 20. q. C. de her. inst.*

Heres debet ratificare venditionem factam per executores testam. *Bal. auth. si captiui. c. de Epis.*

Heres non potest arguere mendacium defuncti. *Bar. l. rem alienam. ff. de pig. act.*

Heres potest reuocare confessionem defuncti. *Bal. l. 2. Cine ex del. def.*

Heres non potest retractare litem sopitam per defunctū. *Bal. l. Pollu. C. de his quib. vt indig.*

Heres non potest allegare turpitudinem defuncti. *gl. & DD. l. filios. C. de reuoc. his quæ in fraud.*

Heres repudians pro parte non videtur repudiare totum. *gl. & Bar. l. 1. & 2. ff. de acq. hered.*

Heredi pauperi potest interdici alienatio bonorum per creditores. *Alex l. si creditores. ff. de pri. cred.*

130. Heres repudians ex teſtamento, & ſuccedens ab inteſtato non perdit beneficium Falcidiæ. *Ang. l. quia a. ff. Si quis omiſſ. cauſ. teſt.*

Heres repudians hereditatem perdit omnia alia lucra ex eâ. *Bar. l. heredes. C. de om agr. deſc. lib. 11.*

Heres habens ſubſtitutum in vna parte tantum, non poteſt vnam partem acceptare, & alteram repudiare. *Bal. l. quidam C. de in del.*

Heres viuens de fructibus & eos conuertens in ſuos vſus non poteſt in fraudem repudiare hereditatem. *Ang. l. ſi quis. § prætor. ff. de acq. her.*

Heres vendens hereditatem tenetur ad legata, ſed recuperat ab emptore. *Bal. l. 2. C. de legat.*

Heres moriens non dicitur repudiare. *Bal. l. 3. in fin. Cod. de her. inſtit.*

Heres ex teſtamento non poteſt renunciare ſucceſſioni ex teſtamento, vt ſuccedat ab inteſtato. *DD. l. heres inſtituta. C. de imp. & al. ſubſt.*

Heres repudians dolo, non tenetur, niſi lucretur ex repudiatione. *Bal. l. 1. C ſi quis omiſſ cauſ teſt.*

Heres repudians, ſi non poſſidcat, non tenetur ad legata, niſi ſubſidium *ibid.*

140. Heres non dicitur ſine animo adire *Spec. de lib. cont. §. 2. V. & nota.*

Heres dicitur adire hereditatem, dum exigit eius debita. *l. pro herede. §. Papinianus. ff. de acq her.*

Heres dicitur adire per conſtitutionem procuratoris ad adeundum. *gl & Bar. l. Paulus. ff. eod.*

Heres poſſidens bona hereditaria videtur adire. *Bar. l. 1. q. 2. C. qui admitt.*

Heres non implens poteſt per quemlibet accuſari. *Bal. Auth. hoc amplius. C. de fideicom.*

Heres non implens non perdit legitimam. *ibid*

Heres ex teſtamento ſolenni non implens non priuatur. *ibidem.*

Heres ſoluens plus debito non præiudicat legatariis. *Bar. l. Lucius. §. teſtator. ff. de leg. 2.*

Heres

Heres putatiuus soluens repetit solutum. *Bar l.si à patre. C.de cond.indeb.*

Heres per conscientiam soluens legatum non solenne nõ potest repetere. *Bal.in C.de fideicom.*

150. Heres non restituitur aduersus pœnam commissam contra hereditatem iacentem. *Ioan. à Port.l.ad diem. ff.de V.O.*

Heres fideicommissarius potest deducere debitum. *l. ab omnib.§. fin ff.de leg.1.*

Heres heredis non potest implere conditionem defuncto iniunctam. *l.à testatore.ff.de cond.& dem.*

Heres legatarii in singulos annos lucratur fructus anni cepti. *l.à vobis.ff.de ann.leg.*

Heres liberti omnia iura integra habet aduersus patronũ. *l.heres ff.de obseq.par.præst.*

Heres legitimam sine morâ recusans duplum soluere debet. *l.si quis suo testamento.in pr.C.de inoff.test.*

Heredis appellatione comprehenditur, filius in materiâ feudali,& non extraneus. *gl.l.ex facto.§.fin ff.ad Treb.*

Heres proxenetæ tenetur eius nomine, quod amplius accepit, quàm per leges licet. *l.fin.C.de sponsal.*

Heres pupillus auctoris facto obstringitur. *l.2. C.quand. mul.tut.off.fring.pot.*

Heres pupilli habet actionem directam. *l.2.C.de contrar. iudic.tut.*

160. Heres putatiuus vsucapere non potest. *l.4.C.de vsucap.pro hered.*

Heres scriptus probare debet probationibus apertissimis, liberis iustè heredatos esse. *l.liberi.C.de inoff.test.*

Heres scriptus semel per repudiationem non desinit esse heres. *l.4.C.de repud.her.*

Heres socii testati vel intestati eius conuenta seruare debet. *l.4.C.pro Socio.*

Heres soluens debitum hereditarium non nocet coheredibus negantibus. *l.1.C.inter alios acta.*

Heres soluens post hereditatem restitutam, repetit à fideicommissariis pro ratâ. *l.1.C.de incert.person.*

Heres ſpoliati iurare nequit de damno. *l. ſi quando. Cod. vnde vi.*

Heres ſponſæ donatricis donata repetere poteſt. *l. ſi à ſponſorib. C. de don ante nupt.*

Heres ſtipulantis poſtulare poteſt. *l. veteris. C. de contr. vel committ. ſtipul.*

Heres ſuccedens in vicium eiuſdem iuris eſt, cuius auctor. *l. 2. C. de fruct & lit. exp.*

170. Heres ſuus, exiſtens nihil pro herede capere poteſt. *l. 2. C. de vſucap. pro her.*

Heres ſuus ex teſtamento vel ab inteſtato ceteros excludit. *l. 2. C. vnde liberi.*

Heres ſuus, etiam ignorans ſe heredem eſſe, tranſmittit hereditatem. *l. apud hoſtes. C. de ſuis & leg. lib.*

Heres teſtamentarius ius deliberandi habet. *l. cùm in antiquiorib. in pr. C. de iur. delib.*

Heres tranſigens ſcienter de legatorum præſtatione, ex falſo teſtamento, ſi ſoluat, non repetit. *leg. ſi veritas, C. de fideicom.*

Heres tutoris culpam leuem admittens, non tenetur. *l. 1. & ſeqq. C. de her. tut. vel cur.*

Heres tutoris inſtrumenta pupillaria exhibere debet, aliàs tenetur ad intereſſe. *l. 2. C. de in lit. iur.*

Heres tutoris neglecta ab eo præſtare debet. *l. 4. C. de hered. tut. vel cur.*

Heres tutoris principali loco conueniri poteſt. *l. cùm interdicta. C. arbitr. tut.*

Heres tutoris rationem tutelæ præſtare debet. *l. 2. C. de tut. vel cur. qui non ſatiſd.*

180. Heres vendens hereditatem non liberatur à legatariis & fideicommiſſariis. *l. 2. C. de legat.*

Heres venditoris hereditatis tenetur euictionis nomine. *l. ſi parentes. C. de Euict.*

Heres venditoris hereditatis habet beneficium. *l. 2. C. de reſcind. vend. l. 1. C. ſi mai. fact. alien.*

Heres vindicans mortem defuncti calumniæ teneri non poteſt. *l. 2, C. de calumn.*

He-

Heres violenti possessoris tenetur in tantum, quantum ad eum peruenit. *l.2 C. vnde vi.*

Heres vnus soluens testatoris mandato impedit petitionẽ ab aliis. *l.1. C. de except. sen. præscript.*

Heres est eiusdem iuris & potestatis, cuius fuit defunctus. *l. heredem. ff. de reg. iur.*

Heres vxoris amouentis res mariti tenetur in tantum, quantuum ad eum peruenit. *l.3. C. rer. amot.*

Heres vxoris dotem constante matrimonio redditam restituere debet cum fructibus à tempore dotis refusæ perceptis. *l.1. C. si dos const. mat. solit.*

Heres vxoris extraneus priuilegium dotis non habet. *l. 1. C. de priu. dot.*

190. Heres Xenodochii tenetur pauperibus distribuere vniuersam hereditatem. *l. si quis ad declinandam. §. 4. C. de Episcop. & cler.*

Heres adire potest voluntariè hereditatem sibi relictum. *l. sed et si alio. §. ff. ad SC. Trebell.*

Heres potest agere de præteritis fructibus. *l. si operas. ff. de vsufruct.*

Heres alienare seruum manumittendum non potest. *l. si quis ex causa. ff. de fideicom. lib.*

Heres cogi potest ex causa adire hereditatem, si absens sit vel præsens. *l. recusare. ff. ad Treb.*

Heres potest cogi parére conditioni potestatiuæ sine suo damno. *l. si cui purè. §. 2. ff. eod.*

Heres cogi non potest adire hereditatem extranei. *l. ita tamen. § quare si Mauius. ff. eod.*

Heres potest deliberare. *l. Aristo. ff. de iur. delib.*

Heres desinere esse nemo potest, licet ei commodum auferri potest. *l. ei qui soluendo. ff. de her. inst.*

Heres detrahere potest duas quartas. *l. 2. ff. ad Treb.*

200. Heres dicere potest hereditatem suspectam. *l. sed et si alio. §. 2. ff. eod.*

Heres facit partem, qui speratur admitti ad partem. *l. 2. ff. si pars her. pet.*

Heres falcidiam remittere potest in vendendâ hereditate. *l. potest heres. ff. ad l. Falcid.*

Heres fraudari non debet. *l si peculium. ff. de stat. lib.*

Heres fungitur vnius vice cum hereditate. *leg. heres. ff. de vsucap.*

Heres habere solet exemplum testamenti. *l 2. ff. de edend.*

Heres est eiusdem iuris, cuius fuit defunctus tempore mortis. *l. fin. ff. de seru. vrb. prad.*

Heres plus potest quandoque quàm defunctus. *l. si per imprudentiam. §. 3 ff. de Euict.*

Heres recusare potest adire herediratem absens seu præsens sit. *l recusare, cum seqq. ff. ad Treb.*

Heres restituere non potest hereditatem sibi relictam sub conditione, eâ nondum existente. *l sed et si alio ff cod.*

210. Heres potest reuocare contractum defuncti ex propriâ personâ, non iure hereditario. *l. Seia. ff. de Euict.*

Heres scriptus præcedit legitimum. *leg. in plurium. ff. de acq. hered.*

Heres sequitur forum defuncti. *l. heres absens. ff. de iudic.*

Heres soluere potest debitum sub pœnâ. *leg. Aristo ff. de iu. del.*

Heres succedit in omne ius, quod testator habuit tempore mortis. *l fin. ff. de seru. vrb. prad.*

Heres successor est lucri & onerum defuncti. *l. cùm heres. ff. de diuers. temp. præscript.*

Heres suus fieri nemo potest per emancipationem. *l. Gallus. §. fin. ff. de lib. & posth.*

Heres non potest esse testis in testamento, in quo institutus est. *l. qui testamento. ff. qui test. fac. poss.*

Heres vendere potest fundum, cuius reditus alteri legatus est, *l. fundi. ff. de vsu & vsufr.*

Heres vsucapere non potest, quod non potuit defunctus. *l. si stipulatus fuero ff. de solut.*

220. Heres adire potest hodie statim à tempore mortis testatoris. *l. 1. §. 1. C. de cad. toll.*

Heres adire potest ante aperturam tabularum. *ibi-dem. §. 5.*

Heres

Heres alienare non potest, si prohibitus fuerit à testatore. *l dudum C. de contrab empt.*

Heres alienare non potest restitutioni subiecta. *l. 3. §. 2. C. Com. de leg.*

Heres non potest alienare res alienas in hereditate inuentas. *l. scimus §. sin verò C. de iur. delib.*

Heres auctoritatem summam totius causæ habet. *l. quæstionem. C. de fideicom.*

Heres capax esse debet, alias viciatur testamentum. *l. si testamentum. C. de testam'*

Heres cognosci debet à testibus Inuentarii. *l. scimus. §. 2. C. de iur. delib.*

Heres contrauenire non potest facto defuncti. *l consensu §. si verò filio. in fi. C. de repud.* (*nu pec.*

Heres ex debito paterno obligatur. *leg. si intra. C. de non*
230. Heres deducit priùs debitum confusum per aditionem, quàm legata soluat. *l. in imponenda. C. ad l. Falcid.*

Heres debet declarare instantibus creditoribus num velit esse heres nec nè. *l. si curatoris C. de iur. delib.*

Heres defuncti fidem in venditione præstare debet, *l. 1. C. de oblig. & act.*

Heres dicendus non est continuò, qui bona hereditaria tenet. *l. 4 C. vnde legit.*

Heres de dolo suo in solidum, de defuncti verò in id, quod ad eum peruenit, tenetur. *L. ad ea. in fi. ff. de reg iur.*

Heres in dubio ex partibus æqualibus institutus præsumitur. § 6. *Inst. de her. inst.*

Heres est, ergò liber. *l. 5. in fin. C. de necess. serv. her.*

Heres expilatæ hereditatis agere potest aditâ hereditate. *l. 3. C. de crim. expil. hered.*

Heres fit aditione hereditatis. *l. post aditam. C. de impub. & al. substit.*

Heres fit solâ destinatione. *l. si auia tua. C. de iur. delib.*
240. Heres non fit distrahendo, propter impensas funeris soluendas, res patris defuncti. *l. 1. C. eod.*

Heres non fit manumittendo mancipia hereditatis paternæ. *ibid.*

Heres incapax est propter conditionem suam. *l 2.C.de hered.instit.*

Heres legatorum nomine quasi ex contractu obligatur. §. *5.Inst.de obl.quæ ex q. contr. nasc.*

Heres lucrum sentire non debet ex falsâ coniectione Inuentarii. *l scimus. §.licentia C.de iur.delib.*

Heres luere debet rem obligatam, scienter à testatore legatam. *l 3.C.de legat.*

Heres pignorare non potest restitutioni subiecta. *l 3.§.2. C.com.de legat.*

Heres promittere potest, nè Falcidiâ vtatur. *l si liber.C.de cond.ob cauf.dat.*

Heres quadruplum præstat, expensarum, si contumax sit in libertate præstandâ. *l fin.C.de fideicom.lib.*

Heres remittere potest Cautionem vsufructuariam. *l.1.C. de pet.hered.*

Heres non potest repudiare vnam partem, & alteram amplectius si ex diuersis partibus institutus est. *l.quidam, C.de iur.delib.*

250. Heres tenetur restituere iniustè alienata à testatore. *l.consensu.§.si verò.C.de repud.*

Heres retrouenditionis pacto obligatur. *l.2. C.de pact.int. empt.& vend.comp.*

Heres sequi debet descriptionem defuncti. *l 1.C.arb.tut.*

Heres debet soluere æs alienum, nō donatarius. *l.aris alieni.C.de don.*

Heres solutionem à defuncto factam reuocare nequit. *l. successores.C.de sol.& lib.*

Heres potest in solutum dare res hereditarias creditoribus hereditariis. *l.cùm non solùm.C.de bon.quæ lib.*

Heres subiacet oneribus & commodis hereditariis. *ibid.*

Heres tenetur creditoribus hereditariis. *l. Aristo. §. 1.ff.de iur.delib.*

Heres tenetur fideicommissario vniuersali de dolo & latâ culpâ. *l.mulier.§.3.ff.ad SC.Trebell.*

Heres tenetur legatariis. *l.Videndum.ff.de leg.1.*

260. He-

260. Heres tenetur substituto. *l. si possessor. ff. de her pet.*
Heres tenetur actiones suscipere, si actiones tempore sint perituræ. *l. si quis priore. ff. ad SC. Treb.*
Heres tenetur ad id, ad quod poterat compelli defunctus. *l. postulante. ff. eod.*
Heres tenetur implere omnes conditiones coniunctas & disiunctas. *l. Aristo. ff. de iur. delib.*
Heres tenetur probare, testatorem sanæ mentis fuisse, si oneretur præsumptione. *l filium. ff. de acq her.*
Heres tenetur viam dare fructuario vt perueniat ad fundum, *l. cùm vsusfructus. ff. de vsu & vsufr.*
Heres tenetur facere & implere relicta ad pias causas. *l. sancimus. in pr. C. si de Episc. & cler.*
Heres tenetur stare inuestituræ, quàm pater fecit. *l. 3. C. de reb. al. non alien.*
Heres non tenetur appellare in causâ testatoris occisi. *leg. propter veneni. § 2. ff. de SC. Syllan.*
Heres non tenetur cauere de restitutione præle gatisibi cũ onere, eo deficiente. *l. pecuniæ ff. de alim.*
270. Heres non tenetur damni nomine, si coactus adiit. *l. cuilibet. §. 2. ff. de op. nou. nunc.*
Heredis bona non obligantur per generalem obligationẽ defuncti, *l. Paulus. ff. de pig. & hyp.*
Heredis negligentia nocet fideicommissario. *l. si heres institutus. §. fin. ff. ad SC. Trebell.*
Heredis crudelitas contra liberos defuncti punienda est. *l. si quis suo testamento. C. de inoff. test.*
Heredis negligentia coheredi nocere non debet. *l. fin. in fi. C. depos.*
Heredis qualitas non confirmat testamentum inualidũ. *l. in fraudem. C. de test. manum.*
Heredi extorquetur, quod scelere est quæsitum. *l. cùm falsi ff. de l. Corn. de falsi.*
Heres esse non vult, qui ad alium transferre vult hereditatem. *l. non vult. ff. de reg. iur.*
Heres ex testamento, si id deficiat, potest esse legitimus. *l. legitimam. ff. de her. pet.*

280. He-

280. *Heres* abſens debet conficere Inuentarium. *l ſcimus, §.3. C. de iur. delib.*

Heres conueniri non poteſt intra annum Inuentarii faciendi. *ibid. §. 11.*

Heres abſens reip. causâ intra annum vtilem beneficium reſtitutionis petere poteſt *l 1. C. de reſt. mil.*

Heres adiens hereditatem voluntatem defuncti firmare præſumitur. *l. ſi ab eo C. de lib. cauſ*

Heres agnoſcens debitum hereditatis non nocet coheredibus negantibus. *l 1, C. inter al. act.*

Heres agnoſcens minùs ſolennem volũtatem, & ſoluens, non repetit. *l. 2. C. de fideicom.*

Heres agnoſcens teſtamentum legibus non ſatis ſubnixum tenetur ad legata & fideicommiſſa. *l. non dubium. §. 1, C. de teſtam.*

Heres adiens hereditatem ſe obligat. *l. ſi adulta. C. de hered. act.*

Heres adiens recta via, ſuppoſitus eſt omnibus creditoribus hereditariis. *l. ſcimus. §. 1. C. de iur. delib.*

Heres aleatoris repetere poteſt aleâ amiſſum ab herede. *l. 1 C. de aleat.*

290. *Heres* aleatoris tenetur ad reſtit. victi aleæ luſu. *ibid.*

Heres aleatoris repetere poteſt ſolutum ex aleæ luſu. *l 3. C. eod. tit.*

Heres amouens aliquid ex hereditate, tenetur in duplum. *l. ſcimus. §. 10. C. de iur. delib.*

Heres aperiens teſtamentum, amittit hereditatem. *l. 3. C. de his quib. vt indig.*

Heres appellantis debet vel ſtare Statutis, vel reddere cauſas appellationis *l. 1. C ſi pend. app. mors int.*

Heres appellantis à decurio natu non tenetur appellationem continuare *l 4. C. eod. tit.*

Heres appellantis quatuor habet menſes ad introducendam appellationem. *l. fin. C. eod.*

Heres appellati debet citari ab appellante. *l. 1. C. eod.*

Heres approbans minùs ſolenne teſtamentum, eo perinde tenetur, ac ſi ſolenne eſſet. *l. non dubium. C. de teſtam.*

Heres bonæ fidei vsucapere non potest propter vicium à defuncto contractum. *l.3. C. com. de vsucap.*

300. Heres certâ re contentus esse iussus, legatarii loco est. *l. pen. C. de her. inst.*

Heres coactus restituitur. *l. non est dubium. C. de iur. de lit.*

Heres coactè adiens non vtitur Trebelliano. *l. 4. Cod. ad SC. Trebell.*

Heres conditionalis non antè adire potest, nisi conditione impletâ, vel per tertium impeditâ. *l. 1. C. de inst & subst.*

Heres conductoris reconducere non cogitur. *l. multos. C. de locat.*

Heres conductionem tenere debet. *l. viam veritatis. C. eo.*

Heres conductoris tenetur in staurare destructum. *l. cùm conductorem. C. eod.*

Heres conductoris tenetur conducti. *l. 4. Cod. quando ex fact. tut.*

Heres creditor debitum sibi deducit, antequàm legata præstat. *l. licet. C. ad l. Falcid.*

Heres creditor defuncti, eiusdem iuris est, cuius alii. *l. scimus. §. 9. C. de iur. delib.*

310. Heres creditoris pignus dolo vendentis tenetur. *l. fin. C. si vend pig. ag.*

Heres creditoris residuum pignoris præstare debet *ibid.*

Heres creditoris tenetur pignoratitiâ, soluto debito. *l. si dominium. C. de pign. & hyp.*

Heres curatoris administrare non debet. *l. curatoris. ff. de neg. gest.*

Heres curatoris neglecta ab eo præstare debet. *l. 4. C. de hered. tut. vel cur.*

Heres curatoris rationes curæ reddere debet. *l. 2. C. de tut. vel cur. qui sat. non fec.*

Heres curatoris tenetur restituere ea, quæ ad eum ex re adulti peruenerunt. *l. 4. C. de her. tut.*

Heres curatoris excusat non tenetur. *l. 2. C. de tut. vel curat qui sat. non fec.*

Heres debitoris pignoratitiâ agere potest, soluto debito. *l. si vxor. C. de pign. & hyp.*

Heres debitoris præscribere pignus non potest. *l. 1. C. si adu cred præscript. opp.*

320. Heres debitoris potest recuperare pignus à creditore creditoris, debito soluto vel oblato. *l. 2. Cod. de tut. vel cur.*

Heres debitoris tenetur actione personali. *l. fin. C. de oblig. & act.*

Heres debitoris vendicare potest pignus non iure venditum. *l. 2. C. de tut. vel cur. qui sat.*

Heres debitoris principalis prius excutiendus, quàm ad extraneum pignoris possessorem veniatur. *Auth. hoc si. C. de pig. & hypoth.*

Heres debitores vnius ex pluribus soluens non impedit, pignoris venditionem. *l vnus C. de distr. pig.*

Heres defuncti præfertur legatario. *leg. 1. Cod. de bon. aut. iud possid.*

Heres defuncti molestari non debet intra. 9. dies ab obitu numerando. *Auth. sed neq. C. de sepulch. viol.*

Heres deliberans tempus moderatum deliberandi petere potest. *l si curatoris. C. de iur. delib.*

Heres facta deliberatione tenetur in solidum, si non repudiet. *l scimus. § fin a. C. eod.*

Heres ex delicto defuncti nunquam obstringitur vltra vires hereditarias. *tit. C. si reus vel accus. mort.*

330. Heres ex delicto defuncti tenetur in id, quod ad eum peruenit ante lit. cont. *l. 1. C. ex delict. defunct.*

Heres delinquentis tenetur in solutum lite cum defuncto contestata. *ibid.*

Heres delinquentis tenetur ex delicto defuncti, quatenus ipsius bona sunt confiscata. *tit. Cod. si reus vel accus. mort fuer.*

Heres differens piorum legatorum solutiones duplum præstare debet. *l. sancimus. § 7. C. de Ep. & cler.*

Heres donatarii potest agere ad donata. *l. si quis argentum C. de donat.*

Heres donatarii non tenetur ob ingratitudinem. *l. fin. C. de reuoc. donat.*

Heres

Heres donatoris auferre non potest res donatas ab donatario. *l.2. C. Vi bon. rapt.*

Heres donatarii non habet actionem ingrati. *l.1. C. de renoc. don.*

Heres tenetur donata præstare. *leg. si quis argentum. ff. de don.*

Heres emphyteutæ meliorationes petere potest, si emphyteusis non sit finita culpâ emphyteutæ. *l. 2. C. de iur. emphyt.*

340. Heres emptoris tenetur parere conditioni dictæ. *l.2. C. de pact. int. empt. & vend.*

Heres emptoris iusti non tenetur *l.fin. C. si vend. pig. ag.*

Heres errore facti soluens legata sine detractione Falcidiam non amittit. *l. error facti. C. ad l. Falcid.*

Herens euincens rem venditam à defuncto tenetur ad interesse. *l.3. C. de reb. al. non alien.*

Heres expensas funeris non faciens, vt testator iussit, non reputatur indignus *l. non oportet. C. de his quib. vt ind.*

Heres extranus à milite institui potest. *tit. C. de test. mil.*

Heres fideiussoris principali succedens cõuenitur vt principalis, non vt fideiussor. *l. fideiussoris. C. de fideiuss.*

Heres fructuarii vsucapere non potest. *l. neque fructuarii. C. de vsufr. & habit.*

Heres furiosi res eidem delatas repudiare potest. *l. cùm furiosus. §. sin a. C. de curat. fur.*

Heres furis non tenetur pœnali furti actione. *l. furti actione. C. de furt.*

350. Heres gerens quid hereditarium videtur renunciare deliberationi. *l. cùm in antiquiorib. C. de iur. delib.*

Heres habitantis precario debet restituere habitaculum. *l. 2. C. de prec. & Salv. Ed.*

Heres heredis dotis actione tenetur. *l.2. C. fol. mat.*

Heres heredis manumittere tenetur. *leg. si quis. Cod. de fid. lib.*

Heres heredis mei mihi heres est *l.fin. C. de her. instit.*

Heres ignorantiâ iuris soluens legata, non detractâ Falcidiâ, eam amittit. *l. error facti. C. ad l. Falcid.*

Heres

Heres incapax hereditatem neque per se neque per seruos proprios acquirere potest. *l. neq. per se. C. de her. inst.*

Heres innocens ex facto defuncti periculum sentire non debet. *l. factum. C. de accusat.*

Heres inops, scientibus creditoribus adiens hereditatem, iis satisdare non tenetur. *l mulier. §. 1. C. de sponsal.*

360. *Heres* ab intestato cogitur præstare legata ex codicillis, nisi falsos probet. *l si docueris. C. ad l. Corn. de falsi.*

Heres institutus conferre debet, nisi testator prohibuerit. *Auth. ex testamento. C. de collat.*

Heres institutus præfertur substituto in acquirēdâ possessione. *l. 1. C. de edict. D. Ad. toll.*

Heres inuentarium faciens debitum suum etiam in eo nominare debet. *l. scimus. §. in computatione. Cod. de iur. delib.*

Heres inuentarium faciens Falcidiam habet. *Auth. sed cùm. C. ad l. Falcid.*

Heres inuitus nemo esse potest. *l. nec emere. C. de iur. delib.*

Heres legitimus conferre debet, nisi vetitum sit. *Auth. ex testamento. C. de collat.*

Heres legitimus deliberandi ius habet. *l. cùm in antiquiorib. in pr. C. de iur. delib.*

Heres legitimus esse potest emancipatus, cui iura agnationis rescripto Principis reseruata sunt. *l. si ab eo. Cod. de leg. her.*

Heres proximus est legitimus remotis remotioribus. *l. lege. 12. tab. §. 1. C. eod.*

370. *Heres* legitimus frater. *l. 1. C. eod*

Heres legitimus natus ex quinquagenariâ. *l. si maior. C. eod. tit.*

Heres legitimus succedit militi heredi repudianti. *leg. 1. C. eod. tit.*

Heres legitimus succedit militi decedenti ab intestato. *l. 1. C. de test. mil.*

Heres legitimus tutor esse debet, si perfectæ ætatis sit. *l. meminimus. §. quas a. personas. C. de legit. her.*

Heres liberti ingratus non amittit donatum. *l. 1. C. ad SC. Orfic.*

Heres

Heres locupletior factus, etiam ex leui culpâ auctoris, tenetur. *l.1.C. de nupt.*

Heres legitimus lucrum sperans in damnum incidere non debet *l.scimus.§ 4.C.de iur.delib.*

Heres legitimus maior.25. annis semel heres, semper heres. *l.4.C de repud.her.*

Heres legitimus militis non tenetur vltra vires hereditatis. *l.in testamento.C.de test.mil.*

380. Heres minor. 25. annis non tenetur crimine inultæ mortis. *l.minorib C.de his quib.vt indig.*

Heres morosus præstat vsuras & fructus legati. *l.2. C.de vsur. & fruct.leg.*

Heres mulieris Velleiano vti potest. *l. heredes. C.ad Vell.*

Heres negligens amittit hereditatem, *l.non oportet.C. de his quib.vt indig.*

Heres necessariùs inuitus esse cogitur. *l. nec emere. C.de iur. delib.*

Heres occisi accusare non cogitur. *l. si quis homicidii. C. de accusat.*

Heres omittens hereditatem dolo legata nihilominus præstat. *l 1.C.si omiss.caus.test.*

Heres pro parte soluens pro pignore illud non luit. *l.1.C. de luit.pign.*

Heres patroni accusari nequit, nisi in crimine maiestatis. *l. si liberti.C.de his,qui accus.non poss.*

Heres patroni libertum iniuriâ afficere non debet. *l.cùm nec patronos.C.de iniur.*

390. Heres plenam fidem exhibens testatori, non repetit Falcidiam. *l.fin.C.ad l.Falcid.*

Heres possessionem nondum tenēs experiri potest aduersus possessores. *l.si sorori.C.de iur.delib.*

Heres possidentis rem in vsucapibilem non potest vsucapere. *l.vitia.C.de acq poss.*

Heres possessoris malæ fidei restituere debet præter rem fructus perceptos, & percipiendos. *l.2. C. de fruct. & lit.expens.*

Heres

Heres præcipitantis se sponte impatientiâ doloris, ex eo facto periculum sentire non debet. *leg. factum. Cod. de accusat.*

Heres præsens Inuentarium conficere debet intra. 3. menses *l. scimus. §. donec tamen. C. de iur. delib.*

Heres præstans aliquid vltra solidum non præiudicat legitimæ computationi. *leg. in imponenda. §. 2. C. ad l. Falcid.*

Heres probans defuncti voluntatem contrariam, non tenetur res obligatas legatas luere. *leg. prædia. Cod. de fideicom.*

Heres probans, si potiora iura habere ex legitimis modis, mittitur in possessionem *l. 3. C. de Ed. D. Ad toll.*

Heres promittens soluere integra legata Falcidiani non detrahit. *l fin. C. ad l. Falcid.*

400. *Heres* promissoris tenetur vel ad faciendum, vel ad dandum, vel ad vtrumque. *l. veteris. C. de cont. & com. stipul.*

Heres non restituitur in iure deliberanpi quod competit defuncto ignoranti. *Port. l. cùm quidam ff. eod.*

Heres restituitur in integrum aduersus hereditatem minori delatam non aditam. *l. 1. C. de rest. mil.*

Heres non soluens expensas funeris non priuatur, tanquã indignus. *D D. l. non oportet. C. de his quib. vt ind.*

Heres adiens periculo fideicommissarii non deducit Trebellianicam. *l. quin poterat. ff. ad Trebell.*

Heres prohibitus plus petere non detrahit Falcidiam. *Bal. l. cùm patrem. C. de in dot.*

Heres non conficiens Inuentarium præsumitur subtraxisse de bonis hereditatis. *Auth. de her. & Fal. §. sancimus.*

Heres executor in testamento relinqui potest. *l. quidam. §. si scriptus ff. de leg. 1.*

Heres debet mitti in possessionem, etiam in fructibus hereditas. *D D. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest.*

Heres malæ fidæ possessoris non facit fructus suos, licet ipse sit in bona fide. *l. 2. C. de fruct. & lit. exp.*

Heres

410. Heres in possessionem hereditatis mitti debet. *l fin. C. de Edict. D. Adr. toll.*

Heres succedit in malam fidem defuncti. *DD. l. litigator. C. de fruct. & lit expens.*

Heres non succedit in tutelam. *l tutela. ff. de tut.*

Heres furis tenetur ad restitutionem rei furtiuæ conditione furtiuâ. *Bal. l. 1. C. ne ex. del. def.*

Heres plus petentis mortui lite pendente non tenetur ad pœnam. *Bal. l. 1. C. de plus petit.*

Heres confessi crimen læsæ maiestatis tenetur. *Alex. l. eius qui. ff. de iur. fisc.*

Heres furis est successor viciorum. *leg. si ego. §. partus ff. de publico.*

Heres non tenetur ex confessione testatoris nondum condemnati. *Bar l eius qui. ff. de iur. fisc.*

Heres corrumpentis non tenetur si corrumpens ante sententiam moriatur. *Bar. l. 1 ff. de calum.*

Heres tenetur ciuiliter & criminaliter de delicto confessato per defunctum. *Spec. de accus. § 1. V. quia si.*

420. Heres mulieris gaudet beneficio Velleiani. *Bald. & gl. l. heredes. C. ad Vellei.*

Heres fratris extraneus non gaudet priuilegio fratris. *leg. cum patronus ff. de leg. 2.*

Heres socii non succedit in hereditate. *Spec. de iud. §. 2. V. circa hoc.*

Heres ingratus incipit esse indignus, à quo fiscus aufert. *Bal. l. fideicommissum. C. de fideicom.*

Heres non dicitur indignus, si minus expendit, quàm iussus est. *Bal. l. non oportet. C. de his quib. vt indig.*

Heres indignus non perdit successionem, nisi condemnetur. *DD. Bar. & Imol. l. ex facto. §. fin. ff. de vulg.*

Heres ab intestato dicitur Ecclesia defuncto prælato. *Spec. de succes. ab intest. in pr.*

Heres ab intestato grauatus alienare non tenetur restituere, quod reperitur alienatum. *Bal. Auth. hoc amplius. C. de fideicom. lect. antiq.*

Heres ab inteſtato debet petere ſe mitti in poſſ. bon. hereditariorum ſicut ſcriptus. *Bal l fin. C. de Ed. D. Aar.*

Heres heredis poteſt grauari à teſtatore *l ſi fuerit. § ſi quis. cum l ſeq. ff. de leg. 3.*

430. Heres conueniendus eſt, vbi defunctus debuit. *l. heres abſens. ff. de iud.*

Heres heredis eſt heres primi teſtatoris. *l. qui liberis. C. de hered. inſtit.*

Heres recuſans præſtare relictum hereditatis commodo priuatur. *Auth hoc amplius. C. de fideicom.*

Heres ignoratione ſuâ defuncti vicia non excludit. *Ioan. Borchol. de poſſeſſ. cap. 8. nu. 39.*

Heres ex probabili ignorantiâ excuſatur. *c. cùm quis. de reg. iur lib. 6.*

Heres & defunctus cenſentur vna & eadem perſona. *§. 1. Auth. de iureiur. à mor. præſt.*

Heres extraneus præſumitur habere noticiam fideicommiſſi, & omnium contentorum in teſtamento. *DD. l. qui Romæ. §. duo fratres ff. de V. O.*

Heres delinquens tenetur, non coheres. *Bar. l. ſi heredis. §. ſi vnus ex heredibus. ff. de leg. 1.*

Heres indignus priuatur adminiſtratione bonorum. *Bal. l. 3. C ad l. Falcid.*

Heres indignus non repellitur exceptione indignitatis à fiſco. *ibid.*

440. Heres vulnerans teſtatorem non dicitur indignus. *Bal. l. hereditas C de his quib. vt indig.*

Heres non cogitur reſpondere, niſi vbi eſt maior pars hereditatis. *Bar l. ſi fideicommiſſum. ff. de iud.*

Heres tenetur de morâ & tarditate aditionis. *l. ſi vſusfructus. vbi Bar ff. de vſufr.*

Heres cauſam exheredationis probare debet. *add. marg. ad l non eſt veriſimile. § 1. ff. quod met. cauſ.*

Heres ſoluit ſibi ipſi. *Bertr. conſ. 416 nu. 5. Vol 6.*

Heres heredis non dicitur heres defuncti. *Caſt. conſ. 197. nu 2. Vol 2.*

Heres heredis teſtatoris eſt heres. *l. fin. C. de her. inſt.*

Heres potest quilibet instituí. *l 1. ff. de test. c. apud de sponsi.*

Heres suus hereditatem non aditam ad quoscumque heredes extraneos transmittit. *leg. apud hostes. Cod. de suis & leg.*

Heres priuilegiatus si succedit priuato, vtetur iure priuati. *l. sed etsi ff. de inst. act.*

450. Heres qui in residuo instituitur, totum habet, si alter non ceperit. *l 2. C. de her. inst.*

Heres non præsumitur habere affectum furandi. *l. quod reipubl. ff de iniur.*

Heres institutus recto iure caput & fundamentum est totius testamenti. *§. ante heredis. Inst. de leg.*

Heres quoad partem coheredem extraneus est. *Bal. l. continuus. in fi. ff. de V. O.*

Heres legitimus succedit ex tacita voluntate. *Mantica de coniect. vlt. Vol. lib. 4. tit. 1. nu. 24.*

Heres præsumitur executor constitutus. *idem. lib. 4. tit. 3. num. 34.*

Heres dicitur fictè, & non verè possidere. *gl. & Bar. l, ei qui. ff si cert. pet.*

Heres pro parte temporis vnus fieri potest, & pro parte alius. *Bal l. extraneum. C. de her. inst.*

Heres heredis non admittitur ad substitutionem pupillarem, nec reciprocam. *DD. l. qui plures. ff. de vulg.*

Heres dicitur etiam, qui de iure prætorio succedit. *Bal. l. 1. C. vnde liberi.*

460. Heres Aduocati non tenetur honorarium refundere. *l. 1. §. diuus. ff. de extraord. cognit.*

Heres conditionalis, si eâ pendente adeat, debet cauere substituto *l. inter omnes. ff qui sat. cog.*

Heres damnum hereditati dans in simplum tenetur iudicio famil. herciſc. *l. si ego Seia. §. 1. ff. de iur. dot.*

Heres non auditur allegans turpitudinem defuncti. *l. filios. C. de reuoc. iis quæ in fr.*

Heres viuentis nullus est, sed defuncti. *l. neminem. ff. de acq. her.*

Heres institutus ius deliberandi & adeundi ad quoscumque herędes transmittit. *leg. cum antiquioribus. C. de iur. delib.*

Heres soluens cum naturaliter obligetur, solutum non repetit. *l. etsi inutiliter. C. de fideicom.*

Heres recusans præstare relictum hereditatis commodo priuatur. *l. quæstionem C. de fideicom.*

Heres non tenetur de casu fortuito rei legatæ contingenti. *l. Titia. § fin. ff. de leg. 1.*

Heres fortitur iudicium defuncti. *l. si is ff. de iud.*

470. Heres grauatus fideicommisso Inuentarium facere cogitur. *Bal. l. filium. in fi. C. fam. herciſc.*

Heres vti debet iure defuncti. *l. cum heres ff. de diuerſ. & temp. præſcript.*

Heres ad tempus institui non potest. §. *heres. Instit. de her. inst.*

Heres non succedit in pœnam *l. opus ff. de op. nou. nunc.*

Heres non tenetur pœnalibus actionibus. *l. 1 ff. de priu. del.*

Heres succedit in omne ius defuncti. *l. heres ff. de acq. her.*

Heres nemo in re certâ. *l. quoties. C. de her. inst.*

Heres ante additionem non est dominus. *l. Nesennius ff. ad l. Falcid.*

Heredis appositio non solùm ad proximum heredem refertur, sed etiam ad vlteriorem. *l. heredis. ff. de V. sign.*

Heredis institutio est caput causa & fundamentum testamenti. *l. quod per manus. ff. de in. cod.*

480. Hereditatis aditio extinguit obligationem. *l. Stichum. §. aditio. ff. de solut.* (*instit.*

Heredes iuris successores sunt. *l. quoties. § heredes. ff. de her.*

Heredis appellatione etiam extraneus heres comprehenditur. *l. heredis. ff. de V. signif.*

Heredis scientia possessionis continuatio non impeditur. *l. heres ff. de vsucap.*

Heredis appellatione venit etiam bonorum possessor. *Bal. & DD. l. 1 §. bonorum. ff. ad Treb.*

Heredis appellatione venit etiam fideicommissarius. *Alex. l. si filius. ff. quod cum eo gest.*

Heredis

Heredis appellatione venit etiam legatarius. *l. in tempus in fi. ff. de vsurap.*

Heredis appellatione venit etiam heres pro parte. *l. in conditionibus. §. fin. ff. de cond. & dem.*

Heredis appell. venit etiam heres in re certâ institutus improprie, non propriè, *Bal. l. liberti. C. de op. lib.*

Heredis appell. venit, qui fuit heres scriptus esse si noluit. *Bal. l. multum. C. si quis alt. vel sibi.*

490. Heredis appell non venit pater vel alius extraneus. *Bal. l. liberti. col. vlt. C de op. lib.*

Heredis appell. venit pater acquirens per personam filii instituti ab extraneo. *Bal. l. fin. C. de her. inst.*

Heredis appell. venit etiam monasterium. *Bal. Auth. ingressi. 6. q. C. de SS. Eccl.*

Heredis mentio facit feudum hereditarium. *Nic. Intrigliol. de feud. q 47. nu. 67.*

Heredis possessio est noua possessio. *Capyc. decis. Neapol. 1. num. 13.*

Heredis appell. venit etiam fiscus, *Bal. leg. pen. §. 1. C. ad SC. Trebell.*

Heredis appell. veniunt etiam plures, quando plures sunt. *Bar l. si plures. ff. de leg. 3.*

Heredis appellatione non venit heres heredis, *Bar. l. qui liberis. §. hac verba. ff. de vulg.*

Heredis appell. in feudis venit masculus, non fœmina, nisi de ea fit facta mentio in concessione. *Bal. l. fin. Cod. de suis & leg.*

Heredis legitimi absentia non impedit codicillationem. *l 4. C. de codicill.*

500. Heredis appellatione veniunt heredes heredum in infinitum. *l. in annalibus. C. de legat.*

Heredis semper est, defuncti existimationem purgare. *l. 1. § idemque. ff. de iniur.*

Heredis appellatione venit omnis successor vniuersalis. *l. item veniunt. §. fin ff. de pet. her.*

Heredis nomen sufficit exprimere per relationem. *Fort. reg. 20. lib. 1.*

Heredi simpliciter facta prohibitio transit ad heredem heredis. *Bar. & Iaſ. l. filius fam. num. 73. lect. 1. §. diui. ff. de leg. 1.*

Heredi, qui teſtatoris necem inultimam omiſit, hereditas adimitur. *l. 1. C. de his, quib. vt indig.*

Heredi non currit tempus proſequendæ app. niſi à die ſcientiæ. *Bal add. Spec. de app. V. nota quod heredi.*

Heredi conceduntur, quæ permittuntur principali. *l. 2. §. ex his. ff. eod.*

Heredes creditoris actionem perſonalem inter ſe diuidere poſſunt, non autem pignus. *l. 1. C. ſi vn. ex plur. her.*

Heredes vſurarii debitoris tenentur ad vſuras. *Nou. 115. c. 3. in fi.*

510. *Heredes* tutorum omnes, ex eâdem tutelâ obligati, coram eodem iudice debent conueniri. *l. omnes tutores. C. arb. tut.*

Heredes ſuos fœmina non habet. *l. non putauit. ff. de bon. poſſ. cont. tab.*

Heredum res legari poſſunt. *l. heredum. C. de fideicom.*

Heredes ſuſpectos ſolæ facultates reddunt. *l. ſi creditores. ff. de reb. auct. iud. poſſ.*

Heredem non poteſt habere, qui mori non poteſt. *l. 1. in fi. ff. ſi quis ius dic. non obtemp.*

Heredem facere eſt dominum conſtituere. *§. vlt. Inſt. de hered. qual. & diff.*

Heredem eſſe, titulus honorabilior eſt, quàm habere legatum. *Bar. l. amiciſſimos. in pr. ff. de exc. tut.*

Heredes heredis mortui intra annum quilibet per ſe poſſunt adire. *Bar. l. cùm ſeruus. ff. de acq. her.*

Heredes palam inſtituendi ſunt. *l. iubemus. C. de teſtam.*

Heredes faciens videtur velle teſtari. *Alex. l. non codicillũ. C. de teſtam.*

520. *Heredes* vtuntur iure autoris ſui. *c. is qui in alterius. ff. de reg. iur. lib. 6.*

Heredum appell. veniunt etiam venientes ab inteſtato. *Bar. l. ex duob. §. filium. ff. de vulg.*

Heredum appell. veniant soli filii. *gl. & Bar. l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebe.*

Heredum appell. non veniunt extranei etiam in fideicõmiss. *Bal. l. Gallus ff. de lib. & posth.*

Heredum imperium testatoris formam mutare non potest. *l. si filia. §. ff. fin. de herciſc.*

Heredum appell. veniunt etiam executores testamenti. *c. cum tibi. de testam.*

Heredum viuentis appell. veniunt, tenentes primum gradum. *Ang. conſ. 185.*

Heredum pluralitas non præsumitur. *Bar. l. ſi in rem ff. de rei vend.*

Heredibus non debent concedi, quæ testatori non conceduntur *l. heredem. ff. de reg. iur.*

Hereditaria actio competit contra substitutum, si institutus repudiauit. *l. 3. C. de impub. & al. ſubſt.*

530. *Hereditaria* actio non competit aduersus abstinentẽ se bonis paternis *l. 4 C. arbit. tut.*

Hereditariæ res, antequàm heres aliquis existat, nullius in bonis sunt. *l. 1. ff. de rer. diuiſ.*

Hereditariarum rerum quasi domina ipsa hereditas. *§. 2. V. nondum Inſt de her. inſt.*

Hereditariarum rerum furtum fieri non dicitur. *l. ſi ſeruo. ff. de nox. act.*

Hereditario actio denegatur non conferenti. *l. poſthumo C. de collat.*

Hereditas tota potest in prælegatis distribui per testato ẽ. *l. quid ergo. ff. de leg 1.*

Hereditas venit appellatione rerum. *Bar. & Bal l. licet. in pr. C. de pact.*

Hereditas bene venit appellatione legati, nõ ecõtra. *Bar. l. & fideicommiſſum. ff. de leg. 3.*

Hereditatis appellatione non veniunt legata. *Bar. l. ſi Titius. ff. ad l. g. 3.*

Hereditas patris non ita debetur filiis, sicut hereditas patris. *l. [illegible] debetur. & fact. ignor.*

540. *He-*

540. Hereditas filiis tantum debet iure naturali, non aliis. *Bal. l. lege. C. de legit. her.*

Hereditas patris dicitur quasi debita filio emancipato. *Bar l si emancipata. C. de iur & fact. ignor.*

Hereditas dicitur viuentis in spe, licet non verè. *gl & DD. l quasitum. §. cùm seruus ff. de leg. 1.*

Hereditas delata dicitur, quæ potest adiri. *Bal. l. potuit. 7. q. C. de iur. delib.*

Hereditas indefensa non patitur diffinitiuam, nec secundum decretum. *Bal add. Spec. de exec. sent. l' sententia.*

Hereditas testatoris & pupilli sunt diuersæ. *l. 1. §. illud. ff. de her vel act. vend.*

Hereditas dicitur ante aditionem, sed pòst dicuntur bona. *gl. Bar & DD. l. eius qui ff si cert pet.*

Hereditas acquirit sibi per rem hereditariam. *ibid.*

Hereditas potest acquiri, licet bona non possideantur. *Bal. l si sorori C. de iur. delib.*

Hereditas pro absente non habetur. *Bal. l. prosecutione. C. de pig.*

550. Hereditas non dicitur in bonis ante aditioneme ius. *Bal. l. pupillorum. C. de repud. her.*

Hereditas expilata debet prius restaurari. *Bal. l. fin. 6. q C. de Edict. D. Adr. toll.*

Hereditas opulenta dicitur, quod sine vexatione adfert opes. *gl. & Ang. l. si quis mihi. § si fisci. ff. de acq. her.*

Hereditas locuples dicitur, quæ vexationem non habet. *ibidem.*

Hereditas directò relicta non potest tacitè adimi, nec dari. *Bal. l fideicommissum C. de fideicom.*

Hereditas non possessa per heredem vendi non potest, sed donari. *Bertach repert. part. 2 fol. 177. b. col. 1. ad fin.*

Hereditas pleniori iure debetur descendentibus quàm ascendentibus. *Bal Auth. defuncto. C. ad Tertull.*

Hereditas ex testamento, etiã non solenni, in foro conscientiæ potest retineri *Inn. c. quia pleriq. de immun. Eccl.*

Hereditas non potest dari per donationem causa mortis. *Bar. l. licet. C. de pact.*

560. He-

560. Hereditatis pars non dicitur vna res tantum. *Bar. l. ei si non ff. si quis omiss. caus. test.*

Hereditas ignoranti non quæritur, sed legatum sic. *Bal. l. si quis. C. de iur. delib.*

Hereditas pupilli non debet se parari à patre nâ. *Bal. l. quidam elegio C. eod. tit.*

Hereditas eius, cui sum successurus ab intestato, non dicitur mihi debita spe. *Bar. l. fin. C. de pact.*

Hereditas cùm petitur, debet probari. *Bal. leg. fin. Cod. quis admit.*

Hereditas quandoque est in nominibus. *Spec. de ir ff. edit. §. 14. V. quid si heres.*

Hereditas non adita intra annum potest adiri post annũ. *gl. & DD. l. cùm antiquorit us. C. eod.*

Hereditas post 30. annos adiri nequit. *Bal. & DD. l. licet. 3. quæst. C eod.*

Hereditas aditur etiam patiendo alium gerere se pro herede. *Bar. l si filius ff. de tut.*

Hereditas lucrosa potest adiri, etiam sine Inuentario. *l. fin. § cum igitur vbi Bal. C. de iu. delib.*

570. Hereditas per infantem adiri vel repudiari non potest, sed per eius patrem. *Sic. l. fin. §. pen. C. de bon. quæ lib.*

Hereditas peti non potest iure directo, & per fideicõmissum, ex eadem scriptura. *Bal. l. fin. C. de Cod.*

Hereditas nutu dari non potest. *l. iubemus. C. de testam.*

Hereditas est durioris conditionis, quàm heres. *Spec. de lat. §. 6. V. 20.*

Hereditas iacens dicitur, donec est spes adeundi. *Bar. l. si quis heres ff. de her. inst.*

Hereditas iacere non dicitur extante suo, id est, filio, etiam ante aditionem. *gl. & DD. l. cùm hereditas C. eepos.*

Hereditas iacens repræsentat personam defuncti, non heredis futuri. *Bar. l. si Titio. § si eo. ff. de leg. 2.*

Hereditas iacens non possidet. *l. 1. §. Secundo ff. de acq. poss.*

Hereditas iacens, & curatorem non habens non petitur processum contra se. *DD. l. ad diem. ff. de V. O.*

Hereditas iacens non patitur iudicium, nisi in causis desiderantibus celeritatem. *Ang. & Alex. l. 4. §. prætor. ff. de dam. infect.*

380. Hereditas iacens non potest de nouo inchoare præscriptionem, sed potest inchoatam à defuncto finire. *Bar & DD. l. ceptam. ff. de vsucap.*

Hereditas incipit præscribere ab aditione, non ante. *gl. & DD. l fin. ff. de iur. delib.*

Hereditas iacens non dicitur esse alicuius. *Bar. l. si ex re. §. fin. ff de stipul. seru.*

Hereditas iacens non dicitur domina. *Bar. l. licet. nou. lect. ff. de pecul.*

Hereditatis iacentis heres est fictus dominus. *Bar. l. heres. ff de acq. her.*

Hereditas iacens non adit. *Bal. l. cum antiquiorib. 3. q. ff. de iur. delib.*

Hereditas iacens est priuilegiata, vt attentata contra eam debeant de facto reuocari. *Bal. rub C. de succeff Edict.*

Hereditati iacenti non fit furtum. *gl. & Bal. l. si abducta. ad fi. C. de furt.*

Hereditas iacens potest incurrere pœnam ex contractu defuncti. *Bal. rub C. de succeff. Ed.*

Hereditati iacenti non currunt tempora vtilia *ibid.*

590. Hereditas iacére potest pro parte, & pro parte non. *gl & DD. l. eius qui ff si cert. pet.*

Hereditas iacens non tenetur ad legata. *Bal. l. eam quam 4. col C. de fideicom.*

Hereditas iacens tenetur heredi. *Bal. l. fin. §. in computatione. col. 2. C de iu. delib.*

Hereditas iacens tenetur stare colono, sicut heres. *Bal. l. emptorem. in fi. C. locat.*

Hereditas iacens non patitur secundum decretum. *Bal. rub. C. de succeff Edict.*

Hereditas vacans dicitur, cùm deficit spes adeundi. *l. 1. §. an bona. ff. de iur. fisc.*

Here-

Hereditas vacans non est corpus, sed ius, licet corpora con-
tineat. Bal. l. qui ciuem col. 1. C. de liberi.

Hereditas est universitas. l. hereditas ff. de pet. her.

Hereditas in dominium acquiritur leg. paulum. Cod.
de iure.

Hereditas occidentis tempus differtur cohere. Bar. l.
cum ratio. § fin. ff. ad leg. falcid.

600. *Hereditas abiecta ab indigno defertur filio Abbas sic-*
ut de succes. ab intest. l. Papinianus. § manente testa. gl.
& Bart. ff. de inoff. test.

Hereditas delata seruo quæritur domino, si heres adeat,
non aliter. Bal. l. 3. C. de her inst.

Hereditas adita non dicitur amplius hereditas, sed patri-
monium adeuntis. *Corn. cons. 206. Vol. 3.*

Hereditas agnosci non potest per actum extraiudicialem,
Bar. l. 1. C. de repud. her. Bal. c. 1. de iur. feud

Hereditas per alium adiri non potest. leg. Paulus. ff. de
acq. her.

Hereditas non heredis personam, sed defuncti sustinet. l.
hereditas. ff de acq. rer. dom.

Hereditas obligat heredem ære alieno, licet non sit soluen-
do. *l more. ff. de acq. her.*

Hereditas augmentum recipit & diminutionem. l. item
veniunt. §. restituere ff. de pet. her.

Hereditas in testamento data per Epistolam vel codicillos
adiri verbis directis non potest. *l. hereditas. C. de his*
quib. ut indig.

Hereditas adiri potest à curatore furiosi, sine decreto. l. cũ
furiosus. § 3. C. de cur. fur.

610. *Hereditas adiri potest furioso, dum sapit. l. cùm aliis.*
C. eo. l.

Hereditas acquiri potest domino per seruum. l. placet. ff. de
acq. her.

Hereditas auferri heredibus coactè adeuntibus. l. si pa-
ter. § 2. ff. ad SC. Trebell.

Hereditas auferri indigno. l. post legatum. § qui fructum. ca-
le. ff. de his quæ ut indig. auf.

He-

Hereditas aufertur impedientibus voluntatem teſtatoris. *l. ſi ſcriptis. ff eod.*

Hereditas aufertur aperienti teſtamentum. *l. 3. C. de his, quib. vt indig.*

Hereditas aufertur celanti teſtamentum, & adcreſcit inſtituto, non fiſco. *l. pen. C. de leg.*

Hereditas aufertur cogenti aliquem teſtari. *l. 1. C. ſi quis aliq. teſt. prohib.*

Hereditas aufertur fratri non vlciſcenti mortem fratris, ſi ſciuerit occiſores. *leg. cùm fratrem. Cod. de his quib. vt ind.*

Hereditas aufertur heredi mortem teſtatoris non defendenti. *l. 1. C. eod. tit.*

620. Hereditas aufertur impedienti, nè teſtamentum ordinaretur. *l. 2. C. ſi quis aliq. teſt. proh.*

Hereditas aufertur ingrato filio. *Nou 115. c 3. §. 9.*

Hereditas aufertur vxori indignæ. *l. ſororem. C. de his, quib. vt indig.*

Hereditas aufertur vxori heredi ſcriptæ, cuius dolo malo maritus necatus eſt, *ibid.*

Hereditas aufertur à fiſco, ſi heres indignus ſit. *l. 3. & 4. C. eod. tit.*

Hereditas non aufertur dicentibus falſos Codicillos. *l. heredi. ff. de his quæ vt indig auf.*

Hereditas non aufertur ignoranti occiſores defuncti. *leg. cùm fratrem. C. de his quib. vt indig.*

Hereditas non aufertur pupillis teſtam. aperientibus. *l. 3. eod.*

Hereditas poteſt augeri & minui. *l. item veniunt. §. 3 ff. de her. pet.*

Hereditas augetur fructibus. *l. cùm fratrem. C. de his quib. vt indig.*

630. Hereditas caduca cum onere ad fiſcum tranſit. *l. cum tabulis. §. 2 ff. de his quæ vt indig.*

Hereditas confunditur iure adcreſcendi. *l. 1 ff. ad l. Falcid.*

Hereditas non defertur ex teſtamento, quamdiu rumpi teſtamentum poteſt. *l. ventre. ff. de acq. her.*

Here-

Hereditas promitti nequit. *ibid.*

Hereditas repudiata non potest adiri, nisi ad alienum cōmodum. *Bal. l. non iustam. C. ad Treb.*

Hereditas matris repudiata potest acceptari intra annum de æquitate. *l. filii. §. 1. ff. ad SC. Tertull.*

Hereditas transuersalium repudiata non potest amplius adiri. *Bal. l. fin. C. de repud. her.*

Hereditas filio relicta nolenti adire non quæritur patri. *l. cùm proponas. C. de her. inst.*

Hereditas non agnita non dicitur in bonis. *Bal. l. pupillorum. C. de repud. her.*

Hereditas adiri potest etiam die feriato. *Bal. l. cretionum. C. de iur. delib.*

640. Hereditas repræsentat personam defuncti, non heredis. *l. si Titio & mihi. §. 1. ff. de leg. 1.*

Hereditas quæsita respui non potest. *l. 3. C. de repud. her.*

Hereditas sponsi sponsæ suæ relicta non acquiritur patri. *l. non sine ratione. C. de bon. quæ lib.*

Hereditas vna duobus in solidum dari nequit. *l. quod contraxationem in fi. ff. de reg. iur.*

Hereditas vna & eadem nobis deferri potest, diuersis successionibus. *l. 3. C. de pet. her.*

Hereditas vniuersa duobus extraneis testibus committi non debet. *l. casus. C. de testam.*

Hereditas codicillis dari non potest directè, obliquè potest. *l. quidam. §. 1. C. de necess. serv.*

Hereditas comprehendit damnum & lucrum. *l. cùm non solum. in pr. C. de bon. quæ lib.*

Hereditas contractu inter vivos obstringi nequit. *l. pactū quod dotali. C. de pact.*

Hereditas datur extraneis testamento. *l. hereditas. C. de pact. conuent.*

650. Hereditas debetur quasi proximis personis. *l. si quis agere. §. 2. C. de codicill.*

Hereditas deferri intelligitur extraneis contra desiderium parentum. *l. 1. C. de his qui ant. ap. tab.*

Here-

Hereditas pacto dotali relinqui non potest. *l. hereditas. C. de pact. conuent.*

Hereditas personam domini sustinet. *leg. cùm hereditas. C. depos.*

Hereditas personæ vicem sustinet. §. 2. *Inst. de her inst.*

Hereditas potest peti vbi vel res sitæ sunt, vel vbi reus domicilium habet. *l 1. C. vbi de her. agat.*

Hereditas potest peti à pluribus vno momento. *l. fin. C. de testam. manumiss §. 4.*

Hereditas quò peruenit, eò tutela redit. *l. quò tutela. ff. de reg iur.*

Hereditas quò redit, eò tutela redire debet. *l. fin. §. 4. C. de legit. hered.*

Hereditas potest repudiari ob æs alienum. *l. si hereditas. C. de testam. manumiss.*

660. Hereditas tranſit cum ſuo onere. *l. 2. C. de leg.*

Hereditas transmittitur per solam existentiam sui heredis *l. apud hostes. C. de suis & leg.*

Hereditatis aditio est actus legitimus. *leg. actus. ff. de reg iu.*

Hereditatis aditio non confundit debitum, nisi pro portione hereditariâ. *l. si ab eo. C. de neg. gest.*

Hereditatis aditio necessaria est voluntariis heredibus. *tit. C. de iur. delib.*

Hereditatis aditio suis non est necessaria. *ibid.*

Hereditatis æstimatio fit à tempore mortis. *l. si maritus. C. de inoff. test.*

Hereditatis diuisio valet etiam sine scripturâ. *l. non ideo. C. famil. herciſc.*

Hereditatis diuisio non requirit scripturam necessariò. *l. 1. C. si mai fact. rat. hab.*

Hereditatis nulla portio in fœminas transire debet. *Nouell. 3. c. 1. in pr.*

670. Hereditatis petitio competit emptori hereditatis, vt fideicommissariis. *l. ei, qui partes, in pr. ff de her. pet.*

Hereditatis petitio datur contra filium. *l. planè. ff. eod.*

He-

Hereditas paterna magis eſt debita filiis quàm agnatis. *Tib.Decian. conſ.28.nu.66.Vol.3.*

Hereditas non poteſt peti à debitore heredis. *l. quod ſi in diem.ff de pet.her.*

Hereditas filio eſſe adempta dicitur, quando non inſtituitur *l ſicut certi.C.de teſt.mil.*

Hereditas viuentis in rerum naturâ non eſt. *l.1. ff.de her. & act.vend.*

Hereditas ſine vllo corpore iuris intellectum habet. *l. hereditas.ff.de pet.her.*

Hereditas codicillis directò dari vel adimi non poteſt. *l.hereditatem.C.de codicill.*

Hereditas poteſt agnoſci per procuratorem. *l.3.§. acquirere ff.de acq poſſ.*

Hereditas poteſt adiri per procuratorem. *l. Paulus. ff. de acq.hered.*

680 Hereditas etiam dici poteſt ante aditionem. *Dec.l. hereditas nu.2.ff.de reg iur.*

Hereditas iuſta propriè dicitur, quæ ab inteſtato defertur. *Bar.l. ea verò.§.de illo ff.pro ſoc.*

Hereditas aduentitio iure quæritur. *l. dotem. ff. de caſtrenſ.pecul.*

Hereditas nulliter adita, non dicitur adita. *l.quoties.ff.qui ſatiſd.cog.*

Hereditas illa cenſetur locuples, quæ inuenit heredem. *l. libertus ff.de bon libert.*

Hereditas complectitur quælibet res vbique exiſtentes. *l. ſi fideicommiſſum.§.tractatum.ff. de iud.*

Hereditas non ſubditi Imperio non tranſmittitur. *DD. l. 1 ff. de teſtam.*

Hereditas per patrem non agnita non tranſmittitur. *Bal. l.ſi auia.C.de in.del.*

Hereditas tranſuerſalium non adita non tranſmittitur. *l. 3.C. cod.tit.*

Hereditas caret animâ. *l.1.§.ſcæuola.ff.ſi quis teſt.lib.*

690. Hereditas ex teſtamento non dicitur legitima. *l. ea verò.§.de illo.ff.pro ſoc.*

Hereditas est honor. *l. Iulianus ff. si quis omiss. caus.*

Hereditas difficilius adimitur, quam legatum. *l. 3. in fi. ff. de adim. leg.*

Hereditas vacans loco possessoris est. *l. ceptam ff. de vsucapionibus.*

Hereditas obligat heredem æri alieno, licet non sit soluendo. *l. more nostro ff. de acq. hered.*

Hereditas accedit coheredi cum onere. *l. ciuitatib. §. Lucius ff. de leg. 1.*

Hereditatis restitutio non est solutio, sed successio. *l. non enim ff. ad Trebell.*

Hereditas potest quolibet die adiri. *Alex. & Sal. l. cretionum. C. de iur. delib.*

Hereditas dicitur titulus lucratiuus. *l. inter stipulantem. §. si rem ff. de V. O.*

Hereditas delata vni sociorum non confertur sociis. *l. ea videtur. §. 1. ff. pro soc.*

700. Hereditas plerumque est onerosa. *l. si hereditas. ff mand.* (*ff. de SC. Syllan.*

Hereditas adiri potest fisco in locum indigni. *l. si sequens.*

Hereditatis priuatio est pœna. *l. in criminali C. de iurisd.*

Hereditatis aditio est animi. *l. pro herede ff. de acq. hered.*

Hereditatis aditio metu facta rescinditur. *l. si metus. ff. de acq. her.*

Hereditatis actio extinguit substitutionem vulgarem. *l. post aditam. C. de impub & al subst.*

Hereditatis aditio, non numerus liberorum portiones designat. *l. non pro numero. C. ad Orfic.*

Hereditatis aditio præsumitur ex possessione, præcedente titulo delationis hereditatis. *Corn. consil. 37. & 147. Volum. 1.*

Hereditatis diuisio facta cum non legitimo herede non nocet. *Spec. de contum. §. 10. V. quid.*

Hereditatis petitio & similium successionum durat 30 annis. *l. hereditatis. C. de pet. her.*

710. Hereditatis repudiatio in vitâ testatoris facta non inspicitur. *l. qui superstitis ff. de acq. her.*

Here-

Hereditatis aditio dissoluit obligationem fideiussoriam. *Spec. de fideiuss. §. 1. ad fin.*

Hereditatis aditio non facit heredem possessorem. *Spec. de feud §. 1. & 2. V. 27.*

Hereditatis aditio obligat ad onera hereditaria. *ibid.*

Hereditatis aditio facit quem solo animo heredem. *ibid.*

Hereditatis appellatione contenetur bon, possessio. *l. hereditas ff de V. signif.* (*ibid.*

Hereditatis appellatione etiam damnosa continetur.

Hereditatis aditæ tempus inspicitur. *Bal. l. non est ff. de iur. de lib.*

Hereditati furtum non fit. *l. in eo. ff. de acq. rer. dom.*

Hereditati, quæ nondum competit, renunciari non potest. *l. qua superstitio. ff. de acq. her.*

720. Hereditati vacanti dandus est curator ad instantiam creditorum. *Spec. de iud. §. 2. V. item bonis.*

Hereditati sè immiscere est facti. *Iaf. l. ferui electione. nu. 8. ff. de leg. 1.*

Hereditatem is, cui delata est siue paterna, siue alias, potest recusare citra omnẽ contractum. *Corn. cons. 236. vol. 4.*

Hereditatem non aditam heres extraneus ad heredes suos non transmittit. *l. quoniam. C. de iur. del.*

Hereditatem filio delatam pater sine ipsius voluntate repudiare nequit. *l. remittente. C. eod.*

Hereditatem adeunti multa sunt necessaria. *§. fin. V. heredem. Inst. de her. qual. & diff.*

Hereditatem adire is non dicitur, qui rem minimam hereditatis possedit. *Sal. l. non hoc. C. unde legit.*

Hereditates nouæ legitimæ capitis diminutione non pereunt. *§. 2. Inst. de SC. Orfic.*

Hæresis consistit in mente. *Bal. l. si quis non dicam. Cod. de Episc. & cler.*

Hæresin nõ facit error, sed pertinacia. *gl. cap. qui in Ecclesia. 23. q. 4.*

Hæresis nulla tam aperta, quæ non glorietur nomine Christi. *Nouell. 109. in pr.*

Hæresis nulla tam aperta, quæ non glorietur nomine Christi *Nouell 109. in pr.*

730. Hæreticus ex officio iudicis potest inquiri. *Card. clem 1. §. fin. de vsur.*

Hæretici vxor scienter cum eo contrahens perdit dotem *c. decreuit. da haret. lib 6.* (*de haret.*

Hæreticus docens hæresin punitur ad mortem. *gl. c. pen.*

Hæreticus perdit ipso iure dominium bonorum de iure Can. *c. cùm secundum de har. lib 6.*

Hæreticus non potest accusare fidelem. *c. 2. 4. q. 1.*

Hæreticus non potest venire contra iuramentum. *DD. c. feudo. de iuda. Card. clem. 1. §. 1. de iureiur.*

Hæreticus præsumitur de præsenti, qui olim fuit. *Bal. leg. non ignorabit. C. ad ex hib.*

Hæreticus de præsenti in futurum non præsumitur. *ibid.*

Hæreticus ad rumorem populi expellitur à Ciuitate. *l. 2. in fi. C. de S Trin. & fid. Cath.*

Hæretici carent iustitia & charitate. *24. q. 1. c. vbi sana.*

740. Hæreticus est, qui praue sapit, contumaciter defendit. *c hæreticus. 24 q. 3.*

Hæretici vltimo supplicio afficiendi non sunt. *23. q. 5. cap. vnum solum.*

Hæreticam filiam pater dotare non tenetur. *Bolog. add marg. ad l. 7. §. 1. ff de in rem vers.*

Hæreticorum sacrificia nihil valent. *24. q 1. c. odi.*

Hæretici spiritus perfectionem non habent. *c. quicumque. 2. § fin. de haret. lib. 6.*

Hæreticis nulla datur actio. *c. vlt. de haret.*

Hæretici non possunt peccata dimittere. *24. q. 1. cap. didicimus. in fi.*

Hæreticus non potest bona sua alienare. *Bar. l. 3. ff. de his qui in fraud cred.*

Hæreticus plus peccat quam Iudæus, & plus punitur. *Ang. leg. apud Iulianum. §. constat. ff. de leg 1.*

750. Hæreticus est, qui pertinaciter credit. *l secundum. C. de har. Bar.*

Hæreti-

Hæreticus potest expelli de ciuitate, ne alios inficiat. *l. nullus. C. de SS. Eccles.*

Hæresis probatur per signa, etiam lenta. *Bal. l. fin. C. famil. hercisc.*

Hæresis non est facere contra articulos fidei, sed credere & sentire. *Bal. c. at si clerici. de iud.*

Hæresis suspicio ex leuibus signis oriri potest. *Fel. c. literas. de præsumpt.*

Hæresis crimen est dignum degradatione. *Dec. post Abb. c. at si clerici. col. 2. de iudic.*

Hæresis dicitur ab electione opinionum. *capit. hæresis. 24. q. 3.*

Hæresis dicitur labes. *clem. 1. §. 1. de hæret.*

Hæresis dicitur diuisio. *c. hæresis 24. q. 3.*

Hæresis est contagiosa, sicut lepra. *Card. clem. 1. §. verum. de hæret.*

760, Hæresis imputatio graue crimen est. *ibid.*

Hæresis imputata habet præsumptionem pro se. *ib.*

Hæresis in Iudæis non cadit. *Card. clem. 1. §. fin. q. 19. de vsur. post gl.*

Hæresis dicitur atrox crimen. *Spec. de teste. §. 1.*

Hæretici liberos suos in potestate non habent. *c. quicumque. §. fin. de hæret. lib. 6.*

Hæreticus non est, qui est paratus se corrigi. *c. damnamus in fi. Ext. de Sum. Trin.*

Hæreticus semel semper hæreticus nisi emendationis signa appareant. *l. in ipsius. ff. famil. hercisc.*

Hæreticus non fit ex solo nomine, sed ex operibus contra fidem. *Crau. cons. 262. nu. 5.*

Hæreticorum benedictio maledictio est. 1, *q. 1. capit. non oportet.*

Hæreticorum benedictionibus maledicit DEVS. *1. q. 1. c. maledicam.*

770. Hæretici vltima voluntas est irrita. *l. 4. §. 5. Cod. de hæret.*

Hæretici accusari possunt post mortem. *l. 4. §. 4. C. eod.*

Hæretici ædificare quasi Ecclesias non debent, *l. 5. C. eod.*

Hæretici priuilegijs Catholicorum non gaudent. *ibid.*
Hæretici repelluntur ab omnibus officijs & munetibus. *l. qua de Samaritis. in pr. C. eod.*
Hæretici repelluntur ab omnibus dignitatibus. *l. Manichæi. c. eod tit.*
Hæretici seruos Christianos habere non debent. *leg. DEO nobis. §. 3. C. de Episc. & cler.*
Hæretici sepeliendi legitimo modo, ut ceteri. *l. humanum. C. de hær & Manich.*
800. Hæretici succedere orthodoxo nullo jure possunt. *l. qua de Samaritis. in pr. C. eod.*
Hæretici testari non possunt. *ibidem.*
Hæretici testes esse possunt siue nullâ distinctione. *l. quoniam. C. eod*
Hæretici testes esse non possunt contra orthodoxum. *ibidem.*
Hæretici parẽtes liberos orthodoxos alere tenentur. *l. cognouimus. §. 1. C. eod.*
Hæretici quidam ab omnibus actibus legitimis abstinere debent. *l. pen. C. eod.*
Hæretici adspirare non possunt ad priuilegia orthodoxæ Ecclesiæ. *Nov. 109. c. 1.*
Hæretici immobiles res acquirere non possunt. *Nou. 131. C. 14.*
Hæretici possunt testari inter liberos. *Nou. 115. capit. 3. § 14.*
Hæretici non succedunt patri, nec ex test. nec ab intestato. *ibidem.*
Hæreticis nullus omninò locus patère debet. *l. conuenticula. C. de Episc. & cler.*
810. Hæreticorum liberorum ius in suspenso est, donec hæretici manent. *Nou. 114. c. 3. § 14.*
Hæreticorum templa sunt speluncæ illicitæ. *Nou. 67. capit. 1.*
Hæreticorum quæsitores non sunt admittendi. *Nou. 2. c. 1.*
Hæreticis delinquentibus denegatur Aduocatus. *l. per omnes regiones. c. de defens. ciuit.*

Hæreticorum scripta legi aut describi non debent. *l. damnato. §. 1 C. de hær. & Man.*

Hæreticus est, qui asserit, vsuras nō esse peccatum. *Clem. 1. in fi. de vsur.*

Hæreticorum Collegio reprobato relinqui nequit. *Bar. l. cùm senatus. ff. de reb. dub.*

Hæretico relinqui non potest. *ibid.*

Hæreticus est infamis. *Bar. l. Cassius ff. de senator.*

Hæreticus etiam occultus est excommunicatus. *gl. & Card. clem. 1. §. pen. de hæret.*

820. Hæretica mulier nō habet priuilegia dotis. *Bal. rub. ff. de priuil. dot.*

Hæretica mulier nō habet beneficiū velleiani SC. *Archid. c. 1. 4. q. 1.*

Hæretica tenetur dotare filiam orthodoxam. *gl. l. mater. C. de iur. dot.*

Hæreticus habet beneficium. SC. Macedo. *Archid. capit. 1. 4. quæst. 1.*

Hæreticorū fautores, defensores, receptatores & hæretici habentur pro eodem, *Card. clem. 1. §. verum de hæret.*

Hæretici vesani & de mentes iudicantur. *l. 1. §. hanc legem. C. de S. Trin. & fid. Cath.*

Hæretici defuncti memoria potest damnari. *gl. §. 1. Inst. de her. quæ ab intest. def.*

Hæretici sunt excommunicandi. *l. 2. §. quia verò. C. de sū. Trin. & fid. Cath.*

Hæreticis obligati liberantur ab omni obligatione. *Abb. c. fin. de hæret*

Hermaphroditus succedit in feudum. *Bal. l. quoties. Cod. de suis & legit. c. 1. de feud. al. pat.*

830. Hermaphroditus eius est sexûs, qui in eo magis prævalet. *leg. quæritur. ff. de stat hom.*

Hermaphroditus potest instituere posthumum. *l. sed & quæsitum. § fin ff. de lib. & posthum.*

Hermaphroditus potest esse testis. *l. repetundarum. ff. de testib.*

Hi,

H 1.

Hi, qui in aliena potestate sunt, iuxta ius ciuile non, nisi apud eum, apud quem plena legis actio est, adoptari possunt. *l. 1. C. de adopt.*

Hic actus intelligitur celebratus, cui forma congruit. *Fr. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 3 nu 16.*

His, qui nesciunt ius suum eligentes id, quod putant sibi competere non amittunt, *l mater ff. de inoff. test.*

Historia antiquitatis non debet penitus ignorari. *Inst. de testam in pr.*

Historiæ exemplum probat, *c. cum causam. de prob. & l. 1. ff. de off. præf. prat.*

Historiam famosam scribens, tenetur in iuriarum. §. 9. *Inst de iniur.*

Histrio non potest accusare. *Spec. de accus. §. 1. Vers. item excip.*

Histrioni non potest donari. *c. donet 86. dist.*

Histrionum fautor dudum est nunc consecrator virginũ. *l, sancimus, C. de Episc. & cler.*

H o.

Hoc fructuum nomine continetur, quod iustis sumptibus deductis supereſt. *l. hoc fructuum. C. de fruct.*

Hoc possumus, quod commodè possumus. *l. nepos. ff. de Verb. signif.*

Hoc facias aliis, quod tibi visfieri. *l. 1. ff. de solut.*

Hoc maximè domini proprium est, posse rem alienare. *Inst. quib. alien. lic. vel non.*

Hoc præsumendum est factum esse, quod iure consentaneum esse. *Bar. l. heredes mei. ff. ad Trebell.*

Hoc possumus facere, quod nobis prodest, & alteri non nocet. *l. 2. §. item Varus. ff. de aq plur. arc.*

Hodie intelligitur non solum de vnâ die, sed de pluribus arbitrio boni viri, vsque ad 10. dies. *l. 1, C. vt in poss.*

Hodie constat, hodie agatur. *ibid.*

Homagium pro spiritualibus faciendum non est. *c. fin. de reg. iur.*

10. Homagium præstare alicui est quasi quædam seruitutis species. *c. ea te. de iureiur.*

Homagium patris nō obligat filium, *DD. l. ex transactione C. de transact.*

Homerus est summus Poetarum, & parens virtutum. *leg. qui venenum. ff. de V. sign.*

Homo factus est ad similitudinem & imaginem Dei. *leg. iusti: simè. ff. de ædil. Edict.*

Hominis mortui conditio nulli ad stricta est. *Spec. de feud §. 2. Vers. 7.*

Homines decem faciunt turbam vel plebem, *leg. prætor. ff. vi bon. rapt.*

Homo humilis dicitur, qui caret dignitate: *Bar. l. tutor. §. tutores. ff. de suspect. tut.*

Homines non veniunt appellatione animalium. *Flor. l. 2. ff. ad l. Aquil.*

Hominis appellatione in Statuto non venit homo nondum natus. *Bal. l. cùm in veteres C. de fid. lib.*

Hominis appellatione non venit fœmina, *capit. hæc imago 33. q. 5.*

20, Homo est creatus bōus. *Card. c. 1. de S. Trinit.*

Hominum appellatione venit etiam Ciuitas vel Collegiū, exceptâ propriâ personâ. *Alex. l. 2. ff. de V. sig.*

Homo est dominus omnium rerum. *Card. clem. 1. de relig. & ven. sanct.*

Homine generaliter legato optio legatarii est. *l. quoties. ff. de opt. leg.*

Homo liber non potest dari pro obside, nec poni in obstagio. *Fel. c. ex rescripto. nu. 5. de iureiur.*

Homo mortuus non est homo, sed cadauer. *capit. Moses. 12. q. 2.*

Hominis dispositio generalis minùs restringitur quàm dispositio legis. *Ceph. cons. 40. nu. 6.*

Hominis prouisio facit cessare prouisionem legis. *leg. fin. C. de pact.*

Homo non potest esse accessorium. *Bred. sent. V. homo. in princ.*

Homo

Homo non debet facere aliis, quod sibi fieri non vult. *l. 1. ff. de solut.*

30. Homo in fructu non est. *l. cui vsus fructus. ff. de vsufr.*

Hominis causâ sunt fructus creati. *leg. in pecudum. ff. de vsur.*

Homo liber æstimari potest. *leg. 1. §. 5. ff. de his qui effud. Fall.*

Homo liber detentus interdicto de exhibendo restituitur. *l si liber homo ff ad exhib.*

Homo liber dignosci difficilè à seruo potest. *l. quia difficile. ff. de contrah. empt.*

Homo liber meretur im bui studiis liberi hominis. *l. 2. in fi. C. de alim pup. præst.*

Homo liber se vendere nequit. *Bred. sent. iur. V. homo.*

Homo nondum est partus. nondum editus. *leg. in Falcidio. ff. ad l Falcid.*

Homo vnus difficilè duorum vicem sustinere potest. *leg. si plures ff. de pact.*

Hominis in fraudem facta alienatio valet, sed rescinditur, in legis à non valet. *l si libertus ff. de in. patro.*

40. Hominis interest beneficio hominem adfici. *l. seruus. in fi. ff. de seru. export.*

Hominis venditi precium non ex re, sed propter negociationem percipitur. *l. venditor. ff. de her. vel act. vend.*

Hominis salus cùm periclitatur, grauios consideratio requiritur. *l addictus. C. de appell.*

Homini cuiq. cursus vnus est vitæ. *leg fin. Cod. de Ep. & cler.*

Homini nil stabile aut immobile. *Nou. 7. capit. 2. in pr.*

Hominem homini insidiari nefas est. *leg. 3. ff. de iust. & iu.*

Homines omnes ab initio erant liberi. §. 1. *Inst. de iu nat.*

Homines omnes naturâ æquales. *leg. in personam. ff. de reg. iur.*

Homines & animo & corpore inter se differunt. *Berder. sent. iur. V. homines.*

Hominum adiectione potiùs quàm pecuniarum ampliandum est imperium. *l cùm ratio ff. de bon. dam.*

50. Hominum nonnulli valdè sunt faciles ad iurandum. *l. quæsub conditione ff. de cond. inst.*

Hominum vocabula mutabilia, rerum immutabilia. *l. 4. ff. de leg. 1.*

Hominum pugnis, Ecclesiasticis interesse non licet. *l certissimè. §. 1. C. de Episcop aud.*

Hominis appellatione tam fœmina quàm masculus continetur. *l. hominis ff. de V. signif.*

Homines sunt diligendi, peccata odio habenda. *capi. odio. 86. dist.*

Homini est miserendum, peccatori irascendum. *23. q. 4. c. duo ista.*

Hominem occidere ex officio non est peccatum. *c. de occidendis 23. q. 5.*

Homo est animal sociabile. *Socyn. rub. ff. de V. O.*

Homo hominis mei nō est meus homo. *l. Modestinus. ff. de V. signif.*

Hominum pudori multa relinquuntur. §. *1. Inst. de fid. hæredit.*

60. Hominum opera & voluntates non debent diu manere in pendenti. *l vlt. C. Com præd.*

Hominum nefandissimorum arrogantia est compescēda. *l. 1. C. de priu. carcer. inhib.*

Hominibus incerta sunt DEI iudicia. *Mascard. prob. vol. 1. q. 4. nu 8.*

Hominum natura est, vt sua placeant. *id. quæstio. 16. numer. 7.*

Hominis in studiis peregrinatio quædam erratio est *Pet. Heig. q. iur. ciu. & Sax 4. nu. 4. vol 2.*

Homines sunt boni efficiendi & metu pœnarū & exhortatione præmiorum. *l. 1 ff. de iust. & iu.*

Homines leues ad vitam proni. *Anch. cons. 216. num. 8.*

Homo falsus non est homo. *Capell. Tholos. decis. 331. numer. 5.*

Homi-

Hominis valetudo est inconstans. *Anch. cons. 385. numer. 2.*

Homo totus dicitur esse, vbi est eius caput. *Ceph. consil. 615. num. 11.*

70. Homo velle nō creditur, nisi quod dicit. *Rol. à valle. cons. 43. nu. 21. vol. 4.*

Homo ante natiuitatem non dicitur. *Decian. cons. 1. num. 69. V. 2.*

Hominum industria est diuersa. *Sich. cons. feud. 5. numer. 30.*

Hominum æquitas pondus non habet, quæ legibus non est roborata. *Bal. capit. 1. §. & quia. nnmer. 13, de his qui feud. dar. poss.*

Homo quilibet subiectus est legibus. *leg. 2. ff. de LL. cap. 1. Ex. de const.*

Homo est nobilissima creatura *Io. And. c. si quis. de fur.*

Homo homini debet obsequium. *leg. si seruus. ff. de ser. export.*

Hominum conuentiones contra ius aut bonos mores nō valent. *l pacta quæ contra. C. de pact.*

Hominibus multæ sunt viæ ad malum. §. *mitiores. Auth. de nupt. coll. 4.*

Homo mortuus non est simpliciter homo. *l. hoc. legatum. ff. de leg. 3.*

80. Homini nihil deterius est, quàm tempus in vanum consumere. *Hippol. de Marsil. de fideiuss. nu. 384.*

Hominis cor mobilius est omni mobili. *Io an. And. quæst. Mercur. 75. nu. 1.*

Hominis conditio in infinitum extenditur, neque est quicquam, quod possit perpetuò stare. *leg. 2. Cod. de V. iu. enuc.*

Hominum interest cum testamento decedere. *l. Iulianus. in pr. ff. de acq. hæred.*

Homo non potest esse in fructum hominis. *l. vetus quæstio ff. de rei vend.*

Homine generaliter legato optio est legatarii. *l. quoties. ff. de opt. leg.*

Homi-

Homines non sunt mitiores lege. *§. ut à. Auth. de iud.*

Homo est DEI vasallus. *Wesenbec. post pr. Orat. de fin. stud.*

Hominis solius sunt contractus. *Cast. leg. 1 ff. de pact.*

Homini soli competit dominium, non bruto. *Castib. ibid.*

90. Hominis memoria labilis. *leg. 3. §. duæ causæ. ff. de Carb. ed.*

Hominum malitia non profanat Sacramenta *cap. nonnè. 1. q. 1.*

Homini nihil sic prodest, sicut moderata refectio. *de consecrat. dist. 5. c. nihil enim sic.*

Homini nihil prodest totus mundus lucratus, si anima detrimentum patiatur, *c. Matthæus. de Simon.*

Hominum ætates diuersum habent tarminum. *gl. leg. 1. V. compleuit. ff. de postul.*

Homines recommendandi sunt in suâ prouincia. *l. 2 ff. de orig. iur.*

Homo quantò plus crescit, tantò magis decrescit. *Pac. lib. 2. cap. 24. nu. 1.*

Homo tunc demùm definit mori, quando definit viuere. *ibid. num. 2.*

Homo est nomen plenum fragilitatis. *Pac. lib. 2. cap. 44. num. 102.*

Homo est imbecillitatis exemplum. *ibid. nu. 103.*

100. Homo vnus in Ciuitate non est pars Ciuitatis, vel membrum. *l. 1. §. publicum. ff. de iust. & iur.*

Hominis gratiâ DEVS omnes fructus fecit. *l. in pecudum. ff. de vsur.*

Hominis interest hominem beneficio adficere. *l. seruus ea. ff. de seru. export.*

Hominis liberi nulla æstimatio. *leg. liber. ff. ad leg. Aquil.*

Homo præsumitur viuere centum annis. *leg. fin. Cod. de SS. Eccles.*

Hominem produxit natura, ut homini opem ferret, non vt insidiaretur. *l. vt vim. ff. de iust. & iu.*

Homines sunt faciles ad dissentiendum. *de pœn. dist 2.*

Homo-

Homo non separat, quos DEVS coniunxit. *c. 2. de transl. prælat.*

Homo est naturâ animal ciuile. *Cantiunc. Inst. lib. 3. tit. 24.*

Homines moribus non fortunâ æstimandi sunt. *§. vlt. inst. de suspect. tut.*

110. Homo rebus omnibus dignior. *leg. 1. ff. si ex noxa caus. ag.*

Homines iure naturæ sunt æquales. *Cant. Inst. lib. 1. tit. 2. in fi.*

Hominis dignitas tanta est vt nō accedat aliis. *l. iustissimè. in pr. ff. de ædil. Edict.*

Hominis dispositio facilius restringitur, quàm dispositio legis. *Ioan. de Imol. l. si verò. ff. sol. mat.*

Hominem improbum non accusari tutius est quàm absolui. *Paris de put. de Synd. V. iustitia in. nu. 2.*

Hominis imago & homo non sunt idem. *leg. 2. Cod. de in. aur annul.*

Homo duorum quis esse potest diuersis respectib. *c. grandi de supplend. neglig. prælat. lib 6.*

Hominis intellectus debet esse benignus. *Bal. l. moueo. C. si seru. export. van,*

Hominis nomen vtrumque sexum complectitur. *l. hominis ff. de V. signif.*

Homo sui naturâ bonus Probatur. *l. cum pater. §. rogo. ff. de leg. 2. DD. c. vlt. de præsumpt.*

120. Homo homini propter humanitatem benefacere tenetur. *l. non tantum. ff. de appell.*

Homo facit quod potest. *c. facit homo. 22. q. 2.*

Hominis natura ab adolescentiâ prona est ad malum. *c. omnis ætas. 12. q. 1.*

Homines naturâ scire desiderant. *Bal. capit. vlt. de confess.*

Homines malæ vitæ quantò pauperiores, tantò peiores. *Pet. Frider, demand. iud. lib. 2. cap. 35. nu. 1.*

Homines iure naturæ sunt liberi, & illorum prædia. *§. ius à gentium. Inst. de iu. nat. gen. & ciu.*

Homo

Homines malæ vitæ quantò pauperiores, tantò peiores. *Pet. Frider. de mand. iud. lib. 2. cap. 15. nu. 1.*

Homines iure naturæ sunt liberi, & illorum prædia. §. *ius a gentium. inst de ius nat. gen. & ciu.*

Homo tenetur seipsum custodire. *Bar. leg. si vt certo. nu. 2. ff. Commodati.*

Hominum malitiæ non est indulgendum, sed omnibus modis obuiandum. *gl. l. in fundo. ff. de rei vend.*

Homines nec diuites, nec pauperes præsumuntur. *l si defunctus. C. arbit. tut.*

Homo nullus sic est supinus, vt suum nomen ignoret. *l. fin. C. de har. inst.*

Hominũ voluntates variæ. *leg. quia poterat. ff. ad Trebell.*

Homini non possumus credere, nisi id quod dicit. *l. libertis. §. pen. ff. de adim. leg.*

130. Hominis dispositio magis est fauorabilis, quàm legis. *Wesenbec. cons. 51. num. 28.*

Hominis memoria extat, & non homo. §. *per contrarium. Iust. de har. qua ab inteſt. def.*

Hominis propositum est mutabile. *Bal. l. deberi. in pr. C. de fid. libert.*

Hominis factum supplet factum legis. *Cast. l. si pecuniam. §. si seruum. nu. 6. ff. de cond. cauſ. dat.*

Hominum actus non euentu, sed consilio metiendi sunt, & æstimandi. *l. verùm §. sciendum. ff. de minor.*

Hommis status ist indiuisibilis. *l pariter. ff. de lib. cauſ*

Homo semel tantùm moritur. *Alberic. de Rosat. l. legatis. nu. 4. ff. de cond. & demonſt.*

Homo fingere non potest. *l. si forte. ff. de Castr pecul.*

Homo non plus potest, quàm ipsa lex. *leg. libertas. ff. de stat. hom.*

Homo etiam deliberatus potest errare. *l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interrog. act.*

140. Homines æqualis conditionis æqualiter incedere præsumuntur à iure. *l. continuus. §. cùm ita. ff. de V. O.*

Homo naturaliter indiget alimentis. *l. fin. C. de alim. pup. præſt.*

Homo

Homo mortalis est. *l. lege. C. de legit. her.*

Homo non præsumitur viuere vltra centum annos. *Corn. cons. 208. vol. 3.*

Hominis appellatione etiam fiscus continetur. *Bertach. repert. par. 2 fol. 197. b. col. 1 post med.*

Homo liber non potest vendi. *leg. liberi. ff. de contrah. empt.*

Homo liber potest obligari pro pignore in redemptionem captiuorum. *Bal. l ab hostib. C. te post lim. reuers.*

Homo non est dominus suorum membrorum. *l. liber homo. ff. ad l. Aquil.*

Homo non potest se obligare ad pœnam corporalem. *cap. cùm homo. 25. q. 50. Bal. l. ob as. ff. de præd. min.*

Homo præsumitur scire ius. *Ang. Auth. de incest. nup. §. 1. in fi.*

150. Homo liber fugiens non facit furtum sui. *Sal. l. 1. in fi. C. de seru. fugit.*

Homo mortuus excommunicari non potest. 23. *dist. cap. quorundam.*

Homo grossi capitis nihil valet, sed ingeniosus. *Bal. leg. liberti. C. de oper. lib.*

Homo temerarius dicitur & carens arbitrio boni viri, quī se non vult in ratione fundare. *Fel. capit. tuanos. de iureiur.*

Homo bonâ fide possessus acquirit possessori. *Bal. l si vxorem. C. de cond. inser.*

Homicidæ appellatione non venit mandator homicidii in Statuto. *Bal leg. non dubium. Cod. de legib.*

Homicida non potest esse tutor. *Lign. cons. incip. Duo.*

Homicida, contra quem testes deponunt, licet de die non recordentur, debet puniri per iudicem. *Bal. Auth. qui semel. C. quom. & quand. iud.*

Homicida dicitur etiam, qui castrat homines. *Bertach. repert. part. 2 fol. 197. col. 1.*

Homicida non punitur, si licitè resistit. *Cast. cons. 112.*

Homi-

Homicida non est, qui ponit offendiculum in domo propriâ contra fures nocturnos. *Alex. cons. 140. vol. 2.*

Homicida priuatur hereditate eius, cuius filium occidit. *Bar. l. cùm ratio. ff. de bon. dam.*

Homicida non potest puniri pœnâ pecuniariâ. *Archid. 23. q. 4. c. duo ista.*

Homicida non dicitur, qui furem nocturnum occidit, secus si diurnum. *c. si perfodiens de homicid.*

Homicida non dicitur, qui ob exercitium iustitiæ homines occidit. *23 q. 5. c si homicidium.*

Homicidas punire non est effusio sanguinis, sed ministerium legis. *c. homicidas 23. q. 5.*

Homicida regulariter punitur pœna mortis. *l. 1. ff. ad l. Corn. de sic.*

Homicida voluntarius sine spe restitutionis deponitur. *c. miror, 50. dist.*

Homicida accusare non potest. *leg. 1. Cod. de his qui accus.*

Homicida repellitur à testimonio. *leg. 3. §. lex Iulia. ff. de test.*

170. Homicida non iuuatur gratiâ subreptitia. *Chassan. cons 21. nu. 15.*

Homicida id semper, quod fecit, expectare debet. *l. 3. C. de Episcop. aud.*

Homicida est, qui sponte occidit, quòs iudex iubet occidi. *23. q. 5. c. cum minister.*

Homicida est, qui fratri suo malè persuadet. *c. noli te putare dist. 1. de pœnit.*

Homicida confessus propriâ voce & conuictus appellare non potest. *l. 2. C. quor. appell. non recip.*

Homicida non est, occidens alterum lege permittente. *l. 4. C. ad l. Iul de adult.*

Homicida iudicandus est intra sex menses. *l. fin. C. de cust. reor.*

Homicida pœnam talionis sine remissione sustinet. *l. 2. C. de Ep. aud.*

Homicidium pro defensione commissum est impunitũ. *l. sciendum. §. qui cum aliter. ff. ad l. Acquil.*

Homi-

Homicidium in vno punitum verum homicidam non liberat à pœna. *l. qui seruum in pr. ff. de inter. act.*

180. Homicidium committitur ictu fustis aut lapidis. *l. 1. C. de emend. seruor.*

Homicidium non committitur sine voluntate nocendi, *l. 1. C. ad l. Corn. de sicar.*

Homicidium excusatur indulgentiâ Principis, si sine dolo factum sit. *l. eum qui. C. eod.* (*C. eod.*

Homicidium excusatur innocentiâ. *leg. si quis tereum.*

Homicidium non excusatur adultâ ætate *ibid.*

Homicidium imputatur auctori vis inferendæ. *l. quoniam. C. ad l. Iul. de vi pub: vel. priu.*

Homicidium perpetratur occidendo ad alterum lege non permittente *l. 4. C. ad l Iul. de adult.*

Homicidium remitti nequit rescripto Principis, si dolo malo factum est. *l. eum qui. C. ad l. Corn. de sicar.*

Homicidii accusare licet adultum homicidam. *l. si quis. C. eod.*

Homicidii licet accusare aggressum aggressamue pinculum infantis necandi. *l. pen. C. eod.*

190. Homicidii licet accusare ambulautem cum telo hominis necandi causa. *l. isqui cum telo. C. eod.*

Homicidii accusare licet aurigam interficientem maleficum, quem ad iudicē trahit. *l. fin. C. de malef. & math.*

Homicidii licet accusare cruciantem ita seruum suum, vt vitam in cruciatibus relinquere propè velit. *l. 1. C. de emend. seru.*

Homicidii licet accusare dilacerantā pœnis publicis corpus serui sui. *ibid.*

Homicidii licet accusare dominum occidentem vel vulnerantem letaliter seruum suum. *ibid.*

Homicidii licet accusare infundentem alicui veneni virus: *ibid.*

Homicidii licet accusare insidiantem vxoris vitæ & econtra, *l. fin. C. ad l. Corn. de sicar.*

Homicidii licet accusare præcipientem suspendi aliquem laqueo. *l. 1. C. de emend. seruor.*

Homicidii licet accusare præcipitandum aliquem, iussione terra mandantem. *ibid.*

Homicidii licet accusare telo alicui vulnus infligentem. *ibid.*

200. Homicidii non licet accusare aggressum interficientem aggressorem, si modò in vitæ discrimine fuisset. *l 2. C. ad l. Corn.*

Homicidii non licet accusare calcis ictu alicui occasionem mortis præbentem, si non voluntate, sed casu fortuito fecit. *l. eum qui. C. ad l. Corn. de sicar.*

Homicidii accusare non licet casu fortuito homicidium facientem: *loc. eod.*

Homicidii accusare non licet casu improuiso aliquem interficientem. *l. 1. C. eod.*

Homicidii accusare non licet conatum aliquem interficere. *l, is qui cum telo. C. eod.* (*ibid.*

Homicidii accusare non licet defensorem propriæ salutis.

Homicidii accusare non licet filium interficientem adulterum vilem noctu deprehensū. *l. 4. C. ad l. Iul. de adult.*

Homicidii accusare non licet maritum adulterum vilem non deprehensam interficientem. *ibid.*

Homicidii accusare nō licet occidentē aggressorē nocturnū, vel obsidentem vias ac insidiantē prætereuntibus. *l. 4. C. ad l Corn. de sicar.*

Homicidii non licet accusare perimentem latrocinantem, qui inferendæ cædis causa præcesserat. *ibid.*

210. Homicidii accusare non licet probantem se non animo occidendi percussisse. *l. 1. C. eod.*

Homicidii accusare non licet repellentem gladio percussorem ad se venientem. *ibid,*

Homicidii conuicium obiiciens tenetur iniuriarum. *l, si non conuicii. C. de iniur.*

Homicidii species est raptus. *l. 1. in pr. C. de rapt. virg.*

Homicidia accidere solent ex vi *l quoniam. C. ad l. Iul. de vi pub vel pri.*

Homicidium vnicum dicitur ex multis vulneribus. *Bal. l. quicunque. §. eo. C. de seru. fug.*

Homici-

Homicidium requirit dolum & culpam ad pœnam imponendam, alias non tenetur. *Mar. Soc. conſ. 16. vol. 1.*

Homicidium committens ſine animo occidendi non punitur pœnâ mortis. *Alex. conſ 283. vol. 2.*

Homicidium recens atrocius punitur quàm antiquum. *gl. l. ſi diutino. ff. de pœn.*

Homicidium maius eſt ſacrilegio. *gl. c. ſicut. 7. q. 1.*

Homicidium in perſonam clerici grauius eſt quàm in perſonam laici. *ibid.*

220. Homicidium per Ebrietatem commiſſum non punitur pœna mortis. *Abb. c ſicut. de teſtib.*

Homicidium in perſona affinis vel amici præſumitur caſuale, non doloſum. *gl. & DD. l. 1. C. ad l. Corn. de ſicar.*

Homicidii pœnâ nō punitur, qui ſeipſum interficit. *Corn. conſ. 195. vol. 2.*

Homicidum dicitur atrociſſ. delictum, omnique iure prohibitum. *Dec poſt Ang conſ. 65. poſt pr.*

Homicidium in ludo commiſſum excuſatur. *ibid. fall.*

Homicidium caſu committens non tenetur. *ib. fall.*

Homicidium committere attentans punitur pœnâ ordinariâ. *Carrer. de crim. fall.*

Homicidium geminatum non venit in ſtatuto loquente de homicidio. *DD. c. igitur de homicid.*

Homicidium poteſt committi actu & voluntate. *c. dilectus filius. de homicid.* *l. 1. C. ad l. Corn. de ſicar.*

Homicidiū caſuale potius facto, quam noxæ imputatur.

230. Homicidii pœna non tenetur occidens volentē. *ib.*

Homicidio præſtans opem tenetur, vt homicida. *c. ſicut dignum. §. illi. de homic. l. qui opem. ff. de furt.*

Homicidio tenetur, qui percuſſit mulierem prægnantem pedeadeo, vt faciat abortum. *Blanc. de crim.*

Homicidio non tenetur furioſus. *l. diuus ff. de off. præſ.*

Homicidio non tenetur ebrius. *Blanc. ibid fall.*

Homicidio non tenetur dormiens. *ibid. fall.*

Homicidio cauſam dans punitur pœna capitis. *ib fall.*

Homicidio non tenetur infans. *ibid. fall*

Homicidio ſemper in eſt dolus. *Sich. conſ. mat. 9. nu. 28.*

Honor dicitur personam concernere. *Decian. cons. 86. nu. 57. vol. 3.*

Honor processionis consistit in reuerentiâ. *Cas. Lamb. de iur. patr. lib. 3 q. 1. nu. 2.*

240. Honor deferri potest non habenti accusatorem. *leg. rescripto. §. 2 ff. de mun. & hon.*

Honor deferri potest munus sustinenti. *leg. honorem· ff. eod. tit.*

Honor deferri potest causâ cognitâ. *l. honor. §. de honoribus. ff. eod.*

Honor deferri potest continuatim, si alii non sint ei rei idonei. *l. honor. §. fin. ff. eod*

Honor deferri non potest rerumpubl debitoribus, nisi iis solutis *l. rescripto. §. 1. ff. eod.*

Honor deferri non potest minori. 25ann. *l. ad republicam. ff. eod.*

Honor deferri non potest minor pecuniam pro eo offerenti. *l. æstimationem in pr. §. 1. ff. eod.*

Honor non potest deferri reo delato ante sententiam. *l. reus delatus. ff. eod.*

Honor debitus celsioribus viris præstandus est. *l. 2. & 3. C. de off. diuers. iud.*

Honor ciuilis à patre gestus non prodest liberis seruis. *l. nõ mutant. C. deliber. caus.*

250. Honor vnius alterius damno esse non potest. *l. 4. C. de stat. & imag.*

Honor non seruatur indigno. *leg. 1. Cod. vbi senat. vel clariss.*

Honor debet patronis. *l. mater. C. de oper. lib.*

Honor est præstandus Doctoribus à iudicibus. *l. 2. ff. de off. iud.*

Honor est habere legatum. *Bar. leg amicissimos. in pr. ff. de excus. tut.*

Honor aggrauat reatum. *Bal. leg. presbyter. num. 10. Cod. de Episc. & cler.*

Honor non debetur patrono priuato propter delictũ suũ. *Bal. l. fin. C. de iur. patron.*

Honor

Honor debet præferri commodo pecuniario. *l. Iulianus. ff. si quis omiss. caus. test.*

Honor est in salutando & assurgendo. *l. sed si §. liberos. ff. de in ius voc.*

Honor est administrare. *leg. testamento centurio. in fi. ff. de man. test.*

260. Honor augendus propter dignitatem & vtilitas. *l. si longius §. fin. ff. de iud.*

Honor domini es honor subditi. *l. restituenda. Cod. de adu. diu. iud.*

Honor onus habet. *§. sed & quod principi. Inst. de iur' nat. gent. & ciu.*

Honor virtutis præmium. *Goden. cons. 16 nu. 25.*

Honor etiam vitæ præferendus. *leg. isti quidem. ff. quod met. caus.*

Honor ei non seruatur, qui seipsum in scelus deduxit. *l. senatoris. ff. de rit. nupt.*

Honor delatus finem certi temporis & loci non habet. *leg. iurisperitos ff. de excusat.*

Honor thesaurus est incomparabilis. *Idem Port. cons. 139. num. 22.*

Honor sordescit paupertate. *l. si quis. C. ad l. Iul. maiest.*

Honor est Duum viratus. *l. 1. C. de temp. appell.*

270. Honor præfertur vtilitati. *Abb. c. significasti. de for. comp.*

Honoris verba non obligant. *Canonist. & Rom. rub. de arbitr.*

Honoris amissio non facile reparabilis est. *Por. consil. 70. num. 32.*

Honoris augmentum non ambitione sed labore vnicuiq; contingit. *l. sancimus. C. ad l. Iul. repet.*

Honoris amissio magis timenda, est à bonis viris quàm mors. *l. isti quidem. in fi. ff. quod met. caus.*

Honorem vitans stultior est onus vitante. *gl. l. murilegali. V. restituantur. C. de muri leg. lib. 11.*

Honorem, quem sibi quis capit, impendat alteri. *Spec. de aduoc. §. 4. V. deferat.*

Honorem non meretur, qui non honorat. *Spec. de adu. Verb. iam nunc. nu 5.* (noris. *l fin. §. 1. ff. de pœn.*

Honorem amittens suo delicto amittit commodum ho-

280. *Honorem* accipiens ab aliquo, eum impugnare nō debet. *l. 2. C. de adu. diu. iud.*

Honorem omnem excludit reatus. *l. 1. C. vbi senat.*

Honore præditus torqueri nequit nisi maleficus sit. *l. et si. C. de malef. & mathem.*

Honore remoto remouetur etiam onus. *Mantic. de coniect. vlt. vol lib. 5. tit. 12. nu. 40.*

Honores & munera soluuntur morte. *l. 1. C. de mun. & hō.*

Honores deferuntur gradatim. *Nou 30. c. 4. Et l. honor. §. pen. ff. de mun. & hon.*

Honores mutantur, cùm mutantur mores. *Bal. l. pater heredi. in pr. ff. de test. tut.*

Honores & dignitates ordinum in republ. seruandi sunt. *l. 1. § secundo loco. ff. de postul.*

Honores continuare quis non potest. *l. nemo. C. de assess.*

Honores cum capite ambulant. *Archidiac. c. accusatus. in fi. §. pen. de hæret lib. 6.* (*de capt.*

290. Honores acquiruntur per labores. *leg. in bello. ff.*

Honores debent deferri potioribus & magis idoneis. *l. honores. in pr. ff. de decur.*

Honores sunt æqualiter distribuendi. *Bar. l. & cùm §. præses. ff. de mun. & hon.*

Honorabilior est pars dextra, quàm sinistra. *Abb. c. solita. 2. col. de maior. & obed.*

Honorare debet filius parentes. *Spec. de testam. §. 4. V. illud. quoque.* (*delegatus.*

Honorari homo naturaliter appetit *Spec. de Citat. §. 5. V.*

Honorat defunctum eius voluntatem adimplens. *§. vnde Sancimus. Auth. de nupt coll. 4.*

Honoratus oneratur. *Bertrand. cons. 57. nu. 1. vol. 1.*

300. Honorariæ obligationes tolluntur acceptilatione. *l. an inutilis. §. fin. ff. de acceptilat.*

Honorarius tutor non videtur, qui ab aliis rationes exigere debet. *Iure nostro §. 1. ff. de test. tut.*

Hono-

Honorarium Aduocatis à clientibus si possunt, ex soluendum est. *l. properandum. §. illo. C. de iudic.*

Honorarium ius est viua vox iuris ciuilis. *l. nam. & ipsum. ff. de iust. & iur.*

Honoratus magis censetur etiam magis dilectus. *Car. Ruin. cons. 39. nu. 8. & 16.*

Honoratus, potest eatenus grauari. *Spec. de inst edit. § 4. V. item none.*

Honoratus in testamento tenetur implere iussum testatoris. *Nouell. 1. cap. 1. in pr.*

Honoratus commodo pecuniario potest grauari, aliter non. *Bal. l. Titius. C. de oper. lib.* (*questionib.*

Honoratus à Principe, torqueri non debet. *l. nihil. C. de*

Honorati mortis causâ donat. *l. 1. §. sed vt. manifestetur. C. de cad. toll.* (*offic. diuers. iud.*

310. Honorati viri consistorium ingredi possunt. *l. 3. C. de*

Honorati viri possunt sedere cum iudice. *ibid.*

Honorandus est magis, qui dignori fulget dignitate. *Monoch. cons. 52. nu. 27. vol. 1.*

Honorandus est, quem princeps honorat. *l. restituende. C. adu. diu. iud.*

Honorandus non est homo plus quàm DEVS. *Host. Io. And. & alii. c. etsi Christus. de iureiur.*

Honorandi sunt homines secundùm virtutes & merita. *Bar. Auth. ordinationem. nu. 1. de monach.*

Honestus amor pendet ex animo, non ex lucro. *l. 3. ff. de don. int. vir. & ux.*

Honestus vir præsùitur facere id, quod ei incumbit. *Bald. c. 1. de tu l. Barb. cons. 3.*

Honestus homo habet pro se præsumptionem, quòd nihil faciat dolo. *Spec. de cess. act. §. 1. V. sed oponitur.*

Honestus vir omne id, quod citra turpitudinem fieri non potest. pro impossibili habet. *l. filius. ff. de cond. inst.*

Honestus modus seruandus est, non immoderata cuiusq; luxuria subsequenda. *l. ex damni. ff. de dam. inf.*

Honesti nō ita grauiter puniuntur sicut abiecti. *l. qui cunque. §. vniuersi. C. de har. & manich.*

Honesti viri nomen assumere bonum est. *l. facta. §. si verò nominis. ff. ad Trebell.*

320. Honesto viro remittitur onus præstandæ Cautionis. *gl. l. vn. §. 1. ff. de rip. mun.*

Honestior & maior est, qui præest melioribus. *§. nos igitur. Auth. de defend. ciuib.*

Honestiores mitius puniuntur. *l. 6. ff. ad l. Iul. pecul.*

Honesta petentibus non est denegandus assensus. *l. iustū. C. de edend.*

Honesta legum voluntas nunquam aliquid sine hominum vtilitate statuisse censetur. *l. prospexit, in pr. ff. qui & à quib*

Honesta causa turpem purgat. *Inn. capit. præsentia. de renunciat.*

Honesta matrona ea intelligitur, quæ nunquam probro se commaculauit. *l. adoptiuus. ff. de ritu nupt.*

Honesta causa præualet. *gl. l. vbi a. ff. cond. ab. tur. cauſ.*

Honesta & licita sequenda. *Anch. conſ. 171. nu. 5.*

Honestæ vindictæ non est præferendum lucrum pecuniarium. *l. miles. §. ſocer. ff. ad l. Iul. de adul.*

330. Honestum quod non est, non expedit. *Donell. ad l. tranſactione, 30. nu. 9. C. de trans*

Honestum omne comparatur cum necessario. *l. in eadem. §. fin. ff. Ex quibus cauſ. maior.*

Honestum non est, quicquid licet. *Spec. de aduoc. §. 1. V. ſed nunquid.*

Honestum debet esse mandatum. *Spec. de iud. §. in ſacris. in princ.*

Honestum possibile potius præsumitur quàm inhonestum. *l. miles. §. defuncto. ff. de adult.*

Honesti viri debent esse in domibus suis nocte. *l. 2. ff. de orig. iur.*

Honestas ad honesta nos adstringit. *Bal. l. 3. num. 22, ff. de iuſt. & iur.*

Honestas nullam videtur producere necessitatem. *Muſcar. de iurisdict. & imper. nu. 8.*

Hon-

Honestas viri facit præsumi pro se. *Riminald. consil. 158. nu. 16. vol. 1.*

Honestas cautelas, non dolos decet sequi. *Io. Dilect. de art. testand. tit. 4. caut. 4. nu. vlt.*

340. Honestas lucet perseipsa. *l. semper ff. rit. nupt.*

Honestas est circa matrimonium. *gl. l. 1. ff. de iust. & iur.*

Honestas & boni mores præferuntur omnibus diuitiis. *l. humilem. C. de incest. nuot.*

Honestas ad essentiam legis & constitutionis requiritur. *Anch. cons. 243. nu. 7.*

Honestas virtutis socia semper cum vitiis pugnat. *gl. & DD. §. iuris. Inst. de iur. nat. gent. & ciu.*

Honestas vitæ circa bonos mores consistit. *gl. l. iusticia. §. iuris præcepta. ff. de iust. & iur.*

Honestas seruanda in dotibus, *Auth. res. C. com. de leg.*

Honestas vitæ minuit pœnam. §, 7. *Inst. de in iur.*

Honestas nihil turpitudinis continet. *Paris. cons. 9. num. 74. vol. 2.*

Honestas Ecclesiæ deformari non debet. *c. fin. de fil. præsb.*

350. Honestas personæ tollit suspicionem sinistram. *Abb. c. nisi essent. Ex. de præb.*

Honestas præfertur lucro. *Bar. l. reprehendenda. C. de inst. substit.*

Honestatis causâ receditur à proprio significatu. *Alex. leg. nepos. Proculo ff. de V. sign.*

Honestatis ius videtur exceptum ab omni superioritate. *Bal. l. quod ex libertâ. C. de oper. lib.*

Honestè qui non potest, posse non dicitur. *gl. l. vulgo. V. non licet ff. de stat. hom.*

Honestè viuere perpetuæ famæ & felicitatis fundamentum est. *Omphal. de vsurp. LL. lib. 1. cap. 2. nn. 6.*

Honestè consilium quandoque requiritur, licet non teneatur. *l. ita a. §. Papinianus. ff. de admin. tut.*

Honestè accipitur aliquid, quod honestè peti non potest. *l. 1. §. 5. ff. de extr. cognit.*

Hora breuis nō debet consumere victum longi temporis. *Abb. c. cum Apostolus, de censib.*

Hora finiti contractûs debet in ſpici. *Bal. l. ſi quis. §. ſed ſi ſuo. ff. de vulg. & pup.*

360. Hora eſt pars diei. *Abb. c. 1. de cauſ. poſſ. & propriet.*

Horæ reſpectu cenſetur aliquid anterius & poſterius. *gl. l. ſi ex plurib. §. fin. ff. de ſolut.*

Hora ſecunda noctis Romanorũ nobis ſeptima poſtmeridiem eſt. *l. non minorem. C. de tranſact.* (*ite m nota.*

Hora grata ſuperueniet non ſperata. *Spec. de except. §. 4. V.*

Horaſicut dies interpellat pro homine. *Bal. l. 1. col. 2. C. nõ lic. in vna cauſ. tert. prou.*

Hordeũ mutuo dare licet, cum pacto nudo vt vſutæ præſtentur. *l. frumenti. C. de vſur.*

Horrea publica à iudicibus proprio arbitratu fieri poſſunt. *l. nemo. C. de oper. publ.*

Horreorum domini non tenentur de effractura, ſi nõ cuſtodiam promiſerint. *l. dominus ff. locat.*

Hortari non eſt mandare. *l. ob hæc. ff. de his qui not. infam.*

Hortator viduitatis eſſe non poteſt, qui & ipſe coniugium frequentauit, *c. vno tantum diſt. 26.*

370. Hortator non eſt mandator. *l. ſi verò. C. mand.*

Hortatio non obligat. *l. nullus. de reg. iur. lib. 6.*

Hortenſia lex plebiſcita confirmauit. *l. 2. ff. de orig. iur.*

Hortus alienus pignorari nõ poteſt, niſi domino in fraudẽ creditoris diſſimulante. *l. 2. C. quemadm. ſeru. amitt.*

Hoſpes etiam ſcienter receptos bannitos non tenetur ad pœnam. *Alex. l. 1. ff. de recept.*

Hoſpes recipiens à vicino hoſpite non tenetur vt hoſpes ſecus ſi à viatore. *Alex. l. ait prætor. ff. nau. caup.*

Hoſpes tenetur de culpâ leuiſſimâ. *Alex. l. & ita §. at hoc. ff. eod. tit.*

Hoſpes invitans ad hoſpitium, ſi pœniteat tenetur ad intereſſe actione de dolo viatori invitato. *Alex. l. 1. ff. de precar.*

Hoſpes de his, quæ effuſa ſunt, non tenetur. *l. 1. §. pen. ff. de his qui effud. vel. deiect.*

Hoſpes accipiens aliquid ex bonis peregrini in domo ſuâ defuncti reddit triplum. *Auth. omnes. C. com. de ſucceſſ.*

Ho-

380. Hoſpes ſuccedere non poteſt in bona peregrini in ſuo hoſpitio defuncti. *ibid.*

Hoſpes tenetur excipere viatores. *l inuitus. ff. de reg. iur.*

Hoſpes antequam hoſpites recipiat, debet proteſtari, *Fel. c. cùm M. Ferrar de conſtit.*

Hoſpes non tenetur de furto facto poſt ſequeſtrationem factam per officialem. *Bal. l. certi, C. locat.*

Hoſpes poteſt retinere enſem viatoris pro mercede. *Bal. l. certi q. 2. C. locat.*

Hoſpes nō tenetur de damno illato in hoſpitio hoſpitantibus. *Bar. l. qua fortuitis. C. dd pig act.*

Hoſpitis familia torqueri poteſt pro furto commiſſo in hoſpitio. *Alex. l. 1. ff furt. adu. naut. caup.*

Hoſpitalarius ſolo animo poſſeſſionem amittit. *Innoc. c. cùm ad ſedem. de reſt. ſpol.*

Hoſpitalarius non debet ſatiſdare. *Bal. l. Orphanotrophos. C. de Epiſc. & cler.*

Hoſpitalarius eſſe poteſt etiam laicus vxoratus. *clem. quia contingit. de relig. dom.*

390. Hiſpitalarius non tenetur reddere rationem de bonis hoſpitalis adminiſtratis. *Bar. l. orphanotroph. C. de Epiſc. & cler.*

Hoſpitalarius, etiā non requiſitus, debet omni anno rationem reddere. *clem. quia §. illi. de rel. dom.*

Hoſpitalarius dicitur vſuarius bonorum hoſpitalis *ibid.*

Hoſpitalarius minor 25. ann. eſſe non poteſt. *clem. 2. eod.*

Hoſpitalarius non debet ali de bonis hoſpitalis. *Bal. l. orphanotrophos. C. de Epiſc. & cler.*

Hoſpitalarius poteſt cum causā alienare bona hoſpitalis. *ibid.*

Hoſpitalarii iuramentum non firmat contractum alias nullum. *Bertach. rep. part. 2. fol. 199. colum. 2. in med.*

Hoſpitalis bona nō poſſunt alienari ſine ſolennitate. *clem. quia contingit. de relig. dom.*

Hoſpo-

Hospitalis ædificatio à defuncto relicta intra vnum annum perfici debet. *l sancimus. in pr. C. de Epis. & cler.*

Hospitalis bona gaudent eo iure, quo bona Ecclesiæ. *Bar. l omnia. C. de Epis. & cler.*

400. Hispitali destructo perit legatum relictum pro alēdis pauperibus. *Gemin. c. licet. col. 3. de rescript.*

Hospitale tenetur recipere pauperes. *Bal. l sancimus, §. sed & si quis. C. de Lat. lib. toll.*

Hospitale priuatum potest quilibet facere in domo propriâ. *Inn. c. ad hoc. de relig. dom.*

Hospitale est opus misereicordiæ. *Bal. Marg. V. hospitale.*

Hospitale, sicut Ecclesia, est tutum refugium fugientibus vt in eo capi non possint. *Archid. 17. q. 4. c. diffiniuit.*

Hospitale heres, non tenetur facere inuentarium. *Bal. leg. fin. 5 q. C. de iu. delib.*

Hospitale heres potest dimittere hereditatem damnosā, etiam sine beneficio rest. in integrum. *ibid.*

Hospitale debet fieri intra annum ab herede grauato illud facere. *Bal. l. orphanotrophos. C. de Epis. & cler.*

Hospitale restituitur in integrum, sicut minor. *ibid.*

Hospitalia sunt instituta ad pauperes recipiendos. *Card. clem. quia contingit. de relig. dom.*

410. Hospitale committitur in perpetuum. *gl. & Card. clem. 2. §. Vt a. de rel. dom.*

Hospitale succedit infantibus expositis in eo, si alii non supersunt. *Bal. l. si qua illustris, C. ad Orfic.*

Hospitalia in titulum non conferuntur. *Card. clem. fin. 13. q. de procur.*

Hospitalia nō veniunt propriè appellatiōe Ecclesiæ. *Abb. c. 2. de consuet.*

Hospitalia misericordiæ sunt permissa. *Bar. l. 1. §. si permittitur. ff. de colleg. illicit.*

Hospitalia in titulum permutantur. *gl. & Card. clem. 1. 3. q. de rer. permut.*

Hospitalium cura non est negligenda. *glos. clem. 2. eod.*

Hospitalia fuerit reparanda. *Card. clement. 2. de rel. dom.*

Hos-

Hiſpitalitas eſt in religiosis & clericis ex debito. *Card. in clem. 1. de cenſib.*

Hoſpitalitas eſt ſpecies charitatis & liberalitatis. *Tib. Dec. conſ. 66 nu. 38. vol. 3.*

420. Hoſpitalitatem neſciens non fiat Epiſcopus. *cap. Archiadiaconum. 85 diſt.*

Hoſpitari tenetur monaſteria & clerici. *Card. in clem. 1. de cenſib.*

Hoſpitium non venit appellatione domûs. *Flor. l. 1. §. habitare ff. de his qui deiec. vel effud.*

Hoſpitii publici munus profeſſus tenetur ſuſcipere viatores. *l. 1. §. fin ff. furt. adu. naut. caut.*

Hoſpiti ius liberum eſt peregrinis & aduenis, vbi voluerint. *Auth. omnes C. com. de ſucceſſ.*

Hoſpitiis præbendis onerari prouinciales non debent. *l. 4. ff. de off. proconſ. & leg. Et l. obſeruare in pr. ff. de off. proconſ.*

Hoſtis captus non eſt occidendus, aut ſupplicio afficiendus. *l. pupillus §. 1. ff. de V ſignif.*

Hoſtis communis ſalutis eſt maleficus. *leg fin. Cod. de mal. & math.*

Hoſti fit præiudicium per ſententiam, licet citatus nō ſit. *Bal. l. executorem. ff. de except. rei iud.*

Hoſtis non poteſt dici fœderatus. *Boſſ. de crim. laſ. maieſt. num. 90.*

430. Hoſti ſeruanda fides. *l. commercium. ff. de pact.*

Hoſtis interior eſt mala voluntas. *c. paratus. 23. q. 1.*

Hoſtis poteſt hoſtibus furari & prædari. *Bal. leg. 2. Cod. de commer.*

Hoſtem capere, repellere & perimere licet. *l. fin. ff. ad leg. Iu. maieſt.*

Hoſtem decipere licet priuato, nō a. Capitaneo belli. *Bal. l. 1. §. non ſunt. ff. de dol.*

Hoſtes inſtruere armis pernicioſū eſt populo, & proditioni proximum. *ibid.*

Hoſtes armorum atrocitate ſunt vexandi. *l. emptorem. C. de loc. & cond.*

Hoſti-

Hostium seruus fieri nō debet ciuis Romanus. *l. generaliter. §. 2. ff. de fideicom. libert.*

Hostium legatum pulsare nefas est. *l. fin. ff. de legationibus.* 440. Hostium receptator dicitur opem ferre maleficis. *Raph. Cuman. cons. 161. nu. 3.*

Hostibus incurrendi aut devastandi loca licentia danda non est. *l. 2. §. 4. C. de off. præf. præt. Afric.*

Hostibus populi Rom. arma vendi non debent. *l. 2. C. quæres. export non deb.*

Hostilis incursio vis maior. *l. 1. C. de Commod.*

Hostilitatis exceptio est efficax. *Anch. cons. 205. nu. 13.*

H V.

Humanus est non iniquus, qui crimen persequitur vt liberet hominem. *23. q. 5. c. non est. iniquitatis.*

Humanorum actuum interpretatio petenda est ex iure. *l. nemo. potest. ff. deleg. 1.*

Humanos actus perficiunt potestas voluntas & scientia. *Decian. cons. 57. nu. 8. vol. 1.*

Humanior pars est eligenda in sententiando. *l. si præses & l. de interpretatione. ff. de pœn.*

Humanior interpretatio tenenda. *l. Thais. §. libertatem. ff. de fideicom. libert.*

Humanior sententia sequenda. *l. sed et si. ff. de vsufr.*

Humanior sententia in dubio sequenda & amplectenda. *l. Sancimus. §. siquis a. C. de donat.*

Humanior est sententia, quæ libertati fauet. *l. in obscura. ff. de reg. iur.*

Humanor sententia prævalet, vbi diuersæ sunt. *l. si pars. ff. de inoff. test.*

10. Humaniorem in partem semper debemus inclinare. *l. sancimus. C. de donat.*

Humana natura prona est ad malum. *Spec. 4. part. in pr.*

Humana forma ad similitudinem pulchritudinis cælestis est figurata. *l. si quis in metallum C. de pœn.*

Humana natura quod am modo labitur ad delicta. *Auth. de monach. §. si verò. coll. 2.*

Humana

Humana natura appetit discere. *l. legatis. §. ornatricibus. ff. de leg. 3.*

Humana authoritas nō debet inferre præiudicum diuinis mandatis. *c. iubemus. 16. q. 3.*

Humana fragilitas mortis perturbatur cogitatione. *leg. hac consultissima. in med. C. qui test. fac. poss.*

Humanæ conditionis memor quisque esse debet. *l. quidā, ff. de cond. inst.*

Humanæ aures talia verba iudicant qualia foris sonant. *c. humana. 12. q. 5.*

Humanæ sortes multæ sunt. *l. fin. C. de præscripti. 30. vel 40. ann.*

20. Humanæ dispensationes contra ius diuinū & mandatum DEI non valent. *Paris. cons. 68. nu. 199. vol. 3.*

Humanæ mentis infirmitati indulgendum est. *Anch. cōs. 113. num. 9.*

Humanæ mētis imbecillitas sæpe errare potest. *Pet. Heig. q. iur. civ' & sax. 4. nu. 3. vol. 2.*

Humanæ vitæ mutatio difficilis. *Auth. de Mon. §. 1. coll. 1.*

Humanam mentem verba ipsa exprimunt. *Por. cons. 7. num. 40.*

Humanum iudicium causatur ex verbis. *c. humana. aures 22. quæst. 5.*

Humanum est habere rationem veniæ ex precum. *ibid. num. 8.*

Humanū est fortuitis casibus mulieris maritum vel vxorem viri participem esse. *l. si cùm dotem. §. si maritus. ff. sol. mat.*

Humanum est peccare, sed diabolicum perseuerare. *c. 1. de pœnit. dist. 3.*

Humanum genus diuinis humanisq; regitur legib. *c. humanum dist. 1.*

30. Humanum est opem ferre miseris & infirmis. *c. quod proposuisti. 32. q. 7.*

Humanum est ob casus fortuitos dilationem accipi. *l. interdum. §. humanum ff. de iud.*

Huma-

Humanum est peccare, sed angelicum emendare. *l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. test.*

Humani iuris conditio semper in infinitum decurrit. *l. 2. §. sed quia. C. de vet. iur enucl.*

Humani ingenii magna est exiguitas. *leg. neque. leges. ff. de LL.*

Humani generis inimicus est magus. *l. etsi excepta. C. de malef. & mathem.*

Humanitas decet Principem & magistratus. *l fin. in pr. C. de Episc. & cler.*

Humanitas est egenis prospicere. *l priuilegio. C. de SS. Eccl.*

Humanitas Imperatori conuenientissima. est. *l. fin. in fi. C. de don. int. vir & vx.*

Humanitas spectatur etiam in crimine. *leg. addictos. Cod. de appell.*

Humanitas violanda non est occasione tutelæ. *l. humanitatis. C. de excus. tut.*

40. Humanitas summa quædã est, exquisitè delinquentes castigare, vt multi paucorum exemplo saluentur. *Nou. 30. de proconf. capadoc. §. neq. n. inhumanitas.*

Humanitas non laudabilis vitanda. *l. certissimè. §. verùm. C. de Episcop. aud.*

Humanitas pœnitudinis iustæ amputari non debet. *l. si quis. C. de appell.*

Humanitas sua nemini debet esse damnosa. *l. nulli licere. §. cùm a. C. de Episcop. & cler.*

Humanitatis causa quid faciendum est. *l. certissimè. § & sancimus. C. de Episcop. aud.*

Humanitatis ratio habenda. *l. si cui. ff. ex quib. caus. mai.*

Humanitatem obseruantes DEVM imitantur. *l. fin. C. de don. int. vir. & vx.*

Humanitate seruatur DEI imitatio, *ibid in fi.*

Hũanitas in prælato & Principe splendet vltra alia. *Spec. de Aduoc. §. 5. V. commendet.*

Humanitas est appellare pro quolibet condemnato de crimine. *Spec. de appell. §. 1. V. est præmissa.*

50. Humanitatis est actione deteriore vti. *l. 3. C. depos.*

Homa-

*H*umanitus alicui aliquid contingere mortem significat. *l.publia.ff.depos.*

*H*umanius est, viros doctos & sapientes adhiberi in consilium. *l.humanum.C.de LL.*

*H*umiliore se debet orator & Aduocatus allegando insufficientiam suam. *ib.§.6.V. Aduocatus.*

*H*umiliari nos oportet sub potenti manu DEI. *c. nulli, 3.quæst.1.*

*H*umilis confessio in malis melior est, quàm in bonis superba gloriatio. *c.iniustum.6 q.3.*

*H*umilis quis esse non debet, vt patiatur se cõtemni plusq. subiici, quàm expediat. *c.quando.86.dist.*

*H*umilis homo dicitur, qui caret dignitate. *Bar. l.tutor.§. tutores ff.de suspect.tut.*

*H*umiles grauius puniuntur quàm honesti. *l. quicumq.§. 3.C.de har.& Manich.*

*H*umiles possunt contrahere nuptias cum illustribus modo dotalia instrumenta conficiantur. *Auth.sed nouo.C. de nat.lib.*

60. *H*umilitas sursum, superbia ad infetiora demergit. *c. quoniam.10.dist.*

*H*umilitas est fundamentũ pœnitentiæ. *de pœn.dist.2.c.1.*

*H*umilitas esse non potest, vbi non est veritas, *c.cùm humilitatis.22.q.2.*

*H*umilitas est intuitus propriæ conditionis, *Card. clem. dudum.§.statuimus.de sepult.*

H y.

*H*ypothecari possunt bona præsentia & futura. *l.fin. Cod. de pact.*

*H*ypothecari non possunt bona viuentis, quæ quis sperat sibi deferri. *ibid.*

*H*ypothecari non potest fundus dotalis, etiam consentiente muliere. *l.1.§.& cùm lex iulia.C.de rei vx.act.*

*H*ypotheca antiquior præfertur. *Nouell.81.cap.1.*

*H*ypotheca dotis vel donationis auctæ de nouo contrahi potest. *l.si constante. C. de don.ante nupt.*

*H*ypotheca paternarum rerum, pro rebus in quibus pater

habet vsumfructum, filiis non est. *l. cùm oportet. §. 2. C. de bon. quæ liber.*

Hypotheca procuratori data ipso iure domino acquiritur. *l. 2. C per quas pers. nob. acq.*

Hypotheca specialis reuocat donationem inter coniuges. *l si maritus. C. de don. int. vir & vx.*

Hypotheca est tacita in bonis curatoris furiosi. *l. cùm furiosus. §. & si quidem. C. de curat fur.* (*alien.*

10. *Hypothecæ* nexus est alienatio. *l. fin. C de reb. al non*

Imperator non potest contractum suum reuocare. *ibid.*

Imperator solus potest appellationem tollere. *Bar.l.fin.C. de sent.*

Imperator potest corrigere suam sententiam. *ibid.*

Imperator debet iudicare secundum conscientiam, non secundum actitate. *Bar.l.1.C.vt quæ def.ædu.part.*

Imperator ligatur iuramento, alias est periurus. *Card. clem.1.in pr § 1.de iureiur.*

Imperator priuilegiare potest contra iura. *Card.clem.1.de testib.l.2.C.de off.præf.præt.*

Imperator de iure debet confirmare omnes iudices. *Bal.c. iudices.de pac.iur.firm.in vsib.feud.*

240. Imperator habet iurisdictionem generalem. *Bal c. adhoc eod.*

Imperator vtens beneficio alicuius Statuti ciuitatis, ligatur eodem statuto. *Bal. l. Et in legatis.C.ad l.Falcid.*

Imperator eligi debet hodie per principes Germaniæ. *c. venerabilem de Elect. Bar.l fin.C.de LL.*

Imperator potest præscribere contra Papam. *Bal. l.2.b.4. C.de seruit & aq.*

Imperator potest delegare causas ciuiles. *Inn. c.iurisdictionem. de fid.instrum.*

Imperator potest tollere solennitates iuris. *Spec.de leg.§.4. V.sed nunquid legatus.*

Imperator debet tueri Ecclesiam. *glos. cap. Venerabilem, de Elect.*

Imperator solus potest deducere de non esse ad esse. *Bal. l.2.C. de iur. aur. annul.*

Imperator debet tueri miserabiles personas. *23. q.4. c. administratores.*

Imperator potest etiam inuitum spurium legitimare, qui matrem occultat. *Auth. quib. mod. nat. eff. sui. §. licet igitur.*

250. Imperator potest reuocare priuilegium suum alteri concessum *c. veniens. de rescript.*

Imperator restituit ad famam, etiam in terris Ecclesiæ. *Alex. l. infamem ff. de publ. iud.*

Imperator non potest prohibere implorationem iudicis officii. *Inn. c. qua in Ecclesiarum de const.*

Imperator non appellat aliquem dominum. *Bal. l. secundum. C. de contr. & commit stip.*

Imperator non potest reuocare priuilegia per ipsum indulta Ecclesiæ. *Inn c. nouit. de iudic.*

Imperator licet sit omnium superior, tamen omisso medio ad ipsum appellari non potest. *Spec. de appell. § 4.*

Imperator vbi est, præsumitur esse multitudo nobilium. *Bar. l omnium. C. de testam.*

Imperator committens alicui officium plenæ legationis prouinciæ, videtur omnem iurisdictionem committere, & omne imperium. *Spec. de iurisd. om. iud. V. qualiter.*

Imperator verus dicitur hodie Romanorum Imperator non Græcorum constantinopol. *gl. c. est. 96. dist.*

260. Imperator cognoscit de maioribus rebus. *l. si quando. C. de oper. publ.*

Imperator cognoscit de maledictis sibi & ignoscit. *l. vn. C. si quis Imp. maledix.*

Imperator commune ius cum cæteris habet in passiua testamenti factione. *l. cùm heredes C. qui test. fac. poss.*

Imperator communium rerum vtilitatem procurare debet. *l. communium. in pr. C. not. lib.*

Imperator debet compescere discordantes certo fœdere. *l. cùm furiosus. §. 3. C. de cur. fur.*

Imperator consulere debet humano generi remedio dilucido & compendioso. *l. ibid. §. 4.*

Im-

Imperator DEI iudicium sequi debet. *l.si libertam, Cod. de nupt.* (*int. vir. & vxor.*

Imperator potest donare vxori absolutè. *l.pen. C. de don.*

Imperator habet gladium à DEO. *c. quo iure §. dist.*

Imperator non debet adimere, quæ concessit. *Auth. de æqual. dat. §. didicimus.*

270. Imperator non debet adimere consuetudines, vel priuilegia ciuitati, aut aliis personis concessa. *Auth. vt nom. Imp. de præpon.*

Imperator non debet inuadere rem alienam. *ibid.*

Imperator potest aliquid de imperio diminuere pro vtilitate subiectorum. *Auth. vt cum de app. §. si quis.*

Imperator dicitur DEI vicarius in temporalibus. *Bal. l 1. C. de iur. aur. annul. pedem. decis. 77. num. 34.*

Imperator potest concedere minori administrationem suorum bonorum, non alius inferior. *Bar. l 3. ff. de min.*

Imperator non tenetur scire singulares consuetudines. *c. 1. de consuet. lib. 6.*

Imperator non præsumitur scire consuetudines. *glos. & Bar. l præscriptionem. C. si cont. ius vel vtil. publ.*

Imperator potest legitimare filium Doctoris bastardum, etiam in terris Ecclesiæ. *Bal. Auth. habita. Cod. ne fil. pro patre.*

Imperator nondum coronatus dicitur Imperator. *Bar. & Cyn. l bene à Zenone. C. de quadr. præscript.*

Imperator coronatur tribus coronis. *gl. clem. 1. de iureiur. Abb. c. venerabilem, de Elect.* (*6. q. 1.*

280. Imperator debet coronare omnes reges. *gl. c. apicib.*

Imperator hæreticus debet deponi. *gl. c. ad Apostolicæ. de sent. & re iud. lib. 6.*

Imperator debet esse Christianus. *Bar. rub. ff. de iust. & iur. & c. venerabilem de Elect.*

Imperator quando incipit cognoscere de causâ, censetur omnibus aliis iudicibus silentium impositum. *Inn. c. cum M. Ferrar. de const.*

Imperator non iurat fidelitatem. *Bal. c. fin. col. vlt. de prohib. feud. alien. per Fed.*

Imperator exceptus est ab omni iuram; fidelitatis. *ibid.*

Imperator est priuilegiatus, vt iuramentum contra ipsum non valeat. *Bal. c. fin. de proh feud. al.*

Imperare sibi nullus potest. *l. pen. ff. de arbit.*

Imperator institui non debet litis causâ. *leg. pen. ff. de hered. instit.*

Imperator appellatur sanctissimus. *l. Titius Seio ff. de leg. 1.* 290. Imperator debet seruare eas leges, quibus ipse solutus videtur. *l. ex imperfecto ff. de leg 3.*

Imperator est æquitatis studiosus. *l. vt liberis. C. de coll.*

Imperator alienare potest & sua & fiscalia. *l. 3. in pr. C. de quadrien. præscript.*

Imperator debet audire voluntates hominum, non iubere. *Lomnium. C. de testam.*

Imperator debet imitari clementiam & beneuolentiam DEI. *l. imperialis. C. de nupt.*

Imperator capere non potest ex imperfecto testamento. *l. 3. C. de testament.*

Imperator Codicillos facere potest. *l. cùm heredes. C. qui test fac. poss.*

Imperator contra ius diuinum non inducit veram legitimitatem, nec fictionem. *Bal. l. 1. C. de iur. aur. ann.*

Imperator potest habere procuratorem, sicut Ecclesia & fiscus. *Bal. l. 1. opp. 30. C. qui admitt. ad bon. poss.*

Imperator is soli verbo creditur. *Cast. cons. 33. c. nobilissimus dist 97.*

300. Imperatori creditur in facto proprio, etiam sine die & consule. *Bal. l. ex his. C. de mil. test. Cast. d. cons 33.*

Imperator potest testari, & testamentum reuocare. *Bal. l. cùm heredes. C. qui test fac poss.*

Imperatori imperanti contra conscientiam non est obediendum. *Bal. Auth. habita 5. not. C. ne fil. pro pat.*

Imperator potest alteri infeudare terras Imperii. *Bal. l pen. C. de bon. qua lib.*

Imperator potest cassare Statuta Senatûs. *Bal. de Schismat.*

Imperator debet esse liberalis & gratiosus, non auarus. *Bal. l. 1. §. fin. C. de cad. toll.*

Im-

Imperator, qui permisit vsuras, non fuit hereticus. *Bar. Auth. ad hoc C. de vsur.*

Imperator videtur cum infamiâ dispensare, si concedit dignitatem infami. *Bar. l. Imperialis. C. de nupt.*

Imperator non potest sine causâ auferre ius alteri quæsitum ex contractu. *gl. & DD. l. cotem ferro. ff. de publ.*

Imperator non debet vti plenitudine potestatis in præiudicium subditorum. *Bal. l. 1. §. cùm a. C. de cad. toll.*

310. Imperator potest punire subditum de delicto vbicumque commisso, cum sit dominus mundi. *Bal. l. fin. C. de Eunuch.*

Imperator non adstringitur ad causæ cognitionem. *c. cùm ad monasterium. de stat. monach.*

Imperator concedens incapaci videtur cum eo dispensare. *Inn. c. veniens. de fil. presbyt.*

Imperator tenetur seruare conuentiones, pacta & contractus. *Cyn. & Bar. l. digna vox. C. de LL.*

Imperator nondum coronatus non potest concedere priuilegia. *Bar. l. sed probari. ff. de excus. tut.*

Imperator non arctatur ad ferias. *Spec. ad fer. §. 1.*

Imperator ante coronationem potest exercere voluntariâ iurisdictionem, & dare Imperio priuilegia non no citura. *Bal. & d. Spec. de rescript. præsent. V. donatio.*

Imperator ante coronationem vtitur mediâ bullâ. *ibid.*

Imperator post coronationem vtitur integrâ bullâ. *Card. clem. 1. §. fin. de iureiur.*

Imperatoi soluit subditos regis à fidelitate. *gloss. & Card. clem. 2. §. rursus. 2. opp. de re iud.*

320. Imperatoris electio est dignitas. *Abb. c. venerabilem. de Elect.*

Imperator supplet defectus iuris positiui, non iuris naturalis. *Card. clem. 2. §. ceterùm. de re iud.*

Imperator non potest auferre defensionem, & alia iura naturalia. *ibid.*

Imperator supplet omnem defectum solennitatis omissæ. *ibid.*

Imperator non potest disponere in Ecclesiasticis. *Alex. l. etiam. ff. sol. mat. c. fin. de sol.*

Imperator est Aduocatus Ecclesiæ. *gl. & Card. clem. 1. §. fin. de iureiur.*

Imperator dicitur etiam qui semel imperat. *Ang. l. Titius. §. fin. ff. de excus. tut.* (*ann.*

Imperator solus potest legitimare. *Bal. l. 1. C. de in. aur.*

Imperator nullius rei dominium auferre potest *gl. eff. in pr. proem. ff. vbi & Bart.*

Imperator est lex animata in terris. *gl. l cùm lex ff. de LL.*

330. Imperator est dominus totius mundi. *l. deprecatio. ff. ad l Rhod. de iact.*

Imperator est DEVS in terris. *l iubemus. C. de SS. Eccles.*

Imperator est pater legum. *Auth. de incest. nupt. §. dubitatum. coll 2.*

Imperator reprobat audaciam. *l. si quis. C. vnde vi.*

Imperatoris potestas à DEO procedit. *Old. cons. 180.*

Imperator est interpres legum. *l. & ideo. ff. de LL.*

Imperator vnicus debet esse in orbe, qui præsit cunctis regibus. *7. q. 1. c inapicib. & l. deprecatio ff. ad l. Rhod.*

Imperator debet esse Teutonicus ex iure electionis, non ex successione. *gl. & DD. c. venerabilem. de elect.*

Imperator est superior, & dominus prouinciarum. *c. Adrianus. 67. dist.*

Imperator est supremus omnium. *Bal. leg. pen. C. de bon. quæ lib.*

540. Imperator debet recordari de his, quæ gessit aut cõcessit alteri. *Bal. l. 1. C. de Euictione.*

Imperator appellatur pontifex. *c. capitalis. 10. dist.*

Imperator libere agit ad similitudinem DEI. *ibid.*

Imperator est Romrnorum dominus vniuersalis. *Bal. l. 1. nu. 11. C. de sum. Trin.*

Imperator diuinitùs constituitur. *Bal. l. 3. nu. 8. C. de quæstion. præscript.*

Imperator est iudex in causâ propriâ. *Bal. l. si pater, num. 4. ff. de her. inst.*

Im-

Imperium ipsum nō est in marsupio principis. *Rol.à Vall. consi.1.nu.115.Vol.2.*

Imperator approbatus à populo Rom. non postea reprobari ab ipso populo. *Bar.l sed et. in pr.ff.de excus.tut.*

Imperator tenetur Ecclesiam armis defendere. *clem. vn.§. ego ext. de iureiur.*

Imperator carcerem, DEVS gehennam minatur. *c.qui resistit. 1.q.3.*

550. Imperatoris sententia facit ius. *Sal.l.cùm de in rem verso.nu.2.C.de vsur.*

Imperatoris sententia diffinitiua habetur pro lege. *Barl.. fin.C.de legit.*

Imperatoris proprium est legibus viuere. *l.4.C.de LL.*

Imperatori nihil est necessarium. *Bal.l.vn.nu.13.C.de nou. Cod.faciend.*

Imperatoris appellatione venit etiam filius successor in imperio. *Bal.c fin.de proh.feud.al.*

Imperatoris præsentia probatur per duos testes. *Bald. l. omnium.C.de testam.*

Imperatoris curia vel forus dicitur communis patria, in qua potest quilibet conueniri. *gloss. & DD. cap fin. de for. comp.*

Imperatiuus modus non semper dicit necessitatem. *c. sic enim.28.q.1.*

Imperatrix habet priuilegia principis mariti. *l. princeps ff.de LL.*

Imperium & iurisdictio sunt Principis, ideò vendi nequeunt. *l.apud Iulianum.§ fin.ff. de leg.1.*

360. Imperium præscribitur tanto tempore, in cuius cōtrarium memoria hominum non existat. *Bal.l.1.C.de emancip. lib.*

Imperium merum habens potest furcas erigere, licet alter habeat mixtum & iurisdictionem. *Old.cons.161.*

Imperii insignia sunt diadema & birretum. *Card.clem.1.§. fin.de iureiur.*

Imperium acquiritur per consuetudinem 9.*q.3.c.conquestus. Alex.l.3.ff.de iurisd.omn iud.*

Imperium est indiuiduum. *Bar. consil. incip. primò quæritur.*

Imperii exercitium est diuiduum. *ibid.*

Imperium suum dicitur plenitudo potestatis. *Bal. l. eam quam. C. de fideicom.*

Imperio meo vtens contra superioris prohibitionem, tanquàm rebellis, decapitandus est, *l. 1. C. de eman lib.*

Imperium non habet par in parem, nec minor in minorē. *l. nam & magistratus. ff. de arbit.*

Imperii meri est mittere in possessionem ex contumaciâ. *l. iubere. ff. de iurisd. omn. iud.*

370. Imperium semper manet. *Spec. de Inst. edit. §. 14.*

Imperii ius excipitur in sacramento fidelitatis, quod præstatur alteri. *Spec. de feud. 1 form.*

Imperium non debet vendi, sed gratis transferri vtiliori. *Auth. vt iud. sine quo suffrag. coll. 2.*

Imperium tam in habitu, quàm in actu sumitur, *Gillot. de iurisd. & Imp. lib. 2. cap. 1. nu. 2.*

Imperium fide muniendum *l. Diui C. de nat. lib.*

Imperium nullum perpetuum est, nisi DEI. *l. 1. in pr. C. de sum. Trin. & fid. Cath.*

Imperium est donum DEI. *Auth. quom. oport. Epis. & cler. in pr. coll. 1.*

Imperium descendit de cœlo ex altissimo throno DEI. *ib.*

Imperium constituit DEVS de cœlo. *Innoc. c. quod super his. de voto.*

Imperium omne à DEO est permissiue, formaliter & effectiue. *Bal. c. 1 quis dicatur Dux.*

380. Imperium & fiscus abundabit, si subiectos habeat locupletes. *Auth. vt iud. sine quo suffrag. §. cogitatio coll. 2.*

Imperii iura nullo vnquam tempore præscribuntur. *leg. competit. C. de præscript. 30. vel 40. ann.*

Imperii delati dies feriandus. *l. omnes dies. C. de fer.*

Imperii proprium legibus viuere. *l. 3. C. de testam.*

Imperio nil maius aut sanctius. *l. fin. C. de LL.*

Imperio secreta magna ab vniuersis debentur. *l. quicumque. C. de operib. publ.*

Im-

Imperialis Maiestas decoratur humanitate. *l. donationes. in fi. C. de don. int. vir. & vx.*

Imperialis fortuna seu liberalitas culmen habet præcipuum. *l. cùm multa. C. de bon. quæ lib.*

Imperiale culmen omnia alia supereminet. *ibid.*

Imperiales contractus vicem legis obtinent. *l. pen. C. de don. int. vir. & vx.*

390. Imperiales contractus nullâ opitulatione extrinsecus egent. *ibid.*

Imperitia iudicis non potest immutare iuris communis dispositionem. *l. si filia. ff. fam. herc.*

Imperitia Doctoris præsumitur dolus. *Bal. c. 2. §. iudices. de pac. iur. firm.*

Imperitia excusat vt error, præcipuè mulierem. *l. 2. ff. de vent. inspic.*

Imperitia coheredum iurisdictionem & formam mutare non potest. *l. si filia nupta ff. fam. herciſc.*

Imperitia iudicantis partibus obesse non debet. *l. qui cùm maior. §. si tamen. ff. de bon. libert.*

Imperitia heredum iurisdictionis formam mutare non potest. *l. si filia nupta. ff. famil. herciſ.*

Imperitia dicitur culpa. *Bal. l. si quis fundum. ff. locat.*

Imperitia iuris quandoque excusat te. *l. pen. C. qui admitt.*

Imperitia iuuenilis moderanda est consilio tutorum. *l. 4. C. de auctor. præst.*

400. Imperitia militum excusatur. *Inst. de mil. test in pr.*

Imperitia scribentium testamentum, illud non viciat. *leg. ambiguitas. C. de testam.*

Imperitia non prodest ad legis circumuentionem. *l. 1. C. de interdict. mat. int. pub. & tut.*

Imperitiæ non est ignoscendum, nisi ex causâ. *l. impuberi, ff. de admin. tut.*

Imperitus iuris iudex esse potest. *l. certi iuris. C. de iud.*

Imperitus nemo præsumitur in eo, in quo semel probatus est industriæ plenus. *l. si quis domum. ff. locat.*

Imperiti imperitè loquuntur. *Afflict. decis. 402. nu. 11.*

Impèritum Consiliarium eligens debet sibi imputare. *Spec. de req eon. Ver. & nota. & seq.*

Imperitorum nullum est iudicium. *Menoch. de præsumpt. lib 2. præsumpt. 71. nu. 76.*

Impersonalis locutio non obligat loquentem. *No. 115. c. 6.* 410. *Impersonaliter* prolatum non obligat. *Auth. si quando C. de const. pec.*

Impersonalitas idem operatur, quod personalitas. *l. fin. in fi. ff. si cert. pet.*

Impersonalitas viciat contractum, si sit ex parte promittentis, non si ex parte stipulantis. *Bar. Auth. si quando. C. de const. pec.*

Impersonalitas viciat contractum, si est in verbo obligatiuo, non si in verbo executiuo. *ibid.*

Impersonalitas non viciat legatum. *Bal. Auth. si quando C. de const. pec.*

Impersonalitas non viciat libellum. *Bar. l. competit. §. in summa. ff. quod vi aut clam.*

Impertinenti positioni non est respondendum. *c. 1. & 2. de confess. in 6.*

Impertinentia non sunt admittenda. *Dec. cons. 162.*

Impetrare non licet, aut prodest ab Imperatore rem illicitam. *l. 2. C. si nupt. ex rescript. pet.*

Impetrare non licet, vt spurius legitimetur. *l. 1. C. diuor. fact. apud quem lib. mor. vel educ. deb.*

420. *Impetrari* non potest patrocinio summi viri quod prohibitum est. *l. 4. C. de SS. Eccles.*

Impetrare intelligitur cum effectu obtentionis. *ibid.*

Impetrare quis potest veniam, in ius vocandi parentes, patronos, & alios huiusmodi, sine eorum consensu. *leg. quecumque ff. de in ius voc.*

Impetrari non debet à principe, quod de iure communi conceditur. *Bar. l. Imperatores. ff. de priuil. cred.*

Impetrans non præsumitur acceptare beneficium. *gl. & Card. Cle. 1. 12. quale conces. prab.*

Impetrans potest declarare voluntatem suam super valore, etiam in absentiâ executoris *gl. & Card. cle. 1. 12. q. de conces. prab.*

Impe-

Impetrans rescriptum iniquum tenetur vti eodem iure contra se. *Bar. l 1. §. si quis ff. quod quisque iur.*

Impetrans cum clausula, appellatione remotâ, extenditur ad reconuentionem ex parte rei. *cap. prudentiam. de inst. petit.*

Impetrans debet facere mentionem de primo rescripto. *DD. c. ceterùm. de rescript.*

Impetranti non valere beneficium plus quam expresserit, incumbit onus probandi. *Card. c. fin. de præsumpt.*

430. Impetrata voluntas principis præsumitur in rescripto esse talis, qualis debet esse de iure. *Ias. l. causas. Cod. de transact.*

Impetratam illicitè nō prodest. *l. pen. C. de off. rect. prouinc.*

Impetratū mendacio nō valet. *l pen. C. si cont. ius vel vtil.*

Impetratum per obreptionem nullius est momenti. *l. 2. C. eod.*

Impetratum contra publicam vtilitatem ipso iure nullum est. *l iubemus. C. de SS. Eccles.*

Impetratum contra tenorem legis nil valet. *l. 2. C. si tutor de his qui ven. ætat. impet.*

Impetratum allegationibus falsis ipso iure nullum est. *l. etsi præses. C. de prad. & al. reb. min.*

Impetratio filii non coheret patrem. *leg. 3. & 4. ff. quod quisque iur.*

Impetratio domini impedit cursum vsuratum. *l. 2. C. de iur. domin. impetr.*

Impetratio facta ab excommunicato est nulla. *DD. c. venerabilem. de Elect.*

440. Impetratio non viciatur propter mendacium extrinsecum. *gl. & Card. cle. 1. 12. q. de concess. prab.*

Impetratio eiusdem rei per alium primo impetrare, non valet, tanquam surreptitia. *Bal. l 1. in pr. C. de LL.*

Impetratio gratiæ nō requirit citationem partis. *Cald. & Sical. c. cùm olim. de re iud.*

Impetratio beneficii per minorem non conualescit, si lite pendente fiat maior. *Bar. l qui excusantur. in pr. ff. de excus. tut.*

Im

Impetratio sustinetur ratione solius vsus. *Mascard. de prob. V. 1. conclus. 172. n. 13.*

Impetratio non venit in generali mandato. *ibid.*

Impetratio iuris iniqui facta per principalem nocet fideiussori, non è contra. *l. 3. §. si is pro quo. ff. eod.*

Impetratio iuris iniqui facta per filium non nocet patri, vt patiatur idem iuris. *Alex. l. cùm filius ff. de V. O.*

Impetratio iuris iniqui efficit heredem impetrantis pœnâ edicti. *l. 2. V. quod a. ff. quod quisque iur.*

Impetratio beneficii est strictè interpretanda. *ibid.*

450. Impetrationes sunt stricti iuris, quia odiosæ. *c. suspectis. de rescript. lib. 6.*

Impia via obstruenda est. *l. generaliter. C. de inst. & substit.*

Impietas filiorum in parentes, ex ipsorum sententia, si velint, vindicatur. *l. 3. C. de pat. potest.*

Impium est & absurdum, defuncti voluntatem differri. *l. ancillam. C. de fideicom. libert.*

Impium est, exigere id, quod datum non est. *Omphal. de vsurp. LL. lib. 6. cap. 18. nu. 3.*

Implementum non fit inchoato iudicio. *Plot. l. si quando. nu. 166. C. vnd. liberi.*

Impletum non est, vbi aliquid supereſt implendum. *l. si ita fuerit ff. de man. test.*

Impletum dicitur, quod proximè implendum est. *l. properandum. §. 2. C. de iud.*

Impletum habetur, cùm impedit is, cuius interest. *l. in iure ciuili. ff. de reg. iur.*

Impletum habetur, cùm non stat per eum, qui implere debet. *l. pen. C. de cond. ob cauſ. dat.*

460. Impletum habetur, quod per alium impeditur. *l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit.*

Implendum habetur pro impleto, cùm non stetit per eũ, qui debeat implere, quia impleretur id, quod esset implendum. *Sim. de prat. conſ. 28. nu. 7.*

Impleta legitimâ ætate furiosis & prodigis curatores dari solent. *l. 1. C. de cur. fur.*

Im-

Impletio conditionis non prodeſt, niſi implenti. *l. ſi plures. C. de his quæ ſunt mod.*

Implicatiua dictio explicat caſum minus dubium, & implicat minus dubium. *l. actio ff. de neg. geſt.*

Impœnitentibus venia concedi nequit. *c. ſi quis 50. diſt.*

Impos in factis qui eſt, licèt in ſermonibus compos ſit, tamen prodigos videtur. *l his qui ff. de tut. & cur.*

Impoſſibilis ſententia eſt nulla. *l. pen & vlt. ff. quand. ſent. ſine app. reſc.*

Impoſſibilis conditio viciatur & non viciat. §. *impoſſibilis. Inſt. de her inſt.*

Impoſſibilis conditio eſt, cui natura impedimento eſt, quò minus exiſtat. § *ſi impoſſibilis Inſt de inut ſtip.*

470. Impoſſibiles & turpes conditiones in vlt. volunt. pro non ſcriptis habentur. *l. vn. C. de his, quæ pœn. nom.*

Impoſſibile eſt, vt bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. *1. q. 1. c. principatus.*

Impoſſibile eſt, quod duo poſſideant in ſolidum. *l. ſi vt certo. §. ſi duob. vehiculum. ff. Commod.*

Impoſſibile cenſetur id, quod eſt Valdè difficile. *Claud. Seiſell l. 3. nu. 39. ff. de iuſt & iur.*

Impoſſibile in teſtamento ſcriptum nullam vim habet. *l. ſi Mauia. ff. de her. inſt.*

Impoſſibilium & valdè difficilium idem eſt iudicium. *l. apud Iulianum. §. conſtat ff. de leg 1.*

Impoſſibile eſt, inter duos diſceptari, niſi alter perſequatur, alter contradicat. *l. inter litigantes ff. de iud.*

Impoſſibile præceptum iudicis eſt nullius momenti. *l. fin. ff. quan ſent ſine app reſcind.*

Impoſſibile videtur, quicquid contra bonos mores fit. *l. filius qui ff. de cond. inſt.*

Impoſſibile per naturam fingi non poteſt. *Zaſ. l. poſſeſſio §. veteres. nu. 11. ff. de acq. poſſ.*

480. Impoſſibile non cadit in pactum. *l. Verum eſt ff. de reg. iur.*

Impoſſibile quaſi promittit, qui ſeruum fugitiuum fore promittit. *l. 3. C. de ædil. act.*

Im-

Impossibilia naturâ lege non confirmantur. *l. vbi pugnantia. ff. de reg. iur.*

Impossibilia non possumus pacisci. *l. verùm. ff. de reg. iu.*

Impossibilia iuris præsumptionem non admittunt. *Fr. Duar. l. 1. ff. de V. O.*

Impossibilium nulla obligatio. *leg. impossibilium. ff. de reg. iur.*

Impossibilitas excusat ab excommunicatione. *gl. c. quæstio. de appellat.*

Impossibilitas excusat appellantem à prosecutione appellationis, qui minus dicatur deserta. *Innoc. c. ex ratione de appell.*

Impossibilitas stipulationis non viciat eam. *Fr. Aret. l. continuus. §. illud. ff. de V. O.*

Impossibilitas non viciat legata, quando conditio est impossibilis de iure. *Bal. l. ab administratione. C. de leg.*

490. Impossibilitas facti sicut in vlt. volunt. viciatur & viciat, ita & impossibilitas iuris. *Mar. Soc. cons. 13. V. 1.*

Impossibilitas reiicitur de institutione. *l. si quis ita. ff. de cond. insit.*

Impossibilitas viciat institutionem quandoque ob perplexitatem. *l. si Titius heres. ff. eod.*

Impossibilitas de iure viciat promissionem etiam à scientè factam. *l. ea quæ. C. de don. ant. nupt.*

Improbatum semel non potest improbari. *Nouell. 42. c. 2. §. 1.*

Improbatur conditio, qua viduitas indicitur. *l. sed hoc. §. cùm vir vxori. ff. de cond. & dem.*

Improbatur pactum inæqualitatis causâ. *l. si non fuerint. ff. pro soc.*

Improbitas est, soluere nihil, cùm promisit. *l. si pater tuus C. de nouat.*

Improbus est, qui iterum vult consequi, quod semel accepit. *l. si quis dolo. §. fin. ff. de re iud.*

Improbus non potest videri, qui nescit, quantum soluere debeat. *l. non potest. ff. de reg. iur.*

500. Im-

500. Improbum fœnus exigens est infamis. *l. improbum. C. exquib. caus. inf. irreg*

Improbum est de bonis viuentis esse sollicitum. *l. 2. §. 1. ff. de vulg. & pup. substit.*

Improbis nulla defensio est præstanda. *l quicumque. C. de Episcop. & cler.*

Improbria vocabula non nocent. *l si quis mihi. §. an nominatim. ff. de acq. hered.*

Improprietas verborum non viciat institutionem *l. fin. C. de testam.*

Improuisa non veniunt in generali inquisitione. *l. eum Aquiliani. ff. de transact.*

Impositio nominis libera est. *l. 1. de mutat. nom.*

Impendens displicet, vnde placere potest. *Spec. de Aduoc. §. 5. V. item stande.*

Imprudentibus qui fragilis sunt consilii & captionibus suppositi, subueniendum est. *l. 1. ff. de minor.*

Imprudentia nocet. *l. 2. C. de furt & seru. corrupt.*

510. Imprudentia non nocet, si lex prouideat. *l 1. §. 1. C. de rei vx. act.*

Imprudentiæ in pœnalibus succurritur. *l. ferè. ff. de reg. iur.*

Impudicus oculus impudici cordis est nuncius. *c. nec solo affectu, 32. q. 5.*

Impudica mulier non debet esse melioris conditionis, quàm pudica. *Sen. pedem. decis. 77. nu. 34.*

Impudicitia longe detestabilior & fœdior in fœminâ, quã in viro est. *c. si qua cum seruo. 32. q. 2. l. 1. C. de mul. quæ ser.*

Impubes capitalem fraudem admittere non videtur. *leg. cùm autem. ff. de adil. edict.*

Impubes videtur contrahere, cùm adit hereditatem. *l. 3. §. fin. ff. quib. ex caus. in poss. eat.*

Impubes doli incapax actionibus publicis non tenetur. *l. 2. §. vi bonorum. ff. vi bon. rapt.*

Impubes iniuriæ capax si damnũ dederit, tenetur Aquiliâ. *l. sed et si. §. 2. ff. ad l. Aquil.*

Impubes procurator esse potest adnegotia. *l. 1. §. pupillus. ff. de acq. poss.*

Impu-

520. Impubes vocari non potest in ius, si in patris potestate est. *l. pen. ff. de in ius voc.*

Impubes bon. poss. petere potest causâ cognitâ sine tutore. *l. bonorum. C. qui admitt. ad bon. poss.*

Impubes mentem stabilem non habet. *l. fin. C. de test. mil.*

Impubes nuptias contrahere non potest. *l. 3. C. quan. tut. vel cur.*

Impubes obligari non potest sine tutoris authoritate. *l. 3. C. quan. tut. vel cur.*

Impubes non potest testari *l. 4. C. qui test. fac. poss.*

Impubes testis esse nequit in testamento. *l. hac consultissima. in pr. C. de testam.*

Impubes testimonium dicere non potest. *leg. 3. C. quan. tut. vel cur.*

Impubes torqueri non potest *ibid.*

Impubes tutorem suspectum facere non potest. *l. pietatis. C. de suspect. tut. vel cur.*

530. Impubes vsucapione lædi non potest. *Auth. nisi. C. de bon. mat.*

Impubes bon. poss. habens rerum alienarum non restituit fructus in Edicto Carbon. *l. 2. C. de Carb. Edict.*

Impubes potest esse miles. *l. fin. C. de test. mil.*

Impubes cauens idoneè mittitur in possessionem, etiamsi quæstionem statûs patiatur. *l. 1. C. eod.*

Impubes heres desinere potest heres esse. *l. 4. C. de repud. vel abstin. hered.*

Impubes non satisdans, solus nō possidet. *l. 1. C. de Car. Ed.*

Impubes proximus pubertati furtum facere potest. *§. pen. Inst. de oblig. quæ ex del. nasc.*

Impubes statûs quæstionem patiens potest petere bon. poss. dilatâ quæstione. *l. 1. C. Carbon. Edict.*

Impubes substitutus succedit mortuo puberi. *l. in testamento. C. de test. mil.*

Impubes tenetur de delicto in omittendo. *l. excipiuntur. ff. ad SC. Syllan.*

540. Impubes doli capax potest inculpari de omni delicto, præter quàm carnis. *Abb. c. 1. de del. pu.*

Impu-

Impubes non potest iurare, nisi certis casibus. *Spec. de test.§.1.V.item excipe.*

Impubes die penultimo impubertatis potest testari. *Spec. de instr.edit.§.11.Vol.7.*

Impubes caret iudicio. *l.cùm prætor.ff.de iudic.*

Impuberis nulla voluntas videtur. *l.pupillus.ff.de reg.iur.*

Impuberes ab omnibus officiis ciuilibus abstinent. *l.item ff.de reg.iur.*

Impuberum ætas est facilis ad mentiendum. *l.ex libero.ff. de quæst.*

Impugnans quid ex eo se iuuare non potest. *Cast.l.qui Romæ.§.Seia.nu.5.ff.de V.O.*

Impugnans actum super illo se non fundat. *Soc. cons. 41.V.1.*

Impulsiua causa omnium legum est hominum improbitas. *Cling.nu.9.Inst.de iust. & iur.*

550. Impunita calumnia non est relinquenda. *l.1.§.1.ff.simul.vent.nom.inposs.*

Impunitas delicti propter ætatem non datur, si modò in eâ quis sit, in quem crimen, quod intenditur, cadere potest. *l.impunitas C.de pœn.*

Impunitas continuum actum tribuit delinquendi. *l. si quis in fi.C.de furt.*

Impunitas cui fuit promissa, is non rectè condemnatur. *l. ea est natura ff.de reg.iur.*

Impunitas spes homines ad delinquendum facit audaciores *Nou.8.in præt.§.1.*

Impunè fit, quod ex furore fit. *l.fin.in fi.ff.de fideiussorib.*

Imputet sibi, qui rei conficiendæ cuidam imperitum artificem adhibuit. *l.1.ff.si mens.fals.mod.dix.*

Imputari non debent, quæ alienâ mente fiunt. *c.1.15.q.1.*

Imputari cui nihil potest, præiudicari non debet. *Spec. de Except.§.2.V.potest etiam.*

Imputari ei debet, qui non satis idoneum elegit, *l. cum mandatu ff.de minorib.*

Imputatur ei, qui se ponit periculis. *l.item Melu.ff.eod.*

560. Imputatur ei, qui non idoneum defensorem admisit. *l. iam tamen ff. iud. solu.*

Imputandus est nemini lapsus subitaneus. *l. etiam contutoris ff. de admin. tutor.*

Imputandum est ei, qui seruos noxios habet. *l. si seruus ff. ad l. Aquil.*

IN.

In absentem non est ferenda sententia. *2. q. 1 c. absens.*

In absolutum nulla fit executio. *Bend. de Reuis. concl. 24. numero 4.*

In accessione plus esse nequit, quàm in principio. *§. fideiussores c. Inst de fideiussor.*

In accusatione patriæ oppugnatæ non potest peti abolitio. *l. 3. C. de abolit.*

In accusatione peculatûs non potest peti abolitio. *ibid.*

In accusatione deserti sacramenti abolitio peti nequit. *ib.*

In acquirendâ possessione animus & corpus interuenire debet. *l. 3 ff. de acq. poss.*

In actionibus omnibus temporalibus nisi nouissimo totus dies impleatur, non finitur obligatio. *l. in omnibus ff. de act.*

In actu diuisionis seruanda est æqualitas. *Bar. l. iubemus C. de SS. Eccles.*

In actu iterabili diuersitas loci temporis arguit diuersitatem facti. *l. nunquàm plura ff. de priu. delict.*

10. In actu non iterabili diuersitas loci vel temporis contrarietatem inducit. *c. cùm tu ex de testib.*

In actibus viuentium sola destinatio non facit implementum. *l. si nondum C. de furt.*

In actu omni vel dispositione attenditur principale, non consecutiuum. *l. si quis nec causam ff. si cert. pet.*

In actu conditionali est voluntas de præsenti. *l. 2. vbi gl. ff. de contr. empt.*

In actu, quem quis facit contra legem, non habet beneficium legis. *l. filio. §. si ignominiosam ff. de rit. nupt.*

In actu quolibet intelligitur fraus & dolus excepsus. *l. creditor §. Lucius. ff. mand.*

In

In actibus hominum præciſiora ſæpe viliorib⁹ cedunt. §. *præterea. V. quin etiam. Inſt. de act.*

In actibus omnibus debet conſiderari bonum & æquum. *Goden. conſ. 6. nu. 4.*

In actibus morientis præſumitur, quem ignorare vires ſui patrimonii. *l. hac conſultiſſ. C. qui teſt. fac. poſſ.*

In actibus omnibus affectus & conceſſus interueniat oportet. §. *in omnib. Inſt. de act.*

20. *In* actione reali iuratur in litem contra non reſtituentem. *l. item veniunt. § reſtituere ff. de pet. hered.*

In adoptiuo tranſit nobilitas & dignitas patris adoptantis. *l. per adoptionem ff. de adopt.*

In adultis ſecernit verum iuramentum ab aliis. *l. ſi quis 41. C. de tranſact.*

In affligenda pœnâ tempus delicti ſpectatur. *l. 1. ff. de pœn.*

In agris limitatis locum non habet alluuio. *l. in agris ff. de acq. rer. dom.*

In alieno facto probabilis eſt ignorantia, vel error. *leg. fin. ff. pro ſuo.*

In alieno facto facile toleratur ignorantia. *l. fin. ff. pro ſuo.*

In alieno facto ignorantia facile toleratur. *l. fin. ff. pro ſuo.*

In alienis rebus gerendis deſideratur bona fides. *leg. 1. ff. de ſolut.* (*ſolut.*

In alienis rebus gerendis bona fides deſideratur. *l. 1. ff. de*

30. *In* alienis nihil poſſumus. *l. nemo C. de iudic.*

In alienatione conſentire debent omnes, quorum intereſt non alienari. *l. quoties ff. de fideicom.*

In alio releuandus, qui grauatus in vno. *leg. eum qui. ff. de iureiur.*

In alieno foro quis conueniri non poteſt, niſi in foro originis delicti & domicilii. *Lancell. de off. prat. de inquiſ. n. 220*

In alio velle corrigere, quod in ſe ipſo vigere conſpicitur, abſurdum eſt. *l. ſi vxor. ff. de adult.*

In aliis reprehendere iudex non poteſt, quæ ipſe facit. *Ful. Pac. de prob. lib 2. cap. 44. nu. 17.*

In alternatiuo totius & partis pars debetur. *Ias. l. ſi ita ſtipulatus fuero ff. de V. O.*

In alternatiuâ obligatione electio extinguitur altero mortuo. *l. Stichum ff. de solut.*

In alternatiuâ quantitatis vel temporis minùs oneroſum in obligatione. *l. ſi ita ſtipulatur ff. de V.O.*

In alternatiuis ſufficit alteram partem adimpleri. *l. ſi heredes ff. de cond. inſtit.*

40. In alternatiuis alterum factum ſufficit. *l. in eo ff. de reg iur.*

In alternatiuis rei eſt electio. *l plerumque ff. de itd. deb.*

In alternatiuis electio eſt promiſſoris. *l plerumque §. fin. ff. de iur. dot.*

In alternatiuis vtrumque eſt obligationis, & vtrumque peti poteſt. *Kling. l ſerui electione ff. de leg. & fideicom.*

In alternatiuis heredis eſt electio. *l. ſi ita ff. de leg. 2.*

In ambiguo debet interpretatio ſumi, quæ vltimæ voluntati conuenit. *l. 2. §. ſed an. ff. de his qua in teſt. del.*

In ambiguo ſermone non vtrumque dicimus, ſed id duntaxat, quod volumus. *l. 3. ff. de reb. dub.*

In ambiguo legato legatarii eſt electio. *l. qui duos ff. de leg. 1.*

In ambigua re benignior & æquior deciſio eſt præferenda. *l. in ambigua ff. de LL.*

In ambiguis tutior via eligenda. *c. habuiſſe 33. diſt.*

50. In ambiguis rebus humaniorem ſententiam ſequi oportet. *l. ſi fuerit §. planè ff. de reb. dub.*

In ambiguis rebus non debet eſſe abſolutum iudicium. *c. habuiſſe 33. diſt.*

In ambiguis attenditur veriſimilius. *c. inſpicitur. de reg. iur. lib. 6.*

In ambiguis aſſumimus interpretationem quæ vitio careat. *Bar. l. quoties ff. de V.O.*

In ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt. *l. in ambiguis ff. de iur. dot.*

In ambiguis factis id præſumitur euenisſe, quod humaniorem iuris ſententiam parere poſſit. *l. ſi fuerit §. fin. ff. de reb. dub.*

In ambiguis rebus abſolutum non debet eſſe iudicium. *c. fin. 33. diſt.*

In

In ambiguis media via eligenda. *l. antiqui ff. si pars her. pet.*

In ambiguis vestigia voluntatis semper sequenda. *l. quidam C. de necess. hered.*

In ambiguis orationibus accipienda est mens proferentis. *l. in ambiguis ff. de reg. iur.*

60. *In* animo consistentia directò probari non possunt, sed indiciis perspicuis. *l. dolum C. de dol. mal.*

*In*anis est voluntas, nisi adsit potentia. *Alex. l. nolle adire in pr. ff. de acq. her.*

*In*anis est actio, quæ excluditur inopiâ debitoris. *l. nam is nullam ff. de dolo.*

In aquæductu antiqua seruatur consuetudo. *l. si manifestè C. de seruit.*

In arbitrium alterius conferri legatum potest. *l. 1. ff. de leg.*

In arbitriis actionibus habetur ratio vtriusque partis. *l. vn. C. vbi conuen. qui cert.*

In arbitriis vtile est habere iudicem fauorabilem & gratiosum. *c. consuluit. ext. de off. deleg.*

In arbitrariis mitior via seu pœna eligenda. *Hippol. de Marsil. cons. 48. nu. 53.*

In arduis negotiis non debet procedi ex præsumptionibus. *Abb. c. significauit de appell.*

In argentati, inaurati & gemmati lecti sunt in supellectili. *l. 3. §. 3 ff. de suppellect. leg.*

70. *In* argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa. *c. in argumentum de reg. iur. in 6.*

In articulis fidei nihil innouandum. *l. 6. C. de sum. Trin.*

In articulis multis iurium deterior est conditio fœminarum, quàm masculorum. *l. in multis ff. de stat. hom.*

*In*auditâ causâ, quemque ratio æquitatis damnare non potest. *l. 1. ff. de requir. vel absent. damn.*

*In*auditâ causâ reus non est condemnandus. *c. 1. Ext. de caus. poss. & propr.*

*In*auditus est, cuius defensiones priùs auditæ non sunt. *Cuiac. obl. 17. lib. 6.*

Inaurata non debentur auro legato. *l.cùm aurum §.idem Celsus ff.de aur.arg.leg.*

Inæqualitas est inuidiæ nutrix. *Ang.cons.115.n.5.*

Inæqualitas est discordiæ seminarium. *Iac.Ricc.de vnion. prol.cap.3.n.7.*

Inæqualitas in bonæ fidei iudiciis, in melius reformatur. *l.3.C.com.vtriusq.iud.*

80. Inæqualitas reducenda est ad æqualitatem. *l.lege Leonis C.de pact.conuent.*

Inæqualitas solet párere litis & dissidia. *Men.cons.158.n.29.*

Inæqualitas viciat compromissum. *Rosat.l.litigatores.n.3. ff. de arbit.*

Inæqualitas inter filios generat inuidiam & discordiam. *l. illud.in fi.C.de collat.*

Inæqualitas est mater discordiæ. *Reusner.de testam.cap.9. nu.15.alleg.Plat & Pythacor.*

Inæqualitatem inter fratres lex detestatur. *l. illud.in c. fi. de collat.*

In æquipollentibus eadem omninò iura seruantur. *l. illud ff.ad l.Aquil.*

In æquiuocis non cadit diffinitiua. *Cas.Lamb.de Iur.patron.lib 1.part.1 q.1.nu.2.*

In baculo inest dolon. *l.si ex plagis ff.ad l.Aquil.*

In bello sunt caduca orta. *l.1.in pr.C.de cad.toll.*

90. In bon possius est accrescendi. *l. bono. §. in bonorum ff.de bon.poss.*

In bonæ fidei iudiciis vsuræ ex mora debentur. *l.cùm quidam §. Ex locato.ff.de vsur.*

In bonæ fide iudiciis inæqualiter factum in melius reformatur. *l.maiorib.C.com.vtriusq.iud.*

In bonæ fidei iudiciis debent ea venire, quæ sunt moris & consuetudinis. *l.quod si nolit.§ fin.ff.de edil.Edict.*

In breuibus causis non requiritur scriptura. *Auth.nisi breues.C.de sent.ex breu.recit.*

In calamitate coniugem alterum abaltero deseri iniustissimum est. *c.admonere. 33.q.7.*

Incantatores non sunt medici. *Bar. leg.1. ff. de var. & ext.cogn.*

Inca-

Incantationes non prosunt infirmitatibus. *c. admonent. 26. q. 7.*

Incapacitas probatur per duos testes. *Bal. leg. errore. Cod. de testam.*

Incapacitas medio tempore non nocet. *§. in extraneis in fi. Inst. de her. qual & diff.*

100. Incapax de iure communi non potest per statutum fieri capax. *Bar. l. 3. in fi ff. de testam.*

Incapax ex testamento est etiam incapax ex codicillis. *Bal. l. fin. 7. col. Cod. de codicill. Et leg. qui testamentum. ff. de probat.*

Incapax socius propter capacem capit. *l. si is qui duos. ff. de liber. leg.*

Incapax est spiritualium filius illegitimus. *Port. 102. conf. numero 5.*

Incapax non acquirit, etiam ex contractu iurato. *Cast. conf. 103.*

Incarcerare licet actorem & reum simul, *l. 2. C. de exhib. & transmitt. reis.*

In carcerem coniecto non inurit infamiæ notam. *l. 1. C. ex quib. caus. inf. irrog.*

Incarcerare non licet debitorem bonis cedentem. *l. 1. C. qui bon. ced. poss.*

Incarcerare non licet mulierem in carcerare virorum. *l. 3. C. de custod. reor.*

Incarcerare non licet mulierem in ciuili causâ. *Auth. hodie. C. eod. tit.*

10. Incarcerare non licet mulierem delinquentem, quæ dat fideiussorem in delictis leuioribus. *ibid.*

Incarcerare non licet virum in carcere mulierum. *l. 3. C. d. custodib. reor.*

Incarcerare non licet sine iussione magnorum magistratuum, & locorum defensorum. *l fin, C. eod.*

Incarcerari simul debet accusator cum reo. *l. 2. C. de exhib. reis.*

Incarceratur quandoque accusator, & si calumniatur, pœnam talionis patitur. *l. fin. C. ne accus.*

Incarceratus ad solis ortũ illicò ad publicum lumen educi debet. *l.1.C eod.tit.*

Incarceratus est in protectione curiæ. *Marsi.l.1.n.3. ff.ad l. Corn.de sicar.*

Incarceratio iniusta, ex iustâ causâ superueniente confirmatur. *l.3.§ sed si ff.de bon.poss.cont.tab.*

In castrensi peculio filiifam. vice patrumfam. funguntur. *l.vsque.ff.ad SC. Maced.*

In causâ restitutionis actor sequitur forum rei. *l.2.ff.vbi & apud quem.*

120. In causa criminali non admittitur procurator. *l. seruum.ff.de procur.c.veniens de accuss.*

In causa pari possessionis præfertur antiquior possessor. *l. si duo.§ fin ff.vti possid.*

In causa appell. potest non oppositum opponi, non probatum probari. *l.peremptorias. C.sent resc. non poss.*

In causâ ardua non est deferendum iusiurandum supplerorium. *Abb.c.mulieri.de iureiur.*

In causâ pari turpitudinis potior est causa possidentis. *l.j ob turpem.ff.de cond.ob.turp.cauf.*

In causis matrimonialibus inter egenos & opulentos nulla est differentia. *l.humilem.C.de inceft. nuptiis.*

In causis ciuilibus infamis infamiâ facti non repellitur à testimonio. *l.Cassius. vbi Bar.ff.de Senat.*

In causis ciuilibus procurator bene admittitur. *l.in pecuniariis.C.de procur.*

Incausato plus virtutis esse non potest, quàm ei ab influentiâ suæ causæ procedat. *c.1.qui feud.dar.poss.*

Incautè factum pro non facto habetur. *leg.1.ff. de his qui in test. delend.*

130. Incauti sunt homines, qui mendacioſe illaqueant. *21.q.2.c. incauti.*

Incendium est actus momentaneus, *idem Cons.53. nu. 6.*

Incendium ære alieno non liberat debitorem. *l. inceiatium.C si cert.pet.*

Incendium non fit, nec fieri præsumitur sine culpâ inhabitantis *l.si vendita.ff. de peric. & com. rei vend.*

In-

Incendiũ quandoque fit sine culpâ, & cedit periculo emptoris. *Bal. l. cùm speciem. C. de per. & com. rei vend.*

Incendium contingens in domo meâ, si inferat damnum vicinis, debet emendari per me *Bal. l. 1. C. depos.*

Incendium non imputatur habitanti, qui sit solitus esse vigil & diligens. *Alex. l. si quis. § fin. ff. de Edend.*

Incendium committens culpâ leuissimâ vel negligentiâ, non tenetur ad pœnam, sed ad emendam damni tantùm. *Alex. l. 1 ff. de off. præf. vig.*

Incendium regulariter habitantium culpâ venisse præsumitur. *l. venditia. ff. de per. & com. rei vend.*

Incendium casus est. *l. cum duab. §. 3. ff. pro Soc.*

140. Incendium vindicari potest certis actionibus. *l. qui occidit. §. 3 ff. ad l. Aquil.*

Incendium est vis. *l. qui insulam. § fin. ff. locat.*

Incendium factũ fortuitò indiget veniâ. *l. pen. ff. de incen.*

Incendium ortum dolo seruorum, dominum obligat. *l. si seruus seruum. §. Proculus. ff. ad l. Aquil.*

Incendium repentinum colono dat remissionem. *l. ex conducto. §. 3. ff. locat.*

Incendium ære alieno non exuit debitorem. *l. incendium. C. si cert. pet.*

Incendium præsumitur dolosum, si præcessit inimicitia, *Bertach. rep. part. 2. vol. 209. in fin.*

Incendium non probatur per coniecturas, sed apertis probationibus. *l. si quis § . an verò ff. de Edend.*

Incendium casu fortuito contingens non imputatur obligato de incendio. *Capoll. tit. de igne.*

Incendii metus est iustus cùm domus vicina comburitur, *Sal. l. qua fortuitis. C. de pign. act.*

150. Incendia plerumque formidanda ex vicinitate ædium priuatarũ, ad opera publica, ideoque destruendæ ædes. *l. ædificia. C. de oper. publ.*

Incendiarius tenetur pœnâ legis Cornel. de sic. *l. data. opera. C. de his qui accus. non poss.*

Incendiarius tenetur de damno domus diruæ pro arcendo igne à domo vicina. *l. qui occidit, §. in hac. ff. ad leg. Aquil.*

Ince-

Inceptor rixæ semper præsumitur esse in culpâ. *Marsil.cōs. 107.nu.11.*

Incæptæ litis accessoria terminanda sunt, licet principalis lis intereat. *l.quanquàm.C.de excus. tut.*

Inceptum non debet reputari factum. *l.liberorum.§. quod tamen Cassius ff.de LL.*

Incæptum ab alio nemo perficere prohibitur. *leg. ex quo pace frui.§.fin. C.de adit. priu.*

Inceptum censetur factum. *l.etsi.ff.de aur.arg.leg.*

In certâ parte institutus in totâ hereditate intelligitur heres. *l. 1.ff. de her instit.*

In certâ parte institutus in totâ hereditate intelligitur heres. *l 1.§.si ex fundo ff. de her. inst.*

160. In certis, non in incertis locus est coniecturæ. *l. continuus §. circa ff.de V.O.*

Incertus condemnari nequit. *l.3.C.de ord.cognit.*

Incertus eligere nequit. *l.manifestissimi. §.2. C. de furt.*

Incertus de statu suo testari non potest. *ibid.*

Incertus solutionem exigere non potest. *l.cùm status.C.de ord. cognit.*

Incerta certum effectum parere nequeunt. *l. non omnis. ff. si cert.pet.*

Incerta res potest vendicari, non autem possideri. *l. qua de tota.ff.de rei vend.*

Incerta res pro conditione est. *l.si pecunia.ff.de leg,1.*

Incerta persona legataria esse potest. *l.1.C.ad Trebell.*

Incerta obligatio valet. *Abb.sing.c.ex parte.de censib.*

170. Incerta & impersonalis promissio nihil valet. *§. si quis alium.Inst. de inutil.stipul.*

Incerta actio certificatur per taxationem iudicis. *l.3. C. de inutil. stipul.*

Incerta pars ratione loci & quotæ non potest possideri. *l.3. §. incertam.ff.de acq:poss.*

Incerta & dubia iudicari non possunt *2.q.1.c.nemen.*

Incerta pars non possidetur. *add.in arg. ad l. si fur. V. nera. inst. ff. de usucap.*

In-

Incertæ personæ non fit iniuria. *l. item. §. cui. ff. de iniur.*

Incertam partem merâ subtilitate nemo possidere potest. *l. si fur. §. incertam. ff. de vsucap.*

Incertam partem possidere nemo potest. *l. si fur. §. incertã. ff. de vsucap.* (*C. eod.*

Incertæ pollicitationis salarium peti nõ potest. *l. salarium.*

Incertum æstimatur secundum quod euenire solebat. *leg. quid ergo. §. pœna. ff ex quib. caus. inf. irrog.*

Incertum & limitatum tempus censetur pecuniam. *l. iurisperitus in pr. ff. de excus. tut.*

180. Incertum omnino non dicitur, quod aliquando certum est. *Alex. l. moribus col. 10. ff. de vulg. & pup.*

Incertum ex certis promissum est variabile. *Zas. l. quicquid adstringendæ. nu. 21. ff. de V. O.*

Incertum redditur certum per relationem ad aliud certũ. *l. ait prætor. §. 1. ff. de re iud.*

Incertum prelium esse non debet. *l. 1. §. ne a. quantitas. C. de com. seru. man.*

Incertum litis redimere contra licitum est. *l. si contra licitum. C. mand.*

Incertis portionibus institutus si vnam agnoscit, omnes agnoscere videtur. *l. quidam elogio. C. de iu. delib.*

Incertitudo personæ viciat actum. *l. nupta. ff. sol. matrim.*

Incertitudo viciat actum. *l. ita stipulatus. ff. de V. O.*

Incertitudo quantitatis actum viciat. *ibid.*

190. Incertitudo de certis nõ viciat. *l. quidã. ff. de reb. dub.*

Incertitudinis causa veritas inquiri debet. *leg. si eum. ff. si quis Caut.*

Incertitudinis ratione condemnatio euitatur. *gl. l. 5. §. fin ff. de rei. vend.*

Incertitudo legatum libertatis impedit. *leg. cum ex plurib. ff. de manumiss. testam.*

Incertitudo super accessoriis non viciat stipulationem. *Io. de Port. l. ita stipulatus. ff. de V. O.*

Incertitudo rei impedit condemnationem. *Ant. Tessaur. decis. 31. num. 2.* (*65. nu. 4.*

Incertitudinis gratia sequitur absolutio. *Bertaz. Vol. con. s.*

Ince-

Incertitudo legatum libertatis impedit. *l. cùm ex plurib. ff. de man. test.*

Incertitudo impedit possessionis acquisitionem. *l. 3. §. incertam ff. de acq. poss.*

Incertitudo non facit genus, sed genus incertitudinem. *Zas. respons. lib. 1. cap. 1. nu. 47.*

200. Incertitudo causæ præsupponit incertitudinem in effectu. *l. quemadmodum. ff. de testam.*

Incertitudo obligatorum viciat obligationem. *Auth. si quando. C. de const. pec.*

Incertitudo non viciat sententiam. *l. 2. C. de sent. qua sine cert. quant. profert.*

Incertitudinis ratione aliquid conceditur, quod alias non concederetur. *l. oleo quidem. C. de usur.*

Incerditudinis ratione aliquid permittitur, quod alias nō permitteretur. *l. 1. C. de pact. c. nauganti de usur.*

Incertitudinis ratione neutrū valet *l. eum qui. ff. ad Treb.*

Incertitudinis ratione tenentur omnes. *leg. antiquam. ff. si pars her. pet.*

Incertitudinis ratione constituitur forus, *leg. 2. ff. si quis in ius voc non ier.*

Incertitudinis ratione licet, quod incerto casu esset illicitum. *Gail lib. 1. obs. 8. nu. 3.*

Incertitudine stante absoluuntur inquisiti: *Hip. de Marsil. cons. 50. nu. 12.*

210. Incestus dicitur carnalis coitus inter affines & collaterales. § *sed si aduersus Inst. de nupt.*

Incestus est consanguineorum abusus. *c. lex illa. 36. q. 1.*

Incestus purgatur ante accusationem recedatur à crimine. *c. quod sicut. § fin. de Elect. l si adulterium. §. idem pollutæ vbi gl. ff. de adult.*

Incesti accusare potest incestuosus etiam mortuâ incestuosâ. *l. fin. ff. ad l. Iul. de adult.*

Incesti accusari possunt plures simul. *l. qui. pupillam. § 1. ff. eod. tit.*

Incesti potest accusari etiam post quinquennium, si coniunctum sit cum adulterio. *l. vim passam. §. 5. ff. eod.*

Incesti

Incesti crimen grauius est, quàm adulterium. *l. si adulterium cum incestu. § 3. ff. eod.*

Incestum committens punitur pœnâ mortis. *gl. & Bar. l. si adulterium cum incestu ff. de adult.*

Incestum committit iure gentium, qui ex gradu ascendentium vel descendentium vxorem duxerit. *h. fin. ff. de rit. nupt.*

Incestum committit ascendens cum descendente in infinitum. *l. fin. ff. de rit. nupt.* (gradibus *ibid.*

220. Incestum committit collateralis in inquibusdam

Incestum committit sororis filiam concubinam habens. *l. etiamsi. ff. eod. tit.*

Incestum committit vxorem ducens contra mores. *l sororis. § 1. ff. eod.*

Incestuosus non potest instituì heres, nec ei legari. *Spec. de inst. edit. § 12. V. tertiò oppono.*

Incestuosus potest legitimari per Imperatorem. *Bal. l. 1. C. de iur. aur. annul.*

Incestuosus filius non potest esse testis in testamento patris. *Bal. l. cùm acutissimi. C. de fid. icom.*

Incestuosus regulariter non legitimatur. *L cum quis. C. de nat. lib. c. 1 anta. qui filii sint legit.*

Incestuosus ab accusando & testificando repellitur. *Spec. de actore. V. item quod est incestuosus.*

Incestuosi indigni paternâ substantiâ ne aliquidem debent. *Auth. ex complexu. C. de incest nupt.*

Incestuosi naturales nominandi non sunt. *ib.*

Incestuosi secluduntur ab omni beneficio. *Auth. licet. C. de nat. liber.*

Inchoatum ædificium vsufructuarius perficere nequit. *l. vsufructuarius. ff. de vsufruct & quem.*

Inchoatum perficiendum primò, quàm nouum incipiatur. *l. nemini. C. de oper. publ.*

Inchoandum à dignioribus. *l. 2. ff. de stat. hom.*

Incidere non dicitur, qui radicitùs euellit vel extirpat *leg. furtum. § si quis radicitus. ff. arb furt. cred.*

Incidere dicitur etiam ferire animo incidendi, *l. cadere. in pr. ff. eod. tit.*

Inci-

Incidens arborem contra prohibitionem non excusatur, licet aliam plantet. *Bar. l. fin. C. de Cupress. lib. 12.*

In iuramentis potius ſenſus, quàm verba ſpectantur. *l. qui per ſalutem ff. de iureiur.*

In iuramento ſemper ineſt clauſula: ſi nõ valet, quod ago, ut ago, valeat, vt valere poteſt. *l. quod pater. ff. de leg. 2.*

In iuramento quolibet ſemper intelligitur excepta autoritas legis vel ſuperioris. *l. fin. ff. qui ſatisd. cog.*

1410. Iniuria illata famulo dicitur illata domino. *Alex. l. item apud. §. fin ff. de iniur.*

Iniuria illata ſocio itineris dicitur facta alteri ſocio. *Bal. l. quoniam. C. de teſtib.*

Iniuria grauiſſima dicitur flagellatio. *Flor. ſed etſi quid. §. mancipiorum. ff. de vſufr.*

Iniuria perſonalis quælibet dicitur graue delictum. *Alex. l. lecta. ff. de accuſ.*

Iniuria dicitur caſus fortuitus. *Bal. l. quæ fortuitis. Cod. de pign. act.*

Iniuria iudicis excuſat, ſi iniuriatus caret dolo. *Bar. l. vendita. §. ſolet. ff. de act. vel her. vend.*

Iniuria, quæ trahit ſecum executionem, afficit etiam heredes iniuriantis. *l. 3. §. quod quiſque iur.*

Iniuria non adnumeratur culpæ. *Bal. l. ad eos ff. commod.*

Iniuria illata à fratre dicitur grauior, quàm illata ab extraneo. *Bal. l. cùm oportet. C. de bon. quæ lib.*

Iniuria de iure communi punitur arbitrio iudicis. *l. fin. C. de iniur. Abb. c. cùm te. de reiud.*

1420. Iniuria illata domeſtico meo videtur mihi illata, & dicitur iuſtus metus. *Card. clem. 1. de exceſſ. prælat.*

Iniuria fit etiam barbæ. *l. vulneris. ff. eod.*

Iniuria fit corpori. *l. 1. §. 2. ff. eod.*

Iniuria fit veſtimentis. *l. ſed eſt quæſtionis. in pr. ff. eod.*

Iniuria fit dignitati. *ibid.*

Iniuria fit ignoto. *l. eum qui nocentem. §. 3. ff. eod.*

Iniuria fit per ſemetipſum. *l. 1. §. 3 ff. eod.*

Iniuria non naſcitur ex contumelia. *l. ſi vnus ex argentariis. §. 2 ff. de pact.*

*I*niuria tollitur dissimulatione. *leg. Pomponius. ff. de neg. gest.*

*I*niuria augetur dignitate personæ, cui infertur. *l.* 4. *Cod. de iniur.*

1430. *I*niuria augetur qualitate personæ, cui fit. *ibid.*

*I*niuria crescit & minuitur ex qualitate personarum. §. 7. *in fi.* & §. 9. *Inst. de iniur.*

*I*niuria crescit, si quis in malâ aut facie percutiatur. *', si quis in metallum. C. de pœn.*

*I*niuria fieri non debet seruis alienis. *l* 1. *C. de iniur.*

*I*niuria gratis remitti potest. *leg. non damnatus. C. ex quib. caus. infam. irrog.*

iniuria est priuatum delictum. *l* 7. & *fin. C. de iniur.*

*I*niuria remitti nō potest precio accepto. *l. non damnamus. C. ex quib. caus. infam. irrog.*

*I*niuria rependenda nō est pro beneficio. *l. cum quis à muliere. C. de nat. liber.*

*I*niuria tollitur silentio *l generaliter in fi. C. de reuoc. don.*

*I*niuria tollitur taciturnitate eius, cui facta est. *ibid.*

1440. *I*niuria atrox in parentes est ingratitudo. *l.* 1. *C. de ingr. lib.*

*I*niuria emptori facta à iudice, venditori nō nocet. *l. si per imprudentiam. in pr. ff. de Euict.*

*I*niuria facta vili personæ infamat. *l. debitores. C. ex quib. caus. infam. irrog.*

*I*niuria iudicantis non nocet venditori. *l. si non in iuri a. C. de Euict.*

Iniuria ōnino nulla debet fieri scholasticis. *Auth. habita. Fed. nou. const. C. ne fil. pro. pat.*

*I*niuria quæ emptori fit, autorem non debet contingere. *l. si per imprudentiam. ff. de Euict.*

*I*niuria minima non irrogat infamiam, nec nullâ pœnâ aliquam afficit. *Rom. cons.* 191.

*I*niuria modica parit act. iniur. in his, quæ irrogant infamiam. *DD. c. cùm te. de re iu d.*

In

Iniuria remissa per filiumfam. nocet sibi, non a patri. *gl. & DD. l. personam. ff. de pact.*

Iniuriâ affici non debet innocua posteritas. *l. cùm apertissimè. in fi. C. de sec. nupt.*

1450. Iniuria parentibus illata seuerius vindicatur. *l. 4. C. de pat. potest.*

Iniuria religioni illata ad omnes pertinet. *l. 4. §. 1. C. de hæret. & Manich.*

Iniuria volenti facta punitur. *leg. raptores. Cod. de Episc. & cler.*

Iniuria non fit volenti. *l. nemo. ff. de reg. iur.*

Iniuria est, aliquem in debitè trahi ad ius. *l. si verò. ff. qui satisd. cog.*

Iniuria verbalis infertur etiam absenti. *Sal. leg. 1. C. si quis Imp. maledix.*

Iniuria verbalis prolata per iudicem in Interlocutoriâ non infamat. *Bar. l. verbum. C. de infam.*

Iniuria non semper contumeliam significat, sed id, quod non iure factum est, & contra ius. *l. sed & iniuriam. ff. ad l. Aquil.*

Iniuria est quicquid non iure fit. *l. 1. ff. de iniur.*

Iniuria fit legi, qui vult esse lege prudentior. *Caualcan. de vsufr. mul. relict. nu 205.*

1460. Iniuria ex affectu facientis consistit. *capit. illud. 15. quæst. 1.*

Iniuria est, appellare aliquem seruum vel latronem. *l. 3. vbi Bar. ff. de lib. & posth.*

Iniuria crescit ex personarum qualitate. *l. sed si vnius. §. 3. ff. de iniur.*

Iniuria crescit ex personarum munere. *leg. si plures. ff. eod.*

Iniuria personalis est, si quis aliquem in carcere cohercet. *Inno. c nuper. de sent. excom.*

Iniuria illata per minorem maiori, tanquam grauior debet grauiùs puniri. *Bald. Authent. habita. Cod. ne fil. propat.*

Inin-

Iniuria semel remissa non reuocatur. *Nicas. Verd. §. fin. nu. 6. Inst. de iniur.*

Iniuria non infertur sine affectu iniuriantis. *l. 3. ff. de iniur.*

Iniuria non solet inde nasci vnde iura procedunt. *Boss. tit. de homicid. nu. 25.*

Iniuria facta vni ex familiâ, toti familiæ facta videtur. *gl. & Bar. l. lex Cornelia. ff. de iniur.*

1460. Iniuria facta vxori facta videtur viro. *§. 3. Inst. eod. tit.*

Iniuria non fit sine animo iniuriandi. *l. si non conuitii. C. de iniur. Dec. cons. 487. Crau. cons. 18. nu. 36.*

Iniuria est ex affectu, damnum ex culpa. *l. qui seruum. ff. de ob l. & act.*

Iniuriâ defunctus afficitur, si non habet heredem. *§. 1. Inst. ex quib. caus. man. non lic.*

Iniuria facta filio censetur facta patri. *Bar. l. ambitiosa. ff. de decret. ab ord. fac.*

Iniuriæ æstimatio probatur etiam per iuramentum iniuriati. *Bal. c. 1. §. iniuria. de pac. iur. firm.*

Iniuriæ nominatim damnatus fit infamis. *leg. de curiones. C. ex quib. caus. infam. irrog.*

Iniuriæ recompensationem accipiunt, qui iniuriam passi sunt, *Auth. ad eos C. de sec. nupt.*

Iniuriæ factæ tempus debet inspici. *Spec. de iniur. §. 1.*

Iniuriam illatam viro citra mortem non potest vxor prosequi. *Bal. l. 2. C. qui accus. non poss.*

1480. Iniuriam non infert, qui crimen ipsius detegit. *Bar. l. cùm qui. ff. de iniur.*

Iniuriam animal facere nequit. *Inst. si quad. paup. fecis. dic. in fi.*

Iniuriam facere non potest, qui sensu caret. *Spec. de iniur. §. 2. V. quid si sine.*

Iniuriam accipere non videtur, qui semel voluit, *l. in diem addicto. ff. de aq pluu. arc.*

Iniuriam committere quis non debet, sed ius suum tueri. *l. 1 §. 1. ff. quod vi aut clam.*

Iniuriam facit nemini qui suo iure vtitur. *l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur.*

In-

Iniuriam habere non videtur iuris executio. *ibid.*

Iniuriam fuscitans, quæ remissa fuit contra æquum venit. *l. non solum. §. 1. ff. eod.*

Iniuriam patiens ab aliis, aliis iniuriam inferre non debet. *l. si te bonis paternis. C. de iur. del.*

Iniuriam non patitur, qui damnum non patitur. *Bal. leg. cùm te. ff. de pact. int. empt. & vend.*

1490. Iniuriâ non est afficiendus accusatus ante probatũ crimen. *l. 3. in pr. C. de his qui accus. non poss.*

Iniuriæ Deorum Diis curæ sunt. *l. 2. de reb. cred.*

Iniuriæ tot sunt, quod personæ iniuriam facientes. *leg. si plures. ff. de iniur.*

Iniuriæ reales, verbales vel personales clericis non inferendæ. *l. omnes. §. praterea. C. de Episc. & cler.*

Iniuriarum actio competit colono fundi, in quem impetus factus est. *l. lex Cornelia. §. 4. & 5. ff. de iniur.*

Iniuriarum actio competit ei, contra quem manus est leuata, licet non vapulauerit. *l. item apud. § 1 ff. eod.*

Iniuriarũ actio datur filiofam. iniuriam passo. *l. lex. Cornelia & seq. ff. eod.*

Iniuriarum actio datur filio liberti. *leg. non solum. § planè. ff. eod*

Iniuriarum agere nequit absens. *l. si quando. C. de iniur.*

Iniuriarum actio hæredi non competit. *l. si cum iudicio. §. quis iniuriarum. ff. si quis caut.*

1500. Iniuriarum causa non publici iudicii, sed priuatam continet querelam *l. iniuriarum. C. de iniur.*

Iniuriarum actio datur incerto de suo statu. *ibid.*

Iniuriarum actio datur mulieri non præganti, si venter iniuriâ inspectus est *l. 1 ff. de vent. inspic. §. 8.*

Iniurarum actio competit patri nomine filii. *l. lex Cornelia. ff. de iniur.*

Iniuriarum actio datur pluribus exunâ iniuriâ, & si vnus agit, alteri non præiudicatur. *l. 1. §. 9 ff. eod.*

Iniuriarum actio datur prohibito facere, quod iure communi permittitur. *l. sanè. ff. eod.*

Iniur. actio criminalis potest tractari ab illustribus per procuratorem. *l. si quando. C. de iniur.*

Iniuriarum potest agi ciuiliter & criminaliter. *§. in summa. Inst. de iniur.*

Iniuriarum iudicium semel omissum repeti non potest. *l. auxilium. in pr. ff. de minor.*

Iniur. actio datur contra stuperantē ancillam. *l. si stuprum. ff. eod.*

1510. Iniur. actio datur contra vendentem sententiæ euentum. *l. item apud. §. idem ait. ff. eod.*

Iniur. actio datur contra vtentem veste lugubri. *leg. vestem sordidam. ff. eod.*

Iniur. actio datur contra appellantem aliquem delatorem. *l. 3. C. de iniur.*

Iniur. actio datur contra homicidii conuicium obiicientem, in rixâ, calore iracondiæ. *l. si non coruitii. C. eod.*

Iniur. actio datur contra opinionis alienæ minuendæ causâ aliquid conficientem. *l. 3. C. eod.*

Iniur. actio datur contra illum, qui patitur alteri iniuriam inferri, cum possit prohibere. *leg. nullum. crimen. ff. de reg. iur.*

Iniur. actio datur contra protestantem, antequàm iniuriam inferret. *l. si non. conuitii. C. de iniur.*

Iniur. actio datur ad æstimationem damnià tempore iniuriæ factæ. *l. iniuriarum æstimatio. ff. de iniur.*

Iniur. actio datur intra annum, non autem post. *leg. si non conuicii. C. de iniur.*

1520. Iniur. actio non competit heredi. *l. iniuriarum. ff. de iniur.*

Iniur. actio non datur inuito. *l. 3. in pr. ff. eod.*

Iniur. actio non datur contra appellantem virginem honestè. *l. item apud. §. meminisse ff. eod.*

Iniur. actio non datur contra conuiciantem incertam personam *ibid. §. 9.*

Iniur. actio non datur contra furiosum. *l. 3. §. 1. ff. eod.*

Iniur. actio non datur contra heredem. *leg. iniuriarum. in pr. ff. eod.*

In-

ilized by Google

Iniur. actio non datur contra impuberem doli incapacem *l. 3. §. 1. ff. eod.*

Iniur. actio non datur contra infamantem eum, qui nocens est *l. eum qui nocentem. ff. eod.*

iniur. actio non datur contra iudicem, à quo appellatum est *l. iudici. ff. eod.*

Iniur. actio non datur cotra laborem alicui iniungentem. *l. iniuriarum. §. Idem Labeo. ff. eod.*

Iniur. actio non datur contra magistratum facientem quid iure potestatis. *ibid.*

1330. Iniur. actio non datur contra percutentem aliquem iocum *l. 3. §. 3. ff. eod.*

Iniur. actio non datur contra alium pro alio. *l. 4. ff. eod.*

Iniur. actio non datur contra prohibentem, ne quis ad honores perueniat. *l iniuriarum. §. 4 ff. eod.*

Iniur. actio non datur contra vtentem iure publico. *ib.*

Iniuriarum actio famosa est. *l. prætor. edixit. in pr. ff. eod.*

Iniuriarum actio & ciuilis ob criminalis. *l. quod Senatus consultum. ff. eod.*

Iniuriarum actio finitur ex æquo & bono. *l. non solum. §. 1. ff. eod.*

Iniur. actio finitur dissimulatione. *ibid.*

Iniuriarum actio finitur iuramento, pacto & transactione. *ibid.*

Iniur actio finitur ãno vtili. *l' item si cum exceptione. §. 2. ff. quod. met. caus.*

1340. Iniur. actio non finitur manumissione serui corrupti. *l. hoc amplius cum l seq. ff. de furt.*

Iniur. actio affines habet actionem ingrati & actionem de moribus *l. his solis. C. de rev. don.*

Iniuriarum actione qui agit. bene facit. *Spec. de treúg. & pac. V. nota.*

Iniuriarum actio datur heredi pro iniuriâ illatâ cadaueri, *l. statuam. ff. de iniur.*

Iniuriarum actio tùm ex Pulsatione, tùm ex verberatione nascitur. *l. 1. ff. de iniur.*

Iniuriarum actio nascitur ex conuicio alicui facto. *l. item apud. §. ait prætor. ff. de iniur.*

Iniu-

Iniur. actio datur contra conducentem aliquem, vt iniuriam faciat. *l. non solum §. 4. ff. eod.*

Iniur. actio datur aduersus conductum ad iniuriam faciendam. *ibid.*

Iniur. actio datur contra conuiciantem bonos mores. *leg. item apud §. 2. cum seq. ff. eod.*

Iniur. actio datur contra creditorem, interpellantem eius fideiussores, qui soluere paratus erat. *l. si creditor. ff. eod.*

1570. Iniur. actio datur contra curantem dolo, vt alius percutiatur. *l. non solum. in pr. ff. eod.*

Iniur. actio datur contra diuinatores male diuinantes. *l. item apud §. si quis Astrologus ff. eod.*

Iniur. actio datur contra intrantem domum alterius inuito domino. *ibid. in pr. §. 2. & seq.*

Iniur. actio datur contra interpellantem quemque per iniuriam ad tribunal. *l. iniuriarum § 3. ff. eod.*

Iniur. actio datur contra iudicantem per iniuriam. *ibid.*

Iniur. actio datur contra iudicem fines officii excedentem. *l. nec magistratib. ff. eod.*

Iniur. actio datur contra libellum famosum edentem. *leg. item apud § 9. & 11 ff. eod.*

Iniur. actio datur contra ludibrio habentem filium alterius vel seruum. *l. si quis seruum ff. eod.*

Iniur. actio datur contra magistratum aliquid iniuriâ facientem. *l. nec magistratib. cum l. seq. ff. eod.*

Iniur. actio datur contra mandantem & mandatarium iniuriæ faciendæ. *l. non solum §. 3. & 5 ff. eod.*

1580. Iniur. actio datur contra munera vel honores per iniuriam iniungentes. *l. iniuriarum §. 5. ff. eod.*

Iniur. actio datur contra nuptam iniuria afficientem. *leg. eum qui nocentem §. 2. ff. eod.*

Iniur. actio datur contra occidentem iniuriosè. *leg. prætor edixit §. 1. ff. eod.*

Iniuriandi animus non præsumitur inter coniunctos vsque ad 7. gradum. *gl. l. vestem ff. de iniur.*

Iniuriosa verba testatoris non viciant testamentum. *l. 3 ff. de lib. & posth.*

Iniurioſum eſt mulieri illuſtri habere ſpurios. *l. ſi qua illuſtris C. ad SC. Orfic.*

Iniurioſum dicens tenetur iniuriatum, niſi probet, ſe non animo iniuriandi dixiſſe. *l. ſi non conuitii C. de iniur.*

Iniurioſum eſt cum alterius diſcrimine temerè vagari. *leg. prator edixit ff. de iniur.*

Iniuriosè nemo res alterius auferre debet. *l. ſi maritus C. de donat. int. vir. & vx.*

In ius vocare eſt iuris experiundi causâ vocare. *l. 1 ff. de in ius voc.*

1590. In iure nihil addendum, detrahendum aut immutandum. *l. 1. § fin. ff. de prat. ſtipul.*

In iure confeſſi pro iudicatis habentur. *l. poſt rem iudicatam ff. de re iud.*

In iure eſt poſterior, qui tempore eſt poſterior. *cap. capitulum. de reſcript.*

In iure indefinitum æquipollet vniuerſali. *cap. vt circa. de Elect.*

Iniuſtitia ſententiæ non arguit nullitatem. *l. cùm putarem ff. famil. herciſc.*

Iniuſtitia non præſumitur in iudice. *Ceph. conſ 272. n. 124.*

Iniuſtitia manifeſta & notoria reddit ſententiam nullam. *Dec. conſ. 8. nu. 5.*

Iniuſtus iudex & maleficus à populo poteſt accuſari. *l. 3. C. de off. rect. prouinc.*

Iniuſta poſſeſſio nemini prodeſſe debet. *l. cùm ſponſus § ſi res ff. de public.*

Iniuſtæ cauſæ implementum non veſtit contractum innominatum. *l iuris gentium §. quin imò ff. de pact.*

1600. Iniuſtæ ſententiæ parendum eſt propter authoritatem iudicis. *l ſeruo §. 2. ff. ad Trebell.*

Iniuſtum admittendum non eſt. *leg. quidam in fi. Cod. de iu. del.*

Iniuſtum permitti non debet, vt bonum ſequatur. *c. ſuper eo. de vſur.*

Iniuſtis nuptiis ſpectatur tempus conceptionis. *Theoph. lib. 1. Inſt. tit. 12. § pen.*

In-

Iniuſtis deſideriis denegatur venia. *l. legem Anaſtaſii C. de natur. liber.*

Iniuſtè accuſans committit falſum. *Nou. 6. cap. 1. §. 10.*

Iniuſtè petit fideiuſſorem, habens pignora. *Dec. l. fructus ff. de reg. iu. & c plus cautionis eod. in 6.*

Iniuſtè denuncians tenetur præſtare detrimenta. *Nouell. 88 cap. 2.*

In labyrinthum erroris incidit, qui priùs iudicat, quàm intelligit. *Dec. conſ. 151.*

1610. In legato indiuiduo ſinguli heredes conueniuntur. *l. ſin ff. de ſeruit.*

In libertatibus leuiſſima ſcriptura attendenda. *l. in libertatibus ff. de man. teſtam.*

In maiòribus & minoribus cauſis poteſt appellari. *leg. & in maiorib. ff. de app. c. de appellationib. Ext. eod.*

In maleficiis voluntas ſpectatur, non exitus. *l. Diuus Adrianus ff. ad l. Corn. de ſic.*

In malis promiſſis reſcinde fidem. *c. in malis. 22. q. 4.*

In materia pœnali fraus exactorum frequentia non præſumitur. *Maſcard. de prob. Vol. 2. conclu. 815. nu. 6.*

In melius reformatur in iudiciis bonæ fidei factum inæqualiter. *l. maiorib. C. com. vtr. iud.*

In mente legum eſt authoritas, *l. filio præterito ff. de iniuſt. rupt. irr. teſt.*

In mente retenta nihil operantur. *c. vlt 32. q fin.*

In mercatoribus exuberantiſſima fides requiritur. *Tiraq. de pœn. conſ. 51. nu. 142.*

1620. In minore malitia ſupplet ætatem. *l. ſi alterius C. ſi min. maior. ſe dix.*

In minore præſumitur inconſulta ignorantia. *l. ſi quis ff. ad SC. Maced.*

In miſeriâ & luctu viuere eſt plus quàm mors. *Anchor. conſ. 248. num 8.*

In mixtis & coniunctis ordo non attenditur. *l. quidam teſtamento ff. de pec. leg.*

In mixtis potentius ſpectandum. *Zaſ. ff. de ſtat. hom. num. 4.*

In morâ modici temporis magnum damnum non eſt. *l. ſi debitori ff. de iud.*

In morâ modici temporis non eſt magnum damnum. *l. ſi debitori ff. de iud.*

In morâ non eſt, niſi interpellatus. *l. ſi decem ff. de V. O.*

In morientis ſucceſſione præfertur pater auo. *Bar. l. 3. §. ſin a. in pr. C. de bon. quæ lib.*

In muliere præſumitur timiditas. *DD. l. 1. ff. de quæſt.*

1630. In muliere præſumitur auaritia. *c. foras. de V ſignif.*

In mulieribus præſumitur imbecillitas. *l. 2. ff. ad Vell.*

In multiloquio non deeſt peccatum. *Montic. de Inuent. her. q. 7. nu. 45.*

In multis par eſt viri & vxoris conditio. *leg. ſi quis C. de ſec. nupt.*

In multis ſimilia ſunt iudicia & arbitria. *l. 1. ff. de arb.*

In mutuo omnis cauſa poſt lit. cont. præſtanda. *l cum fundus ff. de reb. cred.*

In neceſſitate parendum eſt patriæ potiùs, quàm parentibus. *l. poſt liminium §. filius ff. de capt.*

In neceſſitatibus leges non ſeruantur. *l. vt gradatim §. 1. ff. de mun. & honor.*

In negotio ſuo nemo poteſt teſtimonium dicere. *§. ſed neq. Inſt. de teſtam.*

In negotiis diffiniendis non ſolum eſt neceſſaria ſcientia, ſed etiam poteſtas. *c. 1. 20. diſt.*

1640. In negotiis priuatis filius patrem, & pater filium iudicem habere poteſt. *l. in priuatis ff. de iud.*

In nobilibus familiis par eſt retineri prædia à maribus. *Weſenbec. conſ. 51. nu. 53.*

Innocens abſoluendus eſt. *l. 1. C. de cuſtod. reor.*

Innocens condemnari non debet, ob acclamationem populi. *l. decurionum §. 1. C. de pœn.*

Innocens criminis periculum habere non debet. *l. factum C. de accuſ.*

Innocens interfici non debet intrà ſepta carcerum. *l. 1. C. de cuſtod. reor.*

In-

Innocens nocentis facto non debet obligari, *l. omnia ff. de reg iur.*

Innocens nomen mutare potest. *l. 1. C. de mutat. nom.*

Innocens opprimi non debet à iudice. *l. 2. C. de his qui latr.*

Innocens quilibet præsumitur, & sine vitio. *leg. absentem C. de pœn.*

1650. Innocens est, qui habet iustam defensionem. *idem. cons. 55 num. 10.*

Innocentis officium est nulli nocere. *23. quæst. 5. cap. non est innocentia.*

Innocentis viri officio fungi debet iudex. *leg. 4. ff. fam. hercisc.*

Innocentes non puniuntur, *l. exigendi ff. de procur.*

Innocentes non debent affici iniuriis. *leg. illicitas §. 2. ff. de off. præsid.*

Innocentes egere non debent. *l. reo criminis ff. de solut.*

Innocentibus iura subueniunt. *Bal. leg. edicta. col. pen. C. de Edend.*

Innocentia ferienda non est. *l. fin. C. de accusat.*

Innocentia maxima securitas est. *leg. si non conuitii Cod. de iniur.*

Innocentia probari potest argumentis euidentibus & probatione dilucidâ. *l. 2. C. de req. reis.*

1660. Innocentia probari debet quandoque liquidis probationibus. *l. 2. C. qui testa. fac. poss.*

Innocentia consilii in paruulo est, *l. si quis suo testamento C. de inoff. test.*

Innocentia secura non veretur indignationem iudicis, nec terrorem venalem. *l. nihil sibi C. de quæst.*

Innocentia & defensio nunquam excludi debent. *Alex. cons. 123. Vol. 5. Dec. cons. 7. nu. 8.*

Innocentia præstat securitatem, *Decian. cons. 34. num. 95. V. 3.*

Innocentia probatur ex præsumptionibus. *Hippol. de Marsil. cons. 51. nu. 54.*

Innocentia consilii & fati infelicitas excusat. *l. infans ff. ad l. Corn. de sic.*

Innocentia iustificatur præsumptionibus *gl.l.1.V. occidendi C. ad l. Corn. de sic.*

Innocentiæ signum est, non aufugere cum potest. *Fr. Bursat. cons. 215. n. 54.*

Innocentiæ exceptionem excludere nunquam intelligitur lex, aliàs omnem exceptionem excludens. *Alex. cons. 112. Vol. 5.*

1670. Innocentiam defuncti heres purgare debet. *leg. res quæ in controversia ff. de iur. fisc.*

Innocentiâ reus purgatur non relatione criminum. *leg. si quis reus ff. de publ. iud.*

In nondum natos & cognitos nihilum, nulla etiam cadit affectio. *Bar. l. qui filiabus ff. de leg. 1.*

In non ente nullæ sunt qualitates. *l. 1. ff. de act. empt.*

In non possessâ furtum committi nequit. *l. 1. §. Scæuola. ff. si quis interd. lib.*

Inopia excusat in foro conscientiæ. *glos. cap. sicut dignum. de homicid.*

Inopia non liberat à pœnâ. *Aluar. c. qui verò. num. 2. de pac. iur. firm.*

Inopia contingit ex peregrinatione. *Bar. §. plurimi. coll. 5. nu 6. Auth. de exhib. reis.*

Inopia præstat quandam excusationem. *l. Titius ff. de pr.*

Inopinatam calamitatem aut aduersus alterius fortunam præstolari non debemus. *l. inter stipulantem §. sacram ff. de V. O.*

1680. In nostris legibus magis simplicitas quàm difficultas placet. *§. sed quia. Inst. de fideicom.*

In Notario non præsumitur dolus. *leg. quoties §. sed si. vbi Bar. ff. de her. inst.*

In notorio facto præsumitur scientia. *gl l. 1. ff. de except.*

In notorio non requiritur sententia. *Bar. l. 2. §. quod de fragmentari ff. de admin. rer. ad ciuit. pert.*

In notoriis ordo iuris non attenditur. *Bar. l. ictus fustium ff. de his qui not. inf.*

In notoriis cessat suspicio. *Abb. c. nosti. col. 3. de Elect.*

In notoriis proceditur executiue. *Inn. cap. ex parte §. de V. signif.*

In-

Innouare legem est restituere, non nouiter condere. *Card. clem. dudum. in pr. de sepult.*

Innouari non dicitur, quod fit authoritate iudicis. *Bero. cons 66. nu. 10 lib 3.*

Innouata contra canones inualidantur. *l. omni innouatione C. de SS. Eccles.*

1690. Innouata appellatione pendente possunt statim reuocari ante omnia. *gl. c. non solum. de appell. lib 6.*

Innouatio non dicitur fieri per eum, qui vtitur veteri possessione, etiam lite pendente. *Inn. c. memoria. Vt lit. pend.*

Innouatio fit cum tenore eius, quod innouatur. *Card. clem. dudum. in pr. de sepult.*

Innouatio voluntatis testatoris, tollit primum testamentum. *l. sancimus C. de testam.*

In nouis rebus constituendis, euidens debet esse vtilitas. *l. in reb. ff. de const. princip.*

In noxali iudicio nocet nihil absenti absentia, *leg. 2. ff. si ex nox. caus. agat.*

Innumerabiles causæ humanis necessitatibus imminent. *§. pen. Inst. eod. tit.*

Innumerationibus vna quandoque solutione tolluntur duce obligationes. *l. in numerationib. ff. de sol.*

In numeris non datur ratio. *l. 1. §. pueritiam ff. de postul.*

In nuptiis attendimus principaliter, quod honestum est. *l. semper ff. de rit. nupt.*

1700. In nuptiis non requiritur authoritas affinium. *l. in copulandis C. de nupt.*

Inobediens dicitur, etiam qui vnicâ citatione requisitus non comparet. *Bar. l. 1. §. 1. ff. si quis iuc. dic.*

Inobediens similis est ingrato. *Bertach. rep. part. 2 fol. 220. b. col. 2. in med.*

Inobediens iudici infert ei iniuriam. *l. 1. in pr. ff. de iud.*

Inobedienti in vno casu denegatur audientia in omnibus casibus. *l. sed etsi per pretorem §. & adiicitur ff. ex quib. caus. maior.*

Inobedientia non debet prodesse. *Cephal. consil. 153. num. 37.*

In obligationibus faciendi succedit obligatio ad interesse. *l. si quis ab alio §. fin. ff. de re iud.*

In obscura re melius est fauere repetitioni, quàm aduentitio lucro. *l. non debet ff. de reg. iur.*

In obscurâ re id sequendum est, quod legibus non est contrarium: *c. vlt. in fi. dist. 14.*

In obscuris patrocinandum verisimilitudini. *Sich. cons. feud. 9. & cons mal. 1. nu. 58.*

1710. In obseruandis solennitatibus semper inspicitur locus, vbi res agitur. *l. si fundus ff. de Euict.*

In odiosis dispositio facta de simplicibus casum mixtum non comprehendit. *l. vim passam ff. de adult.*

In odiosis simplex vel generalis assertio non nocet. *l. contractus ff. de reg. iur.*

In officio vno & eodem non debet esse dispar professio. *c. noua. 16. q. 7.*

Inoff. querela non competit filio paciscenti post obitum patris, de voluntate eius. *l. si quando §. 1. in fi. C. eod.*

Inoff. querela non competit filio, qui ex donatione ante nuptiali habet legitimam. *l. quoniam C. eod.*

Inoff querela non competit transigenti post obitum patris, se contentum esse relictâ vel datâ parte. *l. si quando §. 2. C. eod.*

Inoff. querela non competit fratribus vterinis. *leg. ex trib. vncis C. eod.*

Inoff. querela non competit infami. *l. fratres C. eod.*

Inoff. querela non competit legitimam habenti. *leg. cùm quæritur C. eod.*

1720. Inoff. querela non competit liberis militantium, qui testati sunt de Castrensi peculio. *leg. de inofficiosa C. eod.*

Inoff. querela non competit iis, quibus aliquid in testamento relictum est. *§. 3. Inst. de inoff. test.*

Inoff. querela non competit liberis, qui aliquid ex testamento tam scripto, quàm nuncupatione acceperunt. *l. quoniam C. eod.*

Inoff. querela non competit materteræ. *l. fratris C. eod.*

Inoff.

Inoff. querela non competit patruis. *ibid.*
Inofficiosi querela non competit sororis filiis. *ibid.*
Inofficiosi querela coheredis coheredi non prodest. *l. filia. in pr. cum l. seq. ff de inoff. test.*
Inofficiosi querela filio competens non tollitur per factum patris. *l. filius §. 1. ff. eod.*
Inofficiosi querela non tollitur etiam per transactionem, cui fides non adhibetur. *l. si instituta in pr. ff. eod.*
Inofficiosi querela potest institui coram præside prouinciæ. *ibid.*
1730. Inoff. querela tollitur approbatione testamenti. *l. parentib. §. 1. C. de inoff. test.*
Inoff. querela tollitur præscriptione quinquennali. *l. si quis filium in fi. C. eod.*
Inoff. quærela tollitur repudiatione à patre factâ. *ibid.*
Inoff. querela tollitur taciturnitate quinquennali. *ibid.*
Inofficiosi querela tollitur transactione patris super eâ factâ. *ibid.*
Inoff. querela non tollitur litis amissione, super quæstionem de iniusto. *l. contra C. eod*
Inoff. querela non præscribitur intra quinquennium aduersus minores. *l. 2. C. in quib. caus. in int. rest.*
Inoff. querela transmittitur ad heredes, etiam non præparata. *l. scimus §. 2. C. de inoff. test.*
Inoff. querela est vltimum adiutorium ad euertendum testamentum, pro liberis, *l. 4. C. de lib. prat.*
Inoff. querela competens, vel quæ speratur competere, transmittitur ad liberos, etiam non præparata. *l. si quis filium C. de inoff. testam.*
1740. Inoff. querela non competens vel extincta transmissionem non recipit. *ibid.*
Inoff. querela præparata transmittitur ad heredes. *l. si pater tuus C. eod.*
Inoff. querelæ effectus est, vt qui vicerit, non succedat ex testamento, sed ab intestato. *l. si quis filium C. eod.*
Inoff. querelæ tempora currunt ab aditâ hereditate. *l. scimus §. 2. C. eod. tit.*

Inoff. querelam mouendi tempus ipso iure non currit minoribus. *l. 2. C. in quib. caus. in int. rest.*

Inoff. querela transactione sopitâ, ob non seruatam fidem, non instauratur, sed aliâ actione agitur. *l. cùm mota C. de transact.*

Inoff. querelâ pendente, de libertate nihil iudicandum est. *l. quemadmodum in pr. ff. de inoff. test.*

Inoff. querelam obtinens succedit ab intestato. *l. si quis filium C. de inoff. test.*

Inoff. querelâ succumbens potest redire ad accusationem falsi *l. eum qui C. eod.*

In inofficiosi querelâ pendet ius patris. *leg. pater ff. de inoff. test.* (*ponas. §. 2. ff. eod.*

1750. *In* inofficiosi querelâ locus est iuri adcrescendi. *l. si*

In inofficiosi querelâ qui obtinet, si appelletur, ali debet tempore appellationis. *l. si instituta ff. eod.*

In inofficiosi querelâ sententia fieri debet, præsente aduersario. *l. qui repudiantis §. 1. cum l. seq. ff. eod.*

Inofficiosi querela datur contra matrem negligentem mutare testamentum, cum potuisset, extraneis substituturis. *l. 3. C. eod. tit.*

Inofficiosi querela datur contra inordinatam & cæcam testatoris voluntatem. *l. contra maiores C. eod.*

Inoff. querela datur contra præteritionem matris. *l. filiam præteritam C. eod.*

Inoff. querela datur contra testamentum inofficiosum Aui, si ea patri viuenti competuisset. *leg. si quis filium Cod. eod.*

Inofficiosi quærela datur contra filii matrem sine iustâ causâ exheredantis. *l. liberi C. eod.*

Inoff. querela datur contra matrem filii præterientis. *ibid.*

Inoff. querela non competit agnoscenti iudicium testatoris *l. Papinianus &. l. si pars ff. de inoff. test.*

Inoff. querela non competit deferenti litem cœptam. *ibid.*

Inoff. querela non competit impuberi, cui pater substituit. *ibid. §. 7.*

Inoff. querela non competit matri contra testamentum impuberis. *filii. ibid. §. 5.*

Inoff. querela non compitit patri, inuito filio. *ibid. in pr.*
Inoff. querelæ non competit retinenti portionem post restitutionem hereditatis. *ibid. §. 11. (C. de inoff. testam.*
Inoff. querela non competit amitæ. *l. fratris vel sororis filii.*
Inoff. querela non competit auunculis. *ibid.*
Inoff. querela non competit approbanti iudicium defuncti. *l. parentib. §. 1. C. eod.*
Inoff. querela non competit cognatis ex transuersâ, linea exceptis fratribus & sororibus. *l. fratris. C. eod.*
Inofficiosi querela non competit dimidium quartæ partis habenti. *l. neptem. C. eod.*
Inofficiosi querela non competit filiæ, quæ ex dote habet tantũ, quantũ ad legitimã requiritur. *l. quoniam. C. eod.*
Inofficiosi querela non competit filiæ turpiter viuenti, & ob id à patre exheredatæ. *l. si filiam. C. eod.*
Inofficiosi querela non competit filio arenario, nisi & patertalis sit. *l. in arenam. C. eod.*
Inofficiosi querela competit venienti ab intestato, saltem pro parte. *l. mater. decendens. ff. eod*
Inofficiosi querela competit adoptiuo, contra testamenmentum patris naturalis. *l. & qui. C. de dist. pign.*
Inofficiosi querela competit ei, cui minus legitimâ est relictum. *l. parentibus. C. de inoff. test.*
Inofficiosi querela competit filiæ ex heredatæ sine causa. *l. si maritus. C. eod.*
Inofficosi querela competit filio præterito & expressè ex heredato. *l. 1. C. eod.* (*tuus. C. eod.*
Inofficiosi querela competit liberis non ingratis. *l. si pater*
Inofficiosi querela competit liberis exheredatis, si se sine causâ probent esse exheredatos. *l. liberi. C. eod.*
1780. Inofficiosi querela competit matri à filio præteritę. *l. cùm filium. C. eod.*
Inofficiosi querela competit matri exheredatæ nisi probetur magis filiis fuisse inimica quam mater. *l. cum filium. C. eod.*
Inofficiosi querela competit nato post testamentum, si à matre præteritos sit. *l. 3. C. eod.*

Ino-

Inofficiosi querela competit, nepoti. *l. si quis filium C. eod.*

Inofficiosi querela competit nepti, licet pater defunctus emancipatus fuerit. *l. neptem C. eod.*

Inofficiosi querela competit nepotibus ex filiâ iniustè exheredatis. *l. si defunctus C. de suis & leg.*

Inofficiosi querela competit posthumo præterito à matre, si instituti sint extranei. *l. 3. C. de inoff. test.*

Inofficiosi querela datur aduersus fideicommissarium vniuersalem. *l. 1. C. eod.*

Inofficiosi querela datur contra fiscum. *l. si heredum Quintiani C eod.*

Inofficiosi querelâ datur contra gerentem se pro herede vel pro possessore. *l. 1. C. eod.*

1790. Inofficiosi querela datur contra heredem. *l. 1. C. eod.*

Inofficiosi litem præparasse censetur qui querelam comminatus est. *l. quemadmodum ff. de inoff. test.*

Inofficiosi querela competit acquirenti absque facto suo per consequentiam. *l. nihil interest §. fin. ff. eod.*

Inofficiosi querela competit ascendentibus. *l. 1. ff. eod.*

Inofficiosi querela competit collateribus. *ibid.*

Inofficiosi querela competit descendentibus. *ibid.*

Inofficiosi querela competit ei, qui filius esse testamento negatur. *l. si instituta §. 1. ff. eod.*

Inofficiosi querela competit exheredato. *l. non putauit §. 1. 2. 3. ff. de bon. poss. cont. tab.*

Inofficiosi querela competit ex secto ex ventre. *l. 1. in pr. ff. de iurisd.*

Inofficiosi querela datur heredi. *l. sed etsi ff. de publ.*

1800. Inofficiosi querela datur patri, in adoptionem dati filii contra testamentum. *l. aduersus testamentum ff. de inoff. test.*

Inofficiosi querela datur petenti hereditatem sine effectu. *l. nihil interest §. 2 ff. eod.*

Inofficiosi querela datur posthumo. *l. 1. ff. eod.*

Inofficiosi querela competit spuriis contra testamentum matris. *l. si suspecta §. 1. ff. eod.*

In-

Inofficioſi querela competit tutoribus nomine pupilli legatarii. *l. aduerſus teſtamentum §. 1. ff. eod.*

In omnibus contractibus maſculinum non concipit fœminum. *Archid. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.*

In omnibus contractibus rei veritas potius quàm ſcriptura perſpicienda eſt. *l. 1. C. plus val quod ag.*

In omnibus Eccleſiaſticis miniſteriis requiritur maturitas ætatis, ſcientia & morum honeſtas. *cap. licet Canon. de Elect. lib. 6.*

In omnibus hominibus terminus vitæ eſt mors. *Auth. de hered. & Falcid. §. hac quidem. coll. 1.*

In omnibus inſpiciamus, quod ſæpe euenire poteſt. *gl. ſi quis domum §. 1. ff. locat.*

1810. In omni locatione caſus non venit, cui reſiſti non poteſt. *l. in iudicio C. locat.*

In omnibus magnoperè inquirendæ ſunt circumſtantiæ. *gl. c. occidit 23. q. 8.*

In omnibus negotiis ſana diſtinctio adhibetur. *l. 4. ff. de off præſid.*

In omnibus obligationibus in quibus dies non apponitur, præſenti die debetur. *l. in omnib ff de reg. iur.*

In omnibus quidem: maximè autem in iure ſpectanda eſt æquitas. *l. in omnib. ff. eod.*

In omnibus rebus quæ dominium transferunt, concurrere oportet affectus ex vtraque parte contrahentium. *l. in omnib. ff. de act.*

In omnibus rebus loco Principe conſilium & authoritatẽ, nec non effectum eorum, quorum res agitur, conſideremus. *l. Labeo ff. de ſupel. leg.*

In ordinatoriis ſpectatur & obſeruatur conſuetudo fori, vbi cauſa agitur. *l. 3. § fin. ff. de teſtib.*

In ordinatè viuens non præſumitur mortuus ex vulnere. *Maſcard. de prob. Vol. 2. concl. 1224. nu. 12.*

In ordinandis taſtamentis non ſanitas corporis, ſed integritas mentis requiritur. *l. ſeuium C. qui teſt fac poſſ.*

1820. In ore vel animo præſumitur eſſe vnum & idem. *Crau. conſ. 20. nu. 12. & conſ. 25. nu. 6.*

In

In ore duorum aut trium ſtat omne verbum, *c. licet. ext. de teſtib.*

Inops nè quis fiat, habenda eſt ratio. *leg. nec liberalitate ff. de reiud.*

Inops ſcholaſtici alendi ſunt ab opulentis Doctoribus. *Inn. c. fin. Ext. de magiſt.*

Inopia rei non excuſat defenſorem, qui ſatis dedit. *l. Titius ff. de procur.*

Inopia domini eſt iuſta cauſa non defendendi. *Bar. l. Titius. nu 2. ff. de procur.*

Inopia facit, vt actio in alium transferatur. *l fin. ff. de eo, per quem fact. erit.*

Inopia correi obligat correũ ad ſolutionem ſolidi. *Auth. hoc ita C. de duob. reis ſtipul. & promitt.*

Inopia delinquentis facit, vt luat in corpore. *l. pen. §. item illud. in fi. C. de adif. priu.*

Inopia emergens facit repeti legata ſoluta, & minui ſoluenda. *Auth. ſed cum C. ad l. Falcid.*

1830. Inopia fideiuſſoris idonei facit reum in cuſtodiâ teneri. *l. eos qui §. 3. C. de appell.*

Inopia mariti facit, vt dos conſtante matrimonio exigi poſſit. *Auth. quod locum C. de collat.*

Inopia patris excuſat illum à datione dotis. *l. cùm à ſocero C. de iur. dot.*

Inopia non excuſat maiorem. 25. annis, ſe immiſcentem bonis paternis. *l ſi te bonis C. de iur. delib.*

Inopia probationis facit, vt iuretur contra inuaſorem. *l. ſi quando C. vnde vi.*

Inopia pupilli non excuſat à tutelâ. *leg. tutores Cod. de excuſ. tut.*

Inopia teſtatoris non liberat heredem. *leg. ſi te bonis C. de iur. delib.*

Inopia non eſt cauſa ſuſpicionis. *l fin. C. de tut. vel curat. qui non ſatiſd.*

Inopia ſuadet quandoque quid extra ordinem faciendum, *l. 1. C. de oper. libert.*

Inopiæ ſuccurritur. *l. 2. C. de tut. vel cur. qui ſat. non del.*

In

In principe sufficit pro ratione voluntas. *Bal. leg. imperata. C sent. rescr. non posse.*

In Principe nihil magis splender, quam recta fides. *l. inter claros. C. de S. Trin. c. conuenior. 23. q. 8.*

1880. In priuatis negotiis pater & filius sibi inuicem possunt esse iudices. *l. in priuatis. ff. de iud.*

In priuilegiis realibus potius causa quam persona inspicitur. *Bal. Marg. per Inn. c. 1. de rescript.*

In priuilegiis res, quæ mox futuræ sunt habentur pro factis, alias secus. *l. si nondum. C. de furt.*

In proditionis patriæ accusatione abolitio peti non potest. *Aluar. c. qui verò. nu. 2. de pac. iur firm.*

In prohibitis semper inspicimus initiũ facti, sic & in permissis. *Sich. l. 1. nu. 4. C de nund.*

In propriâ re furtum committi potest. §. *interdum. Inst. de oblig. quæ ex malef. nasc.*

In publicis causis filiusfam. pro patrefam. habetur. *leg. in multis ff. de stat. hom.*

In pupillari ætate dormit præscriptio. *Bal. l. cùm notissimi in pr. C. de præscrip. 30. vel. 40. ann.*

In pupillorum educatione ordinandâ considerantur affectio *l. 2. C. vbi pupilli. educ. deb.*

In qualibet causâ permittitur appellatio. *l. & in maioribus. C. de appell.*

1890. Inquantum quis honoratur, in tantum grauatur. *l. ab eo. C. de fid.*

In quæstione de æquo & bono plerumque sub autoritate iuris scientiæ periculosæ erratur. *l. si seruum ff. de V. O.*

In quæstione reuocationis rescriptorum recurritur ad arbitros. *c pastoralis. 14. in pr. de rescript.*

Inquilinus propriè dicitur in Ciuitate domum habitans, sed colonus in villâ fundum colens. *DD. l. idem. C. loc.*

Inquilinus tenetur in dubio ad pensionem solitam, vel contecentem pro habitatione domûs. *Cyn. l. exceptio. C. eod.* (*de damno. infect.*

Inquilinus dicitur procurator domini, *Bar. l. si filius. in fi. ff.*

Inquilinus est quasi superficiarius. *l. 3. §. 3. ff. de op. no. nunc.*

Inquilinus expelli potest ex necessitate superueniente. *l. si ignorans. in pr. ff. locat.*

Inquilinus potest repetere à domino, quod impendit in meliorando domum. *l. dominus hortorum ff. eod.*

Inquilinus faber expelli potest, si auditorii vel templi quietem perturbet. *l. 3. C. de commerc. & mercat.*

1900. *Inquilinus* inuitus nisi ex causâ, solutâ pensione expelli nequit. *l. 3. C. de locat.* (*ibid.*

Inquilinus in plures annos ante id tempus expelli nequit.

Inquilinus leno expelli potest. *ibid.*

Inquilinus manens in domo conducta vltra tempus à domino expelli potest. *l. legem. C. de loc.*

Inquilinus moram biennii insoluendo committens potest expelli. *l. 3. C. eod.*

Inquilinus offerens integram solutionem expelli non potest. *ibid.*

Inquilinus possessionem naturalem derelinquens, domino non præiudicat. *l. fin. C. de acq. poss.*

Inquilinus prænumerans integræ locationis vniuersam summam expelli nequit. *l. 2. C. de loc.*

Inquilinus pensionem domino soluens, pro eius debito conueniri non potest. *l. 3. C. de obl. & act.*

Inquilinus retinens rem sine causâ, condemnatur in rem, & æstimationem eius. *l. non ab re. C. vnde vi.*

1910. *Inquilinus* cogi potest ad construendas vias publicas, sed expensas computat in mercedem. *l. 3. C. de obl. & act.*

Inquilinus expelli potest necessitate exigente ob proprios vsus domini. *l. 3. C. de loc. & cond.*

Inquilinus expelli potest ob existimationem malam. *ibid.*

Inquilinus potest expelli ob casus inopinatos domino superuenientes. *ibid.*

Inquilinus potest expelli, si dominus voluerit corrigere domum. *ibid.*

Inquilinus potest expelli, si difficilis sit conuentûs. *ibid.*

Inquilinus potest expelli, si male in re locatâ versetur. *ibid.*

Inquilinus possidet corporaliter. *l. fin. C. de acq. poss.*

In-

Inquilinus vendere non potest pignus tacitum. *l. 1. C. de preca.*

Inquilinus debet soluere pensionem tutori de mandato vel decreto iudicis, alias non liberatur. *Bal. & Ang. leg. sancimus. C. de adm. tut.*

1920. Inquilinus nullo tempore præscribit. *Bal. male agitur. C. de præscript. 30 ann.*

Inquilinus habet intentionem rei propter expensas in eâ factas. *Bal. l. non ab re. C. vnde vi.*

Inquilinus habens rem conductum obligatam impedit rem de vastari ob delictum locatoris, alias non. *Bal. leg. pignus. C. de pig. act.*

Inquilinus prohiberi nequit per tertium extra iudicialiter, nè restituat possessorio domino. *Auth. sed iam. C. depos.*

Inquilinus non potest mutare, claudere vel de nouo facere aditum vel ostium in domo. *Flor. l aquiss. ff. de vsufr.*

Inquilinus potest rettahere de domo conducta ostium. *l. sed si ad ædes. §. inquilinus. ff. loc.*

Inquilini appellatione à statuto non venit colonus. *Bal. l. ædem. ff. locat.*

Iniuliani desidia domino non nocet. *leg. ex liberis. Cod. de acq. poss.*

Inquirendum pluries non est, de crimine vnius hominis, vt nec pluries accusandum. *c. in tantum. Ex. de collu.*

Inquiri ciuiliter non potest regulariter *c. exhibita. de ind.*

1930. Inquiri debet de capite & membris, quando fama procedit. *c. cùm dilectus. de accus.*

Inquiritur contra eum qui promouetur vsque ad specificationem criminum, secus in iam promoto. *Inn. cap. de post. prælat.*

Inquisitio de iuribus certarum personarum fieri nequit per iudicem, nisi ad eorum instantiam. *Inn. cap. ad nostram. de iureiur.*

Inquisitio fieri potest ad denunciam officialis. *Bar, leg. diuus ff. de custod. reor.*

Inquisitio fit per iudicem, etiam quando delicto cognoscitur incidenter. *l. pen. ff. si aduers. dol.*

Inquisitio specialis potest institui quando procedit inquisitio generalis. *l. congruit. ff. de off. præsid.*

Inquisitio non est permissa in ciuilibus ad priuatam vtilitatem principaliter. *Præpos. cap. de accusatione. 2. quæst. 8. col. 22.*

Inquisitio corruit probatâ bonâ famâ Inquisiti. *Port. cons. 185. nu. 6.*

Inquisitio diligens adhibenda in delictis clericorum. *l. certissimè. §. 4. & 7. C. de Episcop. aud.*

Inquisitio iudicis necessaria est in alienatione prædiorum minoris. *l. lex quæ tutores. C. de admin. tut.*

1940. Inquisitio laris & domicilii rei latitantis à iudice faciendo est. *Nou. 53. c. 4. §. 1.*

Inquisitio necessaria est in tutore, testamento matris dato. *l. 1. C. de confirm. tut.*

Inquisitio scrupulosa in alterius facto non est exigenda. *l. nec supina ff. de iur. & fact. ignor.*

Inquisitio non permittitur de iure communi pro delictis leuibus sed pro grauissimis. *Bald. Auth. habita. cap. ne fil. pro pat.*

Inquisitio potest institui solùm per eum iudicem, coram quo potest accusatio porrigi de crimine, *ibid.*

Inquisitio firmata potest infirmari per offensum comparentem. *Bal. Auth. si nunc heres. C. de litig.*

Inquisitio formari potest per iudicem, cuius officiales simul deliquerunt. *l. non solum. §. 1. ff. de rit. nupt.*

Inquisitio contra homicidam valet, licet occisi nomen ignoretur. *gl. fin. 2. q. 8. c. libellorum.*

Inquisitio de crimine notorio potest institui. *Inn. c. bonæ. de Elect. Alex. l. 2. §. si publico. ff. de adult.*

Inquisitio scrupulosa reiicienda. *Men. consil. 39. nu. 9.*

1950. Inquisitio cessat superueniente accusatione. *Bertazol. cons. crim. 114. n. 2.*

Inquisitio succedit loco libelli. *Marsil. cons. 5. nu. 54.*

Inquisitio non procedit non procedente infamiâ. *Marsil. cons. 49. nu. 7.*

In-

Inquisitio non valet, si de delicto non constat. *idem reg. 1.*

Inquisitio in causâ criminali procedit. *Battand. ib. fol. 159.*

Inquisitio fieri nequit sine citatione partis. *Bal. l. 4. §. 1. ff. de cond. ob caus. c. presbyteri. 2. q. 5.*

Inquisitio contra tutorem suspectum procedit, etiam facta nemine postulante. *Ang. l. si vacantia. C. de bon. vac. lib. 10*

Inquisitio non debet fieri ad eorum petitionem, qui clàm schedolas porrigunt ad infamationem alterius. *Abb. c. inquisitionis. §. tertia. de accus.*

Inquisitio de percussione cum ense nō procedit, si probatur percussio cū baculo. *Flor. l. is cuius. ff. quem. ser. amit.*

Inquisitio de crimine nocturno non procedit, si probatur fuisse commissum de die. *Flor. l. si com. §. si is. ff. eod.*

1960. Inquisitio videtur prohibita per Statutum prohibens accusationē. *Io. de pra. l. filius. §. veterari ff. proc.*

Inquisitio dicitur ad differentiam accusationis. *l. accusare ff. de accusat.*

Inquisitio fit ex officio iudicis mero. *ibid.*

Inquisitio post mortem contra hæreticum fieri potest intro quinquennium, non post. *Bar. leg. si quis. Cod. de apost.*

Inquisitio permissa intra certū tempus per Statutū videtur prohibita post tēpus. *Bar. cons. in cip. A. Dom. Cyno.*

Inquisitio potest fieri propter illicita prohibenda, videlicet, ex qualibet suspicione ad aures iudicis peruenta. *Bal. l. iubemus. C. de probat.*

Inquisitio permittitur, quando delictum per conspirationem committitur. *Bal. l. 1. C. de monopol.*

Inquisitio est prohibita eo tempore, quo finiretur accusatio. *l. querelam. vbi Bal. C. de fals.*

Inquisitio contra bannitum fieri potest, *Alex, l. non solum. ff. de iniur. §. quanquam.*

Inquisitio non potest institui, si testes non sunt integri. *c. qualiter. de accusat.*

1970. Inquisitio de iuribus Ecclesiæ contra possessionem rei Ecclesiasticæ procedit, *l. sancimus. C. de SS. Eccles.*

Inquisitio vna contra plures de pluribus delictis simul eodem tempore commissis, & vna rixa, sufficit. *Bar. l. 1. C. vnde. vi.* (*de re iud.*

Inquisitio venit appellatione contractionis. *c. cùm l. & A.*

Inquisitio est processus ordinarius & legitimus. *Fel. rub. de accus.*

Inquisitio generalis quandoque fit non seruatâ formâ iudicii. *Host c. bona. de Elect.*

Inquisitio de crimine alibi commisso potest institui per iudicem loci originis. *Bal. l. 1. C. vbi de crim. agi oport.*

Inquisitio non differtur ex eo, quod possit superuenire accusator. *Bal. l. si quis in hoc. C. de Epis. & cler.*

Inquisitio fit ob vindictam publicam. *Auth. de mand. Princip. §. delinquentes.* (*de publ.*

Inquisitio fit propter iniuriam factam reip. *leg. licitatio. ff.*

Inquisitio sine citatione valet. *Inn c. bona. de Elect.*

1980. Inquisitio non viciatur ob ordinis præpostera-tionē. *Abb. & Inn c. examinata. de iud.*

Inquisitio sine accusatione esse non potest. *Decian. cons. 25. nu. 7. vol. 2.*

Inquisitio habet ordinē suum. *Abb. c. qualiter. de accusat.*

Inquisitio non tollit accusationem. *Bal. l. ea lege C. de cond. ob caus. 7. col.*

Inquisitio non tollitur, nec impeditur formari, licet partes simul transigant de crimine. *Bal. leg. transigere. C. de transact.*

Inquisitionis copia debet edi inquisito. *Bal. l. 2. C. de Ed. ed.*

Inquisitio potest institui quando committitur crimen coram iudice. *l. nullum. C. de testib.*

Inquisitio permissa est propter criminis immunitatem. *l. si quis. in hoc genus. C. de Epis. & cler.*

Inquisitio est permissa, quando potest procedi sine metu columniæ. *Ang. Aret. de malef. V. inquisitio.*

Inquisitio contra tutorem suspectum potest institui etiam ex officio iudicis. *l. 3. §. suspectus. ff. de susp. tut.*

1990. Inquisitio est permissa, vbi accusator non est legitimus, sed colludens. *l. fallaciter. C. de abolit.*

In-

Inquisitio non potest institui à suis inimicis vel maleuolis contra infamatum. *c. qualiter. de accusat.*

Inquisitio vbi non requiritur, ineptitudo protestandi viciare non habet. *Socy. cons. 188. vol. 2.*

Inquisitio sine indiciis vel famâ publicâ non valet. *Bar. l. congruit ff. de off. præsid.*

Inquisitio debet fieri per iudicem, quando Syndicus denunciauit delictum. *Bal. l. iubemus C. de prob.*

Inquisitio dicitur remedium extraordinarium. *Bal. l. 1. C. de libert. & cor. lib.*

Inquisitio potest impugnari, quando deficit aliquid de naturâ vel substantiâ eius. *leg. cùm hi. §. si Prator. ff. de transact.*

Inquisitio succesſit hodie loco accusationis. *Cast. cons. 59.*

Inquisitio succedit loco libelli. *Alex. l. fin. ff. de quæst.*

Inquisitio de iure ciuili, tanquam remedium extraordinarium, excluditur per accusationem, quæ est ordinarium. *c. notandum. 2. q. 3.*

2000. Inquisitionis iudicium dicitur extraordinarium. *Innoc. & DD. c. oporteat. de accus.*

Inquisitionē debet præcedere fama vel infama. *Battand. prax. crim. reg. 2.*

Inquisitione inchoantur lites. *Ceph. cons. 284. nu. 3.*

Inquisitione non discutitur de occultis criminibus. *Abb. c. qualiter. de accusat.*

Inquisitor datur ad petitionem vniuersitatis. *Innoc. c. cùm delicti de purg. Canon.*

Inquisitor debet obseruare ordinem iudiciarium. *Inn. cap. exhibita. de iudic.*

Inquisitor debet inniti potiùs veritati, quàm solennitati. *Inn. c. cùm oportet. de accus*

Inquisitor debet habere iurisdictionem delegatam. *Card. clem. 1. 3. opp. de hæret.*

Inquisitor super statu Ecclesiæ deputatus dicitur habere delegatam non ordinariam iurisdictionem. *c. cùm l. & A. de re iud.*

Inquisitor potest priuare Prælatum Ecclesia vel beneficio propter crimen. *c. cùm i. & A. de re iud.*

2010. Inquisitor non potest imponere pœnam pecuniariam. *Card. clem. 2. §. 1. de hared. vbi, & gl.*

Inquisitor potest substituere. *ibid. Alex. leg. Et quia. ff. de iurisd. omn. iud.*

Inquisitor potest criminaliter puniri. *Bal. l. sciuerit. Cod. de excus. tut.*

Inquisitor debet admittere exceptiones inquisiti. *DD. & Archidiac. c. exhibita, de iud.*

Inquisitoris instigator condemnatur in expensis, inquisito absoluto. *Card. clem. sepe. §. fin. 4. q. de V signif.*

Inquisitores dicuntur iudices. *c. exhibita. de iudic.*

Inquisitus debet citari personaliter vel per Edicta. *Inn. c. si aduersarius. de Eo. qui mitt. in poss.*

Inquisitus, tanquam melius informatus, cogi potest personaliter comparére. *Bal. l. fin. C. de proc.*

Inquisitus appellat ab inquisitione. *Bald. leg. 2. Cod. de Episc. aud.*

Intereſſe ſingulare non venit ex obligatione dandi pecuniam. ſed intereſſe lucri ceſſantis ſic. *leg. 2 in fi. ff. de eo, quod cert. loc.*

Int. ſingulare venit ex obligatione reſtituendi ſpeciem propter affectionem. *l. 2. ff. de in lit. iur.*

Int.

Int. sing. de ducitur de interesse dotali. *Bar. l. ex empto. ff. de act. empt.*

Int. sing. potest probari etiam per testes. *gl. & Alex. leg. in actionib. ff. de in lit. iur.*

Int. sing. venit in qualibet actione. *ibid.*

Int. sing. est ex affectione ad rem, quæ fuit maiorū nostrorum. *Cyn. l. quoties. C. de fideicom.*

3690. Int, lucri cessantis potest peti per eum, qui solitus est lucrari. *l. 7. §. fin. ff. de eo, quod cert. loc.*

Int. lucri cessantis ex eo, quod quis auocatur à suis negotiis, potest peti, *Bar. l. si procuratori. ff. rem. rat. hab.*

Int. de iure Can. peti potest. *gl. c. conquestus. de vsur.*

Int. venit in obligationibus facti post moram. *l. si quis ab alio. ff. de re iud.*

Int. totum peti potest ex morâ particulari iudicii non ex morâ particulari in contractibus. *Alex. l. fin. §. in fideiussorem. ff. qui satisd. cog.*

Int. post solutionem peti nequit. *Bar. leg. Iulianus, ff. de V. O.*

Int. cessat oblitâ re, propter quam debetur. *leg. si filio. ff. de cond. sin. caus.*

Int. ratione loci & temporis venit in actione Commodati. *Bar. l si vt certo. ff. Commod.*

Int. venit etiam in petitione post moiā. *Bar. & Ang. l. fin. ff si quis in ius voc. non ier.*

Int. non venit in obligatione dandi, quando erat dandum irreuocabiliter. *Port. l. si pœna ff. de V. O.*

3700. Int. venit ex stipulationibus incertis, non certis. *ibid.*

Int. potest peti in loco, in quo perti potest principale. *leg. in bona fidei. V. fin. ff. de eo, quod cert. loc.*

Int. pecuniæ non solutæ potest peti. *c. conquestus. de vsur. l. 2. C. eod.*

Int. non venit incidenter in causâ criminali. *Alex. l. interdum. ff. de furt.*

Int.

Int. quatenus excedit pœnam promiſſam, poteſt peti. *Bar. l. qui fidem. ff. de tranſact.*

Int. dupli pro re vendendâ non venditâ, debetur legatario actione ex teſt. per heredem grauatum vendere. *Bal. l. 1. C. Com. de leg.*

Int. ab initio ſufficit, licet ex poſt facto deficiat. *Cyn. leg. ad Comparandas. C. mand.*

3710. Int. debetur etiam ab eo, qui aliquid facit alicui iuris autoritate, & de plenetudine poteſtatis. *Bal. cap. ad hæc. de pac. iur. fir.*

Int. quis conſequi poteſt actione in factum ex edicto Prætoris. *Spec. de ceſſ. act. §. 1. V. vt a.*

Int. cùm petitur, agitur in perſonam. *Spec. de 1. & 2. decr. §. 10. V. in actione.*

Intereſſe dicitur pœna reſpectu præſtantis. *l. 1. §. ſi plures. ff. de eo, per quem fact.*

Intereſſe eſt incertum. *l. ſi quis certum. ff. ſi cert. pet.*

Intereſſe & non eſſe non eſt dare medium. *l. hæc. verba. ff. de V. O.*

Intereſſe remotum vagatur per magnos circuitus. *Sich. conſ. faud. nu. 59.*

Intereſſe non debetur, quando res non eſt in commercio acquirentis. *Rip. de LL. l. 1. cap. 2 nu 26.*

Intereſſe precii non ſoluti debetur. *leg. curabit. Cod. de acti empt.*

Int. tantùm petitur in inter dictis prohibitoriis *ibid.*

3720. Int. poteſt peti per agentem ad factum. *ibid.*

Int. poteſt petere miſſus in poſſ. qui ob dolum & potentiam aduerſarii non potuit rem cuſtodiendam nancisci. *Spec. de contum. §. fin. V. ſed nunquid.*

Int. competitur loco vſurarum. *Spec. de Empt §. 1. ad fi.*

Int. pro facto promiſſo, non impleto, petitur. *Spec. de fruct. 6. §. V. extra. rem. & ſap.*

Int. ſtipulationis ad tempus non poteſt peti, niſi toto tempore elapſo. *Alex. & DD. l. inſulam. ff. de V. O.*

Int. maius quàm pœna ſtipulata, non tollitur per ſtipulationem pœnalem. *DD. l. fin. ff. de eo, per quem fact.*

Int.

Int. debet peti, quando impossibile est factum præstari. *DD. l stipul non diuiduntur. ff. de V. O.*

Int. pro re conductâ, non tradita, peti potest. *Spec. de loc. §. 5. V. verum.*

Int. cùm non est in obligatione, non potest peti, licet veniat condemnatione. *ibid.*

Int. potest peti, non obstante, quòd obligatio sit pœnalis, dato, quòd pœna videatur loco interesse appositâ. *Corn. cons. 2.*

3730. Int. contra heredem post moram non probantur iuramenta in lit. *Bar. l. qui conc. binam. §. 2. ff. de leg. 3.*

Int. probatur iuramento contra obligatum ad factum dolo non facientem. *Bar. l semper. ff. quod vi aut clam.*

Int. probatur iuramento emptoris contra venditorem nō tradentem rem venditam. *gl l. si traditio. C. de empt.*

Int. probatur iuram. contra violentum. *Bal. & DD. leg si quando. C. unde vi.*

Int. probatur iur. contra eximentem de manibus familiæ. *Bar. l. si per. alium. §. docere. ff. ne quis eum.*

Int. probatur iur. contra Notarium non exhibentem Instrumentum. *Bar. l. 1. §. fin. ff. de tab. ex hib.*

Int. lucri cessantis probatur solo iuramento mercatoris. *Bal. l. 1. ff. de sent. quæ pro eo, quod interest. prob.*

Int. propter delictum probatur iuramento. *Bar. l. quidam tabularum. ff. de fur.*

Int iniuriæ probatur iuramento iniuriati. *Bar. l. iniuriarum. ff. de iniur.*

Int. banniti iniustè dolo iudicis probatur iuram. banniti, & debet ei per iudicem præstari. *Inn. cap. fin. quod met. cauſ.*

3740. Int. irrogatū per sententiā nullam vel iniustam, probatur iuramento. *Archid. c. olim. de iniur. & dam. inf.*

Int. ex contractu non probatur iuramento. *Bal. add. Spec. de fruct. & int. V. 3.*

Int. contra non edentem Instrumentum probatur iuramento. *Ang. & Io. Pet. l. prator. ff. de edend.*

Int. debet summatim constare. *c. fusitate. de in int rest.*

Int. contra fideiussorem de iud. sisti probatur probando verum debitum, pro quo fideiusserat. *Alex. l. 3. ff. qui sat. cog.*

Int. contra culposum probatur per testes. *Bal. l. 2. §. interdum. ff. de in lit. iur.*

Int. etiam per coniecturas probatur. *Bal. l. si traditio. 2. q. C. de act. empt.*

Int. inspiritalibus non probatur iuramento. *Inn. c. querelam. de Elect Bal. l. 2. C. de rescript.*

Interesse lucri cessantis peti potest. *Inn. cap. sacro. de sent. excom.*

Interesse reputatur idem cum ipso facto. *Dec. cons. 2. num. 8.*

3750. Interesse semel sufficit. *l. item. ff. de const. pec.*

Interesse & pœna non potest eodem tempore exigi. *Bert. Zol. lib. 1. consult. decis. 18. nu. 9.*

Interesse habens si comparuit in iudicio, sententia contra ipsum lata nocet ei. *l. à Diuo Pio. § si super ff. de re iud.*

Interesse quod habet tertius super re, in qua lata sententia est, potest tertius appellare. *Abb. c. cùm super de sent. & re iud.*

Interesse non sufficit fuisse in principio, si desinit ex post facto *l. fin. §. 1. ff. ad l. Rhod. de iact.*

Interesse peti non potest. vbi quantitas non est probata. *Cagn. l. quatenus nu. 20. ff. de reg. iur.*

Interesse non æstimatur vltra duplum proprii valoris. *gl. l. stipulatio ista. §. 1. ff. de V. O.*

Interesse expensarum non debet excedere duplum precii conuenti vel communis, nisi agatur contra scientem. *Bar. l si dictum. ff. de euict.*

Int. probatur iur. quando agitur de modico præiudicio. *l. thesaurus. ff. ad exhib.*

Int. non probatum potest per iudicem liquidari vel æstimari. *Bart. & Alex. leg. semper. §. fin. ff. quod vi aut clam.*

Int. affectionis non restituitur minori. *l si in emptionem. ff. de minorib.*

Int.

Digitized by Google

Int. agentis, habetur ratio in confessoria & Negatoria. *l. 3. §. 2. ff. si seru. vind.*

Int. commune venit, non interesse affectionis. *l. si seruum. ff. ad l. Aquil.*

Int. non caulatum ex causa rationabili nō dicitur interesse. *l. 3. §. si mecum. ff. ad exhib.*

Int. particulare confunditur, & compensatur cum interesse totali. *l. cum fundus. ff. de euict.*

Int. sumptuum non debet excedere duplum rei, contra ignorantem, secus scientem. *l. Titius. ff. de act. empt.*

Int. commune semper venit in malefícus. *l. 1. C. de sent. quæ pro eo, quod int. prof.*

Int. fictionis nomine continet etiam precium. *l. si controuersia. C. de Euict.*

Int. incertum ortum ex facto, taxatur à iudice. *l. 3. C. de inutil. stipul.*

Int. difficile probatur. *fit. ff. de stipulat. prætor.*

3770. Int. videtur non eius esse, qui contra obligationem tutus est exceptione. *l. 1. §. 3. ff. de eo, per quem fact.*

Int. præstatur venditoribus in morâ existentibus *l. 1. C. de sent. quæ pro eo.*

Int. præstatur in omissione præstandæ Cautionis. *ibid.*

Int. præstatur in omnibus contractibus certam qualitatē continentibus non vltra duplum *ibid.*

Int. præstatur in facti quæstione. *ibid.*

Int. præstatur in incertis casib. vt hoc quod reuera damnū est, reddatur. *ibid. circ. med.*

Int. præstatur in locationibus non vltrà duplum. *ibid.*

Int. præstatur in obligationibus faciendi, si factum non sit. *ibid.*

Int. præstatur in possessionis quæstione, quæ neq; corpore neq. quantitate constat. *ibid.*

Int. præstatur in restitutione operis, quod vi aut clam factum est. *ibid.*

(incertis. *ib.*

3780. Int. præstatur officio iudicis æstimante, in casibus

Int. non præstatur à venditore, antequam emptor præcium soluit. *ibid.*

Intereſſe ſuâ qui dicit, propriam cauſam defendit. *l. 2. in fi. ff. quand. appell. ſad.*

Int, habens monendus eſt. *l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pig.*

Intereſſe extrinſecum non venit, quando agitur propter malefactum ignoranter. *l. cum plures. §. ſeruum. ff. loc.*

Intereſſe lucri ceſſantis poteſt peti etiam de iure Canon. *Fel. c. venerabilis. nu. 5. de except.*

Intereſſe non ſufficit, quando ex poſt facto definit. *l. fin. §. 1. ff. ad l. Rhod. de iact.*

Intereſſe dotis non ſolutæ ab heredibus viri mulieri non debetur, *l. deuortio. ff. ſol. mat.*

Intereſſe ſoluendo liberatur quis in obligationibus facti, nec præcisè ad factum tenetur. *Turz. concl. 39.*

Intereſſe per ſolum iuramentum probatur, ſi aliter probari nequit. *l. ſi quando. C. vnde vi.*

3790. Intereſſe ſolui poteſt inuito actore. *l ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſus. ff. de V. O.*

Intereſſe eius videtur, qui damnum paſſurus eſt. *l. ſi ſocietatem. §. fin. ff. pro ſoc*

Intereſt potius noſtrâ non ſoluere, quàm ſolutum repetere. *l. 3. ff. de compens.*

Intereſt reip. nè cuiquàm ius ſuum detrahatur. *l. 2. ff. de his qui ſui vel al. iur.*

Intereſt prohibiti, à nemine prohiberi. *leg. idem iuris. ff. de V. O.*

Intereſt reip. vt ſuprema hominum iudicia ſortiantur effectum. *l. negare. ff. quemad. teſt. ap*

Intereſt reip. doctos & literatos habere viros. *§. fin. in proem. Inſt.*

Intereſt publicè ab vno tantùm regi. *idem conſ. 157. nu. 22.*

Intereſt prohibiti à nemine prohiberi. *leg. idem iuris. ff. eod. tit.*

Intereſt reip. dotatas eſſe feminas. *l. 1. ff. ſol. mat.*

3800. Intereſt noſtra bonum habere vicinum. *l. quod ſæpe. §. fin. ff. de cont. empt.*

Intereſt creditoris duos habere reos. *leg. 4. §. fin. ff. de lib. leg.*

In-

Intereſt Principis locupletes habere ſubditos. *Auth. vt iud ſine quoq. ſuffrag. coll. 7.*

Intereſt creditoris, plures, habere obligatos. *l. 3. §. fin. ff. de lib. leg.*

Intereſt hominis hominem beneficio affici. *l. ſi ſeruum. ff. de ſeru. export.*

Intereſt primi emptoris rem venditam ſecundo emptori non euinci. *l. fin. ff de except. rei iud.*

Intereſt publicè, neminem ab agriculturâ abduci. *Auth. agricultores. C. quæ res pig. obl. poſſ.*

Intereſt reip. bona pupillorum conſeruare. *Schneid. §. conſequens. nu. 2. Inſt. de ſuſp. tut.*

Intereſt multum, fiat quid incontinenti, an ex interuallo. *l. 1. §. quæ oneranda ff. quar. rer. act. non det.*

Intereſt reip. ne quis re ſua malè vtatur. *§. in poteſtate. Inſt. de his. qui ſui vel al. iur. ſunt.*

3810. Intereſt publice vrbem non deformari. *leg. fin. ff. ne quid in loc. publ.*

Intereſt publicæ, per itinera ſine metu & periculo commeari. *l. 1. §. 1. ff. de his qui deiec. vel effud.*

Intereſt riuos & cloacas purgari, ne aëris ſalubritas inficiatur. *l. de pupillo. §. ſi quis ff. de no. op. nunc.*

Intereſt patris filiam eſſe dotatam. *l. pater. 5. intereſt. ff. de Euict.*

Intereſt noſtra propter affectionem habere rem, quæ fuit maiorum noſtrorum. *l. ſi in emptione. ff. de minor.*

Intereſt noſtrâ litibus & ſumptibus non vexari. *l. minorib. ff. de minor.*

Intereſt noſtrâ, animos liberorum noſtrorum non corrumpi. *l. vt tantum. ff. de ſeru. corrupt.*

Interfeciſſe videtur. qui potuit, ſed noluit liberare. *c. ſicut ſignum. de homicid.*

Interfectorum ſanguis ſemper clamat ad DEVM. *Marſil. ſing. 270. in cip. homicida.*

Interfectores & tales defendentes pari pœnâ ſunt puniendi. *ibid.*

3820. Inter filios bona patris æqualiter sunt diuidenda. *l. inter. C. fam. herciſc.*

Inter filiam & matrem potest esse actio. *l. 3. C. de impub. & al. subſt.*

Inter fratres debet esse æqualitas. *Id consſ. 87. nu. 86.*

Inter fratres oritur faciliter discordia. *Rol. à Vall. consſ. 78. n. 12. Vol. 1.*

Inter generantem & generatū debet esse distinctio. *Mar. Soc. consſ. 25. vol. 1.*

Inter habentes ordinariam iurisdictionem locus est præuentioni. *c. proposuisti de for. comp.*

Inter homines nihil præstantius concordiâ ciuium. *Nou. const. 130. c. 1.*

Inter illos, qui æquale ius possident, melior est conditio possessoris. *l. si debitor. ff. de pig. & hypoth.*

Inter incompatibilia coniunctio resoluitur in distinctionem. *l si Titio ff. de vſu & vſufr.*

Interitus rei ante moram liberat eum, ad quem ex metu illato res peruenit. *leg. item si cum. §. aliquando ff. quod met.*

Interitus pignorum non liberat debitorem. *leg seruo. Cod. de pig.*

3830. Interitus rei nocet frustratori. *leg. si longis. Cod. de exec. rei iud.*

Interitus rei non liberat quempiam ab implendâ conditione. *l. fin. C. de cond. insert.*

Interitus rei pertinet ad emptorem, nisi venditio fuerit conditionalis. *l. pen. C. de per. & com. rei vend.*

Interitus rei spectat ad furem & metum inferentem. *l. 1. C. de his quæ vi met. cauſ. gest.*

Interitus speciei non nocet victori post moram. *l. si longis. C. de exec. rei. iud.*

Interitus periculum spectat ad debitorem morosum. *l. nemo rem suam. § fin. ff. de V. O.*

Interitus & naturales accessiones veniunt ex mori. *l. si longis. C. de exec. rei iud.*

Interitus actorum non nocet veritati. *l. emancipatione C. de fid. inſtr.*

Interitus nocet legatario. *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 10. nu. 39.*

840 Interitus periculũ ad debitorem poſt moram pertinet. *gl. & Bar. l. quod te. ff. ſi cert. pet.*

Interitu ſpeciei promiſſor liberatur. *leg. ſi ex legati. ff. de V. O.*

Interlineatio reddit ſuſpectum inſtrumentum. *Bal. leg. ſi vnius. C. de teſtam.*

Inter litigantes poteſt concordia fieri ſine autoritate iudicis. *l. 1. § inde quæritur ff. de op. no. nunc.*

Inter litigantes non aliter lis expediri poteſt, quam ſi alter petitor, alter poſſeſſor ſit. *l inter. ff. deiud.*

Interlocutio Principis redacta in Corpore iuris habetur pro lege. *Bar. l. metum. ff. quod met. cauſ.*

Interloc. quæ continet dari vel fieri, parit actionem in factum. *l. a Diuo. in pr. ff. de re iud.*

Interloc. non infamat de iure, ſed de facto ſic. *Bal. l. etiam. C. de furt.*

Interloc. non debet eſſe deluſoria. *Spec. de 1. & 2. decret. §. 4. V. ſed nonne.*

Interloc nõ ponit actionem, ſed exceptionem. *Card. clem. fin. de appell*

380. Interloc. facit ius, ſi tranſit in rem iud. *Corn. conſ. 62. vol. 3.*

Interlocutio poteſt augeri & minui. *l. 2. C. de ſent. ex peric. recit.*

Interlocutio appellationem non requirit. *l. oportet. Cod. de appell.*

Interlocutio non definit. *l. 1. C. de pœn. iud. qui mal. iud.*

Interlocutio poteſt carere ſcripturâ. *leg. 3. Cod. de ſent. ex-peric. recit.*

Interlocutio præſidis apud acta ſignata ſententiæ vim nõ obtinet. *l. 4. C. comminat. Epiſt. program.*

Interloc. lata de conſenſu vtriuſque partis non poteſt reuocari ad vnius partis tantùm inſtantiam. *Imol. cap. ceterùm. de reſcript.*

Digitized by Google

Interloc. magni præiudicii non potest reuocari, nisi causâ cognita. *l. à procedente. C. de dilat.*

Interloc. facilè reuocatur, & sine causæ cognitione, & per alium. *Spec. de off. am. iud. § fin. V. 6.*

Interloc. assignationis termini, per quem ius parti acquiritur, reuocari nequit. *Spec. de except. §. 3.*

3860. Interloc. transit in rem iudicatam, & pro eâ datur actio & exceptio. *Spec. de exec. sen. § 5. V. sed cùm.*

Interloc. non transit in rem iudicatam, quoad iudicem. *Bar. l. arbitro ff. qui satisd. cog.*

Interloc. nō transit in rem iud. quando diffinitiuè est pronunciatum de principali. *Inn. c. cùm dilectus. de lect.*

Interloc. transit in rem iud. quoad præiudicium partes, nisi pars appellet, *ibid.*

Interloc. absolutionis ab obseruatione iudicii requirit trinam citationem. *Bal. l. properandum. C. de iud.*

Interloc. habens vim definitiuæ non valet contra citatum ad audiendum voluntatem iudicis. *Rot. decis. 355 in nou.*

Interloc. super competentiâ lata à iudice, etiam incompetente, valet, & facit valere processum eius. *Inn. & DD. c. super literis. de rescript.*

Interloc. lata de torquendo per alterum de duob. iudicibus non valet. *gl. & Card. clem. 1. §. 2. in fi. de hæred.*

Interloc. sub conditione valet. *gl. & DD. l. à diuo. §. in venditione ff. de re iud.*

Interloc. contra interlocutoriam non valet, nisi constet fuisse latam animo reuocandi primam. *Bar. l. quod iussit ff. de re iud.*

3870. Interloc. super libello inepto est ipso iure nulla, nec producit actionem in factum. *Bal. leg. actori, Cod. de reb. cred.*

Interloc. requirit ordinem iuris. *Spec. de sent. §. 2.*

Interloc. reuocatur regulariter per iudicem ipsum, qui fuit interlocutus. *l. quod iussit. ff. de re iud.*

Interloc. de dandis apostolis non potest reuocari. *Bal. add. Spec. de app. V. post quàm iudex.*

In-

Interloc. inuitis partibus non potest reuocari, si est mandata excutioni, nisi cum causæ cognitione. *Imol. c. cùm cessante. de appell.*

Interloc. super incompetentiâ iudicis non potest reuocari. *Bal. l. si quis in conscribendo. C. de pact.*

Interloc. declaratoria reuocari nequit. *Phil. Franc. cap. cùm cessante. de app.*

Interloc. de non procedendo ad vlteriora propter except. rei iud. nequid reuocari. *Bar. l. dicere. ff. de arb.*

Interloc. àqua non potest appellari, peti potest reuocari. *Alex. l. 2. ff. de app. recip.*

Interloc. except. peremtorias non obstare, potest reuocari. *Inn. c. quod ad consultationem de re iud.*

3880. Interloc. delegati non potest reuocari, nisi sit appellatum ab eâ. *Bal. l. si præses. C. quom. & quand. iud.*

Interloc. super ætate potest reuocari. *Bal. l. fin. Cod. si min. se maior. dix.*

Interloc. per quâ repellitur secundò appellans, super peremptoriâ, reuocari nequit. *Card. clem fin. de app.*

Interloc. Commissionis causæ ad consilium sapientis reuocari potest. *DD. l. ad Principem. ff. de ap.*

Interloc. propter contumatiam reuocatur, quatenus contumacia purgetur, & sic per comparationem. *c. ex literis. de const. Alex. l. fin. ff. de pœn.*

Interlocutoria est, ex qua quæsitum ius parti executioni mandata non potest reuocari. *Bal. l. post sententiam. C. de sent.*

Interloc. quod quis non audiatur, non potest reuocari. *l. 1. §. fin ff. de stip. prat.*

Interloc. bis reuocari potest, sicut ab eâ bis appellatur. *DD. l. quod iussit. ff. de re iud.*

Interloc. dicitur sententia super mulctâ, & reuocari potest. *l. 1. C. de mod. mulct.*

Interloc. est grauatio contumacis, quæ per lapsum 10. dierum non transit in rem iudicatam. *Spec. de appell. §. 5. Vers. nota.*

3890. Interloc.est, quando iudex procedit ad vlteriora, non obstante exceptione abiectâ. *Spec. de app. §. 1. V. si a.*

Interloc. dicitur pronuncia de satis dando vel non. *Bar. l. 1. §. fin. C. de re iud.*

Interloc. quælibet potest dici diffinitiua respectu illius actûs, super quo fertur. *Alex. l. Titia. ff. de actus.*

Interloc. dicitur declaratio, an instrumentum sit liquidum vel non. *Bal. add. Spec. de sent. V. sententia.*

Interloc. est sententia, qua pronunciatur, non esse probatum. *l. fin. C. de sen. quæ sin. cert. quan. prot.*

Interloc. est sententia de restituendo in integrum. *Bal. l. cùm iudex. C. de sent.*

Interloc. dicitur reiectio appellationis. *Alex. l. Titia. ff. de accusat. Card. clem fin. de appell.*

Interloc. continens dari vel fieri, dicitur esse magni præiudicii. *Bal. l. fin. C. de sen. ex peric. recit.* (bus *ibid.*

Interloc. partibus inuitis ferri nequit, nec etiam absenti-

Interloc. de citando, quia est magni præiudicii, debet ferri à iudice sedente pro tribunali, aliàs non valet. *Bal. l. 1. C. eod.* (arbitrum. *Bar. l. arbiter. ff. de arb.*

3900. Interloc de citando potest ferri parte absente per

Interloc. potest ferri etiam contra absentem, etiam non contumacem. *Inn. c. auditis. de procur.*

Interloc. præiudicialis non tenet, nisi parte citatâ. *DD. l. si opus. ff. de op. nou. nunc.* (partis. *Rot. decis. 455.*

Interloc. quòd appellatio sit deserta, requirit citationem

Interloc. super dilatione moderandâ augendo vel minuendo, non requirit partis citationem. *Bal. c. 1. de mil. vas. qui cont. est.*

Interloc. male lata non est exequenda per successorem iudicis: *Bal. l. fin. q. 6. C. de cont. empt.*

Interloc. de procedendo vel non super libello contra minorem indefensum, non valet. *Bar. l. si præses, C. quom. & quand. iud.* (*de re iud.*

Interloc. etiam testibus probari potest, & valet. *Bal. l. fin. C.*

Interloc. non potest iustificari in causâ app. nisi ex primis actis, nec impugnari. *clem. appellanti. de app.*

In-

Interloc. requirens causæ cognitionem, debet ferri iudice pro tribunali sedente, alias non valet. *Bar. l. 2. Cod. de sen. & int. omn. iud.*

3910. Interloc. debet ferri per iudicem in voce. *Bal. l. hoc consultissimâ C. qui test fac. poss.*

Interloc. incerta est nulla. *l. quid tamen. § Pomponius vbi Bar. ff. de arbit.*

Interloc. in causâ crim. lata parte non petente, est nulla *And. Zaff. cons. in cip. An in causa crim.*

Interloc. non desiderat scripturam. *Spec. de sent. V. quid de interloc.*

Interloc. die feriato ferri potest. *Bal. l. in minorum. Cod. in quib. caus. in int. rest. non est nec.*

Interloc. dicitur pronuncia, quod dos non sit liquida. *Bal. l fin. C. qui de sent. quæ sine cert. quan. prof.*

Interloc dicitur pronuncia super competentiâ. *gl. Auth. habita. C. ne fil pro pat.*

Interloc. super attentatis habet vim diffinitiuæ. *Card. clem. appellanti. de appell.*

Interloc. non reuocabilis de iure potest consensu partium reuocari. *Alex. l. 1. ff de stip. prat.*

Interloc. potest sæpius interpretari per iudicem, sicut reuocari. *Ang. Imol. Alex. l quod iussit. ff. de re iud.*

3920. Interloc. suspenditur per app. interpositam, ne fiat executio, non per interponendam. *Bal. add. Spec. de app. V. interlocutoria.*

Interloc in alio iudicio inter eadem personas valet. *Inn. e. per inquisitionem. de elect.*

Interloc. suspenditur per app. interpositam, non per interponendam. *Bal. add. Spec. de app. V. interlocutoria.*

Interloc. indistincte retractari potest prætextu instrumentorũ nouiter repertorũ. *Imol. l. imperatores. ff. de re iud.*

Interloc. si sine iustâ causâ reuocatur, potest appellari. *Inn. c. sacra. de sent. excom.*

Interlocutoriam potest reuocare iudex etiam per aliam. *Spec. de off. om. iud. § fin. V. 6.*

Interloc. dicitur potius quàm diffinitiua, quæ fertur super inquisitione. *Bal. hetiam. C. de furt.*

In-

Interloc habens vim diffinitiuæ, habet naturam diffinitiuæ. *Abb.c.peruenit. de appell.*

Interlocutoria arctat iudicem. *leg. quod iussit. ff. de re iud.*

Interlocutoria quo ad partes, transit in rem iudicatam, quo ad iudicem, non. *Ias.leg. quod. iussit. nu. 46. ff. de re iud.*

3930. Interlocutoria debet inscriptis proferri. *DD. l.nec quicquam. ff. de off.procons.*

Interlocutoria à qua bis fuit appellatum, & semper fuit confirmata, non potest amplius per iudicem reuocari. *Abb.c.cum cessante.de appell.*

Interlocutoria, cum de modico præiudicio agitur, non requirit citationem. *DD.l.si opus.ff.de nou.op.nunc.*

Interlocutoria geminata reuocari non potest. *gl. clem. fin. de appell.*

Interlocutoria habens vim definitiuæ reuocari nequit. *Soc.c.qualiter.1.de accusat.*

Interlocutoria quælibet potest reuocari per iudicem, siue concernat processum, siue emergentem, siue incidentem quæstionem. *l.quot iussit. ff. de re iud.*

Interl.quoties quis ab eâ interpellat, citatio non requiritur. *Ias.l.qui Romæ.§.Seia.ff.de V.O.*

Interlocutoria etiam dicitur sententia lata super appellatione ab interlocutoriâ. *Bal. Auth.hodie.C.de iur.cal.*

Interloc.dicitur pronuncia super exceptionibus. *Abb. c.si duabus de except.*

Interloc.dicitur, per quam imponitur silentium accusatori. *Alex.l.Titia. ff. de accusat.*

3940. Interloc.dicitur deputatio loci ad iudicium agitandum, & mutari potest, si partibus innotescat. *Bal.c. fin. de prohib feud. alien.per Fed.*

Interloc.dicitur, quæ fertur in causis alimentorum. *Ang. l.imperium.ff.de iurisd.omn.iud.*

Interlocutoria quandoque ferri potest absente parte, vel per nuncium. *l.diem proferre.ff.de recept.arb.*

Interlocutoria poteſt mutari & omninò reuocari. *l. quod iuſſit ff. de re iud*

Interlocutoriæ verba ſunt, iubere, vetare. *l. quod iuſſit. ff. de re iud.*

Interlocutoriæ grauamen diſcutiendum, in appellatione à diffinitiuâ. *l. pen. §. 2. C. de reb. cred.*

Interlocutoria dicitur omne verbum iudicis prolatum ante ſent. diffin. ſi tamen ad cauſam faciat. *DD. l. cùm clericis. C. de Epiſc. & cler.*

Interlocutoria dicitur datio apoſtolorum appellanti, quæ non poteſt reuocari. *Bal. add. Spec. de appell. V. poſtquam iudex.*

Interlocutoria dicitur publicatio atteſtationum. *Bal. l. publicati. q. 5. C. de teſtam.*

Interlocutoria dicitur præceptum de ſoluendo, & poteſt ad bene placitum reuocari. *Suzar. leg. ſi debitori. ff. de iud.*

3950. Interloc. dicitur pronuncia de exequendo. *Bal. l. actori. C. de reb. cred. Caſt. conſ. 335.*

Interloc. largo modo dicitur diffinitiua. *Bar. l. Titia. ff. de accuſat.*

Interloc. non venit app. ſententiæ. *Alex. conſ. 1. vol. 2.*

Interloc. dicitur commiſſio examinationis teſtium facta iudici forenſis. *Bal. l. iudices. C. de fid. inſtr.*

Interloc. dicitur declaratio, quod libellus eſt incertus vel ineptus. *Bal. l. edita. C. de edend.*

Interloc. propriè dicitur ſententia ſuper vno articulo tantum, ſed impropriè dicitur diffinitiua. *Bal. l. ſi quis ius. C. de reb. cred.*

Interlocutoria appellatione ſententiæ propriè non venit. *rub. C. de ſent. & interloc.*

Interloc. ſent. à iudice reuocari poteſt, *l. quod iuſſit. ff. de re iud. c. cum ceſſante. de appell.*

Interlocutoria eſt illa quæ fertur inter principum & finē cauſæ. *clem. 1. de ſeq. poſſ. & fruct.*

Interlocutoriæ reuocatio ſine cauſæ cognitione eſt nulla. *Bar. l. quod iuſſit. ff. de re iud.*

3460. Interlocutoriæ executio fit per iudicem à quo. *Inn. c. poſtoralis. de off. deleg.*

Interlocutoriæ app. in ſtatuto non venit interlocutoria habens vim diffinitiuæ. *Io. And. C. peruenit de appell.*

Interlocutoriæ vim habet exceptio peremptoria. *Spec. de dilat. §. 3. V. ſed pone.*

Inter magnum & modicum datur tertium. *Rayn. conſ. de iur. interp. lib. 3. cap. 4. nu. 18.*

Inter mercatores etiam ex nudo pacto oritur obligatio. *l. Quintus. Mutius. ff. mand. Pap. conſ. 103. nù. 4.*

Inter mortem & aditionem non eſt medium. *Bar. l. quæſtium. §. præſente in pr. ff. de leg. 1.*

Inter opera charitatis non eſt minimum, errantem ab erroris ſui ſemitâ reuocare *c. inter opera. ex de ſponſ.*

Inter pares regnat inuidia. *gl. leg. ſi cum exceptione. §. eum qui. ff. quod met. cauſ.*

Inter pares eadem eſt potentia, nec maior. *l. 1. §. veteres ff. de acq. poſſ.*

3970. Inter partes neceſſarias prima eſt agricolatio. *l. 2. ff. de mund.*

Inter patrem & filium nulla exceptio contrahi poteſt. *l. inter patrem. ff de cont. empt.*

Inter patrem & filium non conſiſtit ius. *leg. lis nulla. ff. de iudic.*

Inter patrem & filium præſumitur contractus ſimulatus. *l. qui teſtamentum. ff. de prob.*

Inter parum & nihil non ſolet fieri differentia. *l. quamuis. ff. de cond. & demonſt.*

Inter pecudes canis non eſt. *l. 2. §. 2. ad l. Aquil.*

Interpellatio poſt ſe debet habere congruum tempus arbitrio boni viri. *l. Æmilius. ff. de minor.*

Interpellatio extra iudicialis non interrumpit præſcriptionem. *l. Alienam. C. de vſucap.*

Interpellatio extraiudicialis constituit possessorem in mala fide. *Suzar. l. fin a. §. si homo. ff. de rei vend.*

Interpellatio fieri debet, vt quis teneatur. *DD. leg. 1. ff. vbi pupill. educ. deb.*

3980. Interpellatio vnica de vno ex pluribus absente sufficit, quando duo debent in actu aliquo interuenire. *gl. & Cara. clem. 1. §. 2 q. 18. de hæret.*

Interpellatio vnica sufficit pro tribus. *Alex. consil. 62. Vers. 4.*

Interpellatio de iudice appellationis vnica non sufficit, sed geminata fic. *Sal. l. 2. §. illud. C. de temp. app.*

Interpellatio delegato vnica sufficit. *gl. c. si Episcopus. 19. dist. clem. 1. de hær.*

Interpellatio non constituit pupillum in morâ. *l. sed si ex stipulatu ff. de V. O.*

Interpellatio ante diem non constituit debitorem in morâ. *Alex. l. si Stichus. ff. eod.*

Interpellatio non sufficit ad moram, modò fiat oportuno loco & tempore. *l. Titia Seio. §. 1 ff. de leg. 2.*

Interpellatio hominis non est necessaria, vbi dies interpellat. *l. magnam. C. de cont. & com. stip.*

Interpellatio vnius correorum debendi impedit præscribi aduersus alios. *l. iure nostro, C. de fideiuss.*

Interpellatio non est in ius vocatio. *leg. libertus. ff. de in ius voc.*

3990. Interpellatio interrumpit vsucapionem. *l. 2. C. de præscript. long. tem.*

Interpellatio extraiudicialis constituit debitorē in morâ. *gl. l. qui Romæ §. Coheredes ff. eod.*

Interpellatio adhoc, vt constituat debitorem in morâ debet fieri congruo tempore. *l. cum filius. §. fi. ff. eod.*

Interpellatio, quæ non constituit principalem in morâ, non nocet fideiussori. *l. fin. ff. de V. O.*

Interpellatio facit, vt dicatur non soluisse, qui interpellatus non soluit, *ibid.*

Digitized by Google

Interpellatio fieri debet ei, qui ex eâ potest lædi, sicut protestatio. *Bal. l. si intra. C. de non num. pec.*

Interpellatio non constituit in morâ, quando dies est apposita in voluntate promissoris. *Ang. leg. ita stipulatus ff. eod.*

Interpellatio secunda tollit effectum primæ, & moram remittit. *gl. 1. Æmilius. ff. de pign.*

Interpellatio dicitur, quæ fit iudicio. *leg. amplius. ff. rem rat. hab.*

Interpellatio ante lapsum dici non constituit debitorem in morâ. *DD. l. cùm filius. § fin. ff. eod.*

4000. Interpellatio ante diem facta, pro nihilo est. *Zas. l. cùm filius fam. §. fin. nu. 4. ff. de V. O.*

Interpellatio auget moram & periurium. *Gozaain. cons. 57. num. 20.*

Interpellatio ficiosa esse non debet. *leg. in ambiguâ. ff. de LL.*

Interp. venit à naturâ. *l. 2. §. 5. ff. eod.*

Interp. ducitur ex consequentiâ verborum. *leg. fin. Cod. de her. inst*

Interp. excogitata subtilis est calumniosa. *l. 4. Cod. de præscript. 30. vel 40. ann.*

Interp. mala subuertit legem. *leg. cùm antiquitas. Cod. de testam.*

Interpellare nequit pupillus sine tutore. *leg. sed si. ff. de Verb. Oblig.*

Interpellare nequit adultus habens curatorem sine curatore. *gl. & DD. ibid.*

Interpellat ætas pro pupillo. *Menoch. cons. 7. n. 20.* 4. & 5.

4010. Interpellat officium pro homine. *Crau. co 1. 193. n.*

Interpellari debet heres debitoris per creditorem, vt soluat. *Bal. l. pen. C. de cond. insert.*

Inter pignus & hypothecam tantum nominis sonus differt. *l. res hypothecæ. ff. eod.*

Interposita persona fraudem facit præsumi, *l. Pupillos. ff. de aut. tut.*

Interpositum decretum causâ non cognitâ, est nullum. *Marsil. cons. 48. nu. 37.*

In-

Interpositis personis expediuntur plerumque conditiones seu alia acta. *l.fin.ff.de sponsi.*

Interpres plenè probat, vbi aliter non reperitur. *l.1.in fin. ff. de V.O.*

Interpres Statutorum potest ea corrigere. *Rosi.l.1.§.qui operas ff.ad Tertull.*

Interpres in contractu habetur pro teste. *Bar. leg. 1.ff. de verb.oblig.in fi.*

Interpres requiritur in rebus dubiis. *Bal.l.voluntate. in fi. C.de fideicom.*

4020. Interpres dicitur, qui declarat idioma, vel linguam vnam per aliam. *Bal.l.3.C.de lib.pret.*

Interpretis ope aliquid faciens non videtur per se facere. *Alc.rep.l.1.§.eadem.nu.3.ff.de V.O.*

Interpreti etiam vnico creditur. *DD.l.1.ff.de V.O.*

Interpretatio in dubio fit contra creditorem. *Bar.leg.si in emptione ff.de cont.empt.*

Interpretatio Statutorum admittitur vitandæ contrarietatis causâ. *Bal.l.pen.C.per quas pers.nob.acq.*

Interpretatio legis correctæ censetur sublata, & fieri nequit. *Bal.l.fin.C.de Ed.D.Adr.toll.*

Interpretatio debet fieri in dubiis, non quando sensus est clarus. *Bar.l.si quis C.de lib. præt.*

Interpretatio Statutorum fieri debet per conditores. *Bar. l.omnes populi. q.3.ff.de Iust.& iu.*

Interpretatio, quæ non potest fieri à proximis, potest fieri à remotis. *Bal. l.fin.C.de hær.inst.*

Interpretatio restrictiua appellatur statutum. *Bal. leg.cùm acutissimi C.de fideicom.*

4030. Interpretatio obscuritatis spectat ad iudicem, qui potest principaliter adiri, vt interpretetur. *Bar.l.veteribus ff.de pact.*

Interpretatio fieri debet, vt euitetur delictum. *Bal. l. non solum §.sed vt probari ff.de op.nou.nunc.*

Interpretatio dictorum testis obscurorum fit contra producentem. *gl.& DD.c.In præsentia.de prob.*

Interpretatio antiqua habet vim legis. *Card. clem. exiui* §. *item ordo. de V. signif.*

Interpretatio pro stipulatione vt valeat fieri debet, *Alex. l. fin. ff. si cert. pet.*

Interpretatio verborum fieri debet, vt aliquid operentur. *Alex. cons. 33. Vol. 1.*

Interpretatio mandati fit pro domino constituente, non contra illum. *gl. c petitio de procur.*

Interpretatio verborum testatoris dubiorum debet fieri ab herede, *Bar. l. si quis à filio* §. *1 ff. de leg. 1.*

Interpretatio testamenti pertinet ad iudicem. *l. voluntate. vbi Bal. C. de fideicom.*

Interpretatio verborum prætoris spectat ad iudicem. *l. 1. ff. de iur. delib.*

4040. Interpretatio fit pro promissore contra stipulantem. *leg. veteribus ff. de pact.*

Interpretatio debet fieri vocatis illis, quorum interest, alias non valet. *Spec. de rescript.* §. *9. V. item quod.*

Interpretatio plena fit in priuilegiis, confirmationibus & concessionibus. *Spec. de inst. edit.* §. *9. in pr.*

Interpretatio larga fit in beneficiis. *Spec. de sen.* §. *6.*

Interpretatio fit contra eum, qui potuit apertius suam declarare appellationem. *Spec. de app.* §. *4. V. quid si.*

Interpretatio ambigui sermonis permittitur iudici, à quo prolatus est. *l. in prætoriis ff. de stip. præt.*

Interpretatio contractuum fit contra proferentem. *l. veteribus ff. de pact.*

Interpretatio legis fit ex consuetudine & à Principe. *l. si de interpretatione ff. de LL.*

Interp. manifestorum aliquando etiam permittenda est. *l. 1.* §. *quamuis ff. de vent. inspic.*

Interp. in vtilibus contra ius commmune admittitur. *leg. nulla iuris ratio ff. de LL.*

4050. Interp. certa non debet mutari. *l. minimè ff. de LL.*

Interp. congrua esse debet. *l. item veniant* §. *prætor hæc. in fi. ff. de her. pet.*

In-

Interp. maligna est, quæ actum viciat. *leg. si ita stipulatus fuero ff. de V.O.*

Interp. plenissima debet fieri in beneficio Imperatoris. *l. 3. ff. de LL.*

Interp. strictior quandoque fieri potest. *l. si seruitutes §. 2. ff. de seru. vrb. prad.*

Interpretatio varia nemini debet nocere. *leg. fin. C. de pact. int. empt.*

Interp. verborum non admittitur, cùm de sensu testatoris constat. *l. 3. C. de lib prater.*

Interp. voluntatis defuncti, iudici permittenda est. *leg. voluntatis C. de fideicom.*

Interpretatio in pœnis benignior facienda est. *leg. pen. ff. de pœn.*

Interpretatio pacti plerumque prudentissimos fallit. *l. 2. ff. de iu. & facti ignor.*

4060. Interpretatio concessa alicui super aliquo, intelligitur, vt semel tantum possit, & sic de primo actu. *gl. l. quicquid astringenda ff. de V.O.*

Interpretatio subreptitia non valet. *l. 2. C. de LL.*

Interpretatio dicitur, quando fit extensio vel restrictio. *Bal. rub. C. de V. signif. in pr.* (*V.O.*

Interpretatio non potest variari. *Alex. l. qui ex plurib. ff. de*

Interpretatio contra delinquentem fit in causam duriorem. *Ang. & Alex. l. verum ff. de furt.*

Interpretatio ex verisimilitudine præfertur interpretationi in minorem partem fiendæ. *Abb. c. in nostra de testib.*

Interpretatio libelli obscuri non est necessaria, quando est vtilis actori. *Alex. l. scire ff. de V.O.*

Interpretatio concessa alicui potest fieri semel tantum, nō pluries. *gl. & Alex. l. quicquid ad stringenda ff. eod.*

Interpretatio capi debet, quæ pari formiter omnibus conueniat. *l. iam hoc iure ff. de vulg.*

Interpretatio cessat, vbi verba sunt clara. *leg. ille aut ille §. cùm in verbis ff. de leg. 3.*

4070. Interpr. priuilegii vel beneficii spectat ad principem. *l. Neratius ff. de reg. iur.*

Interpretatio in contractibus non debet fieri stricta in fauorem vnius, & in odium alterius. *l. Labeo ff. de V. sig.*

Interpretatio sumitur quandoque pro correctione. *leg. 1. §. qui operas ff. ad SC. Tertull.*

Interpretatio facienda, per quam delictum excluditur. *leg. merito ff. pro soc.*

Interpretatio plena fit in contractibus plenior in testamentis, plenissimæ in rescriptis. *gl. l. 3. V. beneficium ff. de const. Princip.*

Interpretatio rationabilis debet excludere omnem fraudem. *Bal. l. cum Aquiliana ff. de transact.*

Interpretatio ea sequenda est, quem vsus comprobauit. *l. minimè ff. de LL.*

Interpretatio ad subuertendâ iudicia distractorum est crudelis. *Sim. de Prat. de interp. vlt. Vol. fol. 3. n. 4.*

Interpretatio non debet fieri ad literam, sed ad sensum. *Bal. l. 3. C. de lib. prat.*

Interpretatio ducitur ex consequentiâ verborum. *l. fin. C. de her. inst.*

4080. *Interpretatio* legis operatur idem, quod ipsa lex. *l. ita fidei ff. de iur. fisc.*

Interpretatio prudentiæ inimica euitanda est. *id. cons. 34. nu. 100. Vol. 4.*

Interpretationem non recipiunt verba expressa & clara. *Inn. c. cùm clamor. in fi. de testib.*

Interpretationem certam quæ habuerunt semper, mutari non debent. *l. minimè ff. de LL.*

Interpretatione debemus vti congruâ. *l. item veniunt §. aptanda ff. de pet. her.*

Interpretandus est actus, magis vt valeat, quàm pereat. *l. quoties ff. de reb. dub.*

Interpretandi facultate alicui concessâ indefinitè, intelligi debet vniuersaliter, videlicet toties, quoties opus fuerit. *l. 3 ff. de adim. leg.*

Interpretandi iura mos antiquus. *§. 8. Inst. de iur. nat.*

Interpretando solemus recedere à proprietate verborum, vt mentem sequamur. *l. 3. C. de lib. prat.*

Interpretanda sunt in contractibus ambigua verba contra proferentem. *l. Labeo ff. de cont. empt.*

4090. Interpretanda est lex secundum vsum practicandi. *l. minimè ff. de LL. C. cum dilectus de consuet.*

Interpretari debet Princeps legem dubiam. *leg. leges C. de LL.*

Interpretari potest conditor legis, non alius. *l. fin. C. eod.*

Interpretari potest Imperator tantum, inter æquum & ius. *l. 1. C. eod.*

Interpretari non possunt verba habentia præcisam & determinatam significationem. *Anch. cons. 33.*

Interpretantur Iura communia & priuilegia generaliter loquentia sec. loci cõsuetudinem. *c. certificari. de sepult.*

Interpretantur verba dispositionis sec. communem vsum loquendi. *Abb c. 2. de verb.*

Interpretari debet relatio secundum id, quod fuerit relatum. *Paris. cons. 100. nu. 21. Vol. 1.*

Interpretari eius est, cuius est condere. *cap. ex multiplici. de decim.*

Inter priuatos non licet publicum compitum diuidere. *l. ex quo §. 3. C. de ædif. priu.*

4100. Inter priuationem & habitum non est dare medium. *l. 3. ff. de V. signif.*

Inter priuatos minus est consentire alii, quam propriâ authoritate facere. *l. si pater.*

Interrogans neque firmi quicquam asserit, neque sibi præiudicat. *gl. & DD. c. at si clerici. ex. de iud.*

Interrogans non confitetur. *Socy. cons. 112. nu. 21. V. 4.*

Interrogari potest seruus pupilli, ob eius vtilitatem. *leg. ad instruendam ff. de admin. tut.*

Interrogari non debet de conscientiâ alienâ, qui de se confessus est. *l. fin. C. de accusat.*

Interrogari non potest, qui non potest conueniri, & interrogatus non tenetur respondere. *Bal. l. sed si restituatur §. ex quib. ff. de iud.*

Interrogatio affirmat, non securâ responsione. *l. à D. Pio. §. sic quoque ff. de re iud.*

Interrogatio in iure necessaria est, cum in personam agitur. *l.1 in pr ff. de interrog.*

Interrogatio nulla est, si seruus interroget vel interrogetur. *l. si sine interrogatione ff. eod.*

4110. Interrogatio est pars substantialis stipulationis, quę debet præcedere. *l.1.§. si quis ita ff. de V.O.*

Interrogatio semel facta non potest iterum fieri. *Bal. add. Spec. de app. V. interrogatio.*

Interrogatio præsumitur procedere. *Bar. l. si sine ff. de interrog. act.*

Interrogationi obscuræ debet clarè responderi. *Bal. l. precib. C. de impub. & al. subst.*

Interrogationem sequi debet responsio. *Spec. de posit. lib. 2. part. 2. V. 7. nu. 6.*

Interrogationes hodie fiunt officio iudicis, non iure actionis vt olim. *Bar. l. 1. ff. eod.*

Interrogationes dicuntur fieri iniure, si fiunt coram iudice, licet non sedente pro tribunali. *Bar. l. voluit §. quod ait ff. eod.*

Interrogationes possunt fieri à parte & à iudice. *gl. cap. fin. 30. quæst. 5.*

Interrogationes fieri possunt quandocunq; suadet æquitas *l. vbicumque ff. eod.*

Interrogationes seruorum aduersus dominum non admittuntur. *l. Diuus Pius §. 1. ff. de quæst.*

4120. Interrogatoria actio hodie antiquata. *l. 1. §. 1. ff. eod.*

Interrogatoria possunt mutari & emendari. *Bal. l. edita C. de edend.*

Interrogatoria sunt referenda per iudicem, vt non admittat, nisi quæ pertinent ad declarationem intentionis. *Ang. l. si rem ff. de rei vend.*

Interrogatoriorum testibus fiendorum copia dari non debet parti, ne instruat testes ad sic respondendum. *Inn. c. per tuas de testib.*

Interrogatus deliberandi terminum postulare potest. *l. qui interrogatur. & seq. ff. de interrog.*

Interrogatus in iudicio & respondens dicitur quasi contrahere. *Bar. l. de statu ff. eod.*

Interrogatus respondens mendacium tenetur in totum, licet alias teneretur pro parte. *Bar. l. de statu §. si cum esset ff. de int. act.*

Interrogatus non respondens pro confesso habetur. *c. 1. de postul. prælat.*

Interrogato datur tempus ad deliberandum. *l. qui interrogatur. in fi. ff. de interrog. act.*

Interruptio impedit cursum præscriptionis. *Bar. leg. sequitur §. si viam ff. de vsu.*

4130. Interruptio præscriptionis in vno articulo non prodest. *DD. c auditis de præscript.*

Interruptio in hypothecariâ operatur etiam in principali, *l. fin. C. de annal. Except.*

Interruptio præscriptionis imperfectæ non prodest. *Spec. de præscript. §. 1. si post.*

Interruptio præscriptionis prodest soli interrumpenti, non aliis. *Bal. l. 2. C. de seruit.*

Interruptio contra vnum ex pluribus correis nocet aliis. *gl. & DD. l. fin. C. de duobus reis*

Interruptio possessionis fieri potest, aduersario absente. *l. 2. C. de annal. except.*

Interruptio in personali facta perpetuatur in hypothecariâ, & econtra. *l. 3. C. eod.*

Interruptio præscriptionis ab vno correorum facta prodest aliis. *l fin. C. de duobus reis stip.*

Interruptio viciat iustam causam vsucapiendi. *l. nemo ambigit C. de acq. poss.*

Interruptio est actus, quo cœptæ vsucapionis continuatio interpellatur. *l. nemo C. de acq poss.*

4140. Interruptio præscriptionis contra principalem videtur facta etiam contra fideiussorem. *Bar. l. si fideiussor, §. fin. ff. mand.*

Interruptio non fit per lit. cont. factum sine libello. *Spec. de exec. V. nunquid.*

Inter scientiam & nescientiam est crudelitas medium. *Minsing. in pr. Inst. de pœn. tem. lit. nu. 13.*

Inter seruos est ordo non differentia. *Vult. Inst. lib. 1. tit. 3. §. fin. in pr.*

Inter Si & Cùm non est differentia. *l. quodcumq §. fin. ff. de V. O.*

Inter simplicem loquelam & iuramentum DEVS non facit differentiam. *c. iuramenti. 22. q. 5.*

Inter socios sunt compendia æqualiter diuidenda. *l. 3. C. pro soc.*

Interuallum temporis viciat stipulationem. *l. 1. ff. de V. O.*

Interuallum modicum non viciat stipulationem. *ibid.*

4150. Interuallum temporis modicum non inducit diuersitatem actuum. *Bar. l. plerique ff. de rit. nupt.*

Interuallum non dicitur inter ea, quæ simul concluduntur. *Bal. l cum antiquitas C. de testam.*

Interuallum temporis non præsumitur, quando agitur de viciando actu. *Bal. l. 1. C. de oper. lib.*

Interuallum non vitiat contractum, qui post subhastationem expeditur. *Alex. l. 1 §. qui præsens ff. de V. O.*

Interuallum medii temporis modicum non viciat obligationem. *l. 1. §. qui præsens ff. de V. O.*

Interuallum vnius horæ arguit diuersitatem actus vel formæ. *Bal. l. fin. col. 4 C. de Ed. D. Adr. toll.*

Interuallum non recipit id, quòd pro formâ statuitur. *Card. clem. causam. de Elect.*

Interuallum temporis requiritur ad hoc, vt dicatur concessio geminata, geminata solutio & interpellatio. *cap. eam te. de rescript.*

Interuallum ædificiorum metuendum à fundamentis. *l. ex quo pace frui §. 2. C. de ædif. priu.*

Interuallum non viciat verborum obligationem. *leg. 1. ff. de V. O.*

4160. Interualla in Continuandis oneribus ea recusantibus non autem volentibus dantur, *l. Diuus Seuerus ff. ad municip.*

In-

Intervalla vetera platearum sunt seruanda. *leg. ex quo pace frui § 3. C. de ædif. priu.*

Inter velle & nolle est medium. *l. 1. ff. de tribut. act.*

Interuentu serui nominatio non fit, si extra rem peculiarem interuenit. *l. in persona ff. de pact.*

Interuertens rem pignori datam furtum committit. *l. si quis seruo ff. de solut.*

Interusurium medii temporis potest ab eo peti, qui negotiari consuetus est, *l. 2. § fin. ff. de eo, quod cer. loc.*

In testamentariis sequimur id, quod est nouissimum. *l. si hereditas ff. de tut.*

In testamento omissa accidentia non viciant scripturas. *l. si testamento C. de inst. & subst.*

In testamentis non fit nouatio. *Zas. l. ita stipulatas. num. 43. ff. eod.*

In testamentis vitanda ambiguitas. *l. hac consultissima. in pr. C. qui test. fac. poss.*

4170. In testamentis plenius voluntates testantium interpretamur. *l. in testamentis ff. de reg. iur.*

In testimoniis dignitas, fides, mores, grauitas examinanda est. *l. 2. & 3. ff. de fid. instr.*

Intestatus propriè non dicitur, qui mortuus est intestabilis. *Bal. Auth. præterea C. vnde vir. & vx.*

Intestatus mori dicitur, qui moritur seruus pœnæ. *Bal. l. & militibus. in fi. C. de test. mil.*

Intestatus non dicitur is cuius testamentum est ruptum. *Alex. cons. 114. Vol. 2.*

Intestatus non dicitur pupillus. *Cast. cons. 284.*

Intestatus videtur relinquere venientibus ab intestato. *leg. conficiuntur ff. de iur. Cod.*

Intestatus non dicitur, qui testamentum facit, sed nulliter. *Decian. cons. 48. nu. 82. Vol. 2.*

Intestatus quis quandoque pro parte esse potest. *l. nam & si parentibus § fin. ff. de inoff. test.*

Intestatus efficitur, qui abrogando prius testamentum nil voluit esse contrarium. *l. sancimus C. de testam.*

4180. Intestatus decedere non dicitur, qui testari non potest. *Roland. Passager. de success. ab intest. nu 2.*

Intestati causa cessat, dum speratur causa testati. *l. 1. C. unde liberi.*

Intestati causa trahit ad se causam testati, fauore liberorum. *l. hac consultissima §. 3. C. de testam.*

Intestati successio locum habet deficiente testamento. *l. 1. C. de her. instit.*

Intima per mores cognoscimus exteriores *gl. l. V. deserunt §. patronus. Inst. de rer. diuis.*

Intimare debet delatio appellationis, nec non termini præfixo, nec sufficit intimari præfixionem termini. *Card. clem. 1. in pr. de app.*

Intimari non debet appellatio non admissa. *glos. & Card. ibid. q. 18.*

Intimatio debet fieri in forma sua. *Card. ib. § idem.*

Intimatio debet fieri nomine eius, cuius interest. *Dec. c. 2. ext. de fid. instr.*

Intimatio intra tempus non sufficit, si est appellatum extra iudicium. *Card. clem. 1. q. 11. de app.*

4190. Intimatio app. non fit scienti. *Card. ib 17. q.*

Intimationis dies non computatur in termino. *gl. c. quisquis. 2. q. 8, Alex. l. 1. ff. si quis Caut.*

Intimationis solennitas debet probari per appellantem. *Card. ibid. 10. q.*

In totum, omnia, quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi verâ & certâ scientiâ perfici possunt. *l. in totum ff. de reg. iur.*

In toto pars continetur. *c. in toto. de reg. iur. lib. 6.*

Intra includit diem in termino vltimam. *Bar. l. 1. in pr. ff. de off. præf. vrb.*

Intra terminum Statutum debet accusator procedere, postea non auditur. *l. si ea C. de his qui accus.*

Intrare est actus prohibitiuus & turbatiuus. *l. iniuriarum §. fin. ff. de iniur.*

Intrare quis potest fundum alienum inuito domino venæ ferreæ vel similis causâ inueniendæ. *gl. l. 3. C. de metall. ar. lib. 11.*

Intrans punitur, licet exeat incontinenti. *Bar. leg. ait* §. *ait ff. de adult.*

4200. Intrans possessionem alienam etiam ignorantes, punitur, quia scit, non esse suam. *Bar. l. falsus* §. *qui alienum ff. de furt.*

In tranſactione non inſpicitur veritas, ſed dubius litis euentus. *l. Lucius* §. *fin. ff. ad Treb.*

Intrinſeca per extrinſeca cognoſcuntur. *Abb. c. ex ſtudiis. de præſumpt.*

Intrinſeca ſolennitas præſumitur. *l ſciendum ff. de V. O.*

Intrinſeca per extrinſeca cognoſcuntur. *cap. ex ſtudiis. de præſumpt.*

Intriplicato actu videtur eſſe maior deliberatio. §. *hoc DEO. Auth. quom oport. Epiſc.*

Introductum pro aliquo aduerſus eum torquendum non eſt. *l. 1.* §. *accedit ei C. de rei vx. act.*

Introductum ad compendium non debet ad diſpendium protrahi. *c. quod non nullis. de priuil.*

Introduci nequit differentia, vbi eadem eſt ratio. *l. certi ff. de her. vel act. vend.*

Intruſus nõ dicitur habens antiquiſſimam poſſeſſionem. *Mil. repert. lit. I. nu. 18.*

4210. Intruſus ſpoliari poteſt, licet non vocetur. *Marſil. rub. de prob. nu. 222.*

Intruſus eſt, quicumque beneficium iniuſtè ſcienter ingreditur & adminiſtrat. *c. eum qui. de præb. lib. 6.*

Intruſus non dicitur tolerari in poſſeſſione. *Bal. l. pen. C. de pign. act.*

Intruſus eſt, qui obtinet dignitatem à non habente poteſtatem illam conferendi *c. cùm dilectus. de purg. Con.*

Intruſus ſpoliari poteſt, etiamſi non vocetur. *Lap. c. fin. de Elect. lib. 6.*

Intuenda eſt magis res, quam verba. *l promittenda. in pr. ff. de iur. dot.*

Intuitiua probatio eſt priuilegiata tanquam apparens rei euidentia. *W eſenbec. conſ 58. nu. 14.*

In turpi voto mutãdum eſt decretum. *c. ſi aliquid. 22. q. 4.*

In-

In tutoris datione non leuissima, sed nouissima conditio spectanda. *l. tutor. ff. de tut.*

Inuadens rem sibi debitum tenetur. *gl. & Bar. l. si quis in tantum C. vnde vi.*

4220. *Inuadens* possf. vacantem propriâ authoritate perdit ius suum. *Bar. l. meminerint C. eod.*

Inuadens sine dolo non tenetur. *gl & Bar. l. si quis C. eod.*

Inuenire dicitur qui apprehendit. *DD. l. licet C. de acq. poss.*

Inuentis facile est addere. *l. 1. C. de vet. iur. enucl.*

In venditionibus non debet considerari affectus, sed æstimari, quanti res communiter valet. *l. precio C. ad l. Falc.*

In venditionis contractu potior is, cui res prius adita. *l. sine autem ff. de publ. in rem. act.*

Inuadens quod petere debuit, amittit rem. *leg. 1. § 3. Cod. de suffrag.*

Inualidæ nuptiæ conditionem non implent. *leg. pen. ff. quand. dies legat.*

Inuasor alienæ rei eam restituere debet domino, cum æstimatione eiusdem. *l. si quis in tantam C. vnde vi.*

Inuasor locorum tenetur pœnâ legitimâ. *l. inuasor C. eod.*

4230. *Inuasor* violentus, etiamsi dominus est, tamen ablatum restituere debet cum amissione rei suæ. *leg. si quis C. eod.*

Inuasor possf. clandestinæ tenetur. *gl. & Bar. ibid.*

Inuasor non refert quæstionem dominii. *Bar. l. si quis C. de præscript. 30. vel 40. ann.*

Inuasor rei Ecclesiasticæ potest conueniri coram iudice Ecclesiastico. *Bar. Auth. item nulla C. de Epis. & cler.*

Inuasor iniustus potest occidi. *Card. clem. 1. de homicid.*

Inuecta & illata coloni obligantur pro mercede domino scienti. *l. certi iuris C. de loc.*

Inuecta & illata in prædium vrbanum tacitè pro pignore sunt obligata. *ibid.*

Inuecta & illata per conductorem conductoris pro pensione obligantur. *l. solutum ff. de pign. act.*

Inuecta quandoque non obligantur. *leg. Pomponius ff. in quib. caus. pign.*

In-

*In*ueniens famoſum libellum, ſi manifeſtauerit, punitur capitaliter. *l.1.C.de tam.libell.*

4240. *In*uentarium fieri non eſt neceſſe, vbi tenuis eſt hereditarium. *Abb.c.de appellationib.de app.*

*In*uentarium nullum eſt non ſeruatâ iuris formâ, videlicet, ſi fiat non citatâ parte. *l.ſcimus C.de iu.delib.*

*In*uentarii confectionem teſtator heredi remittere nequit. *Bal.l.fin.§.cùm igitur C.eod.*

*In*uentarii non confecti exceptio impedit lit.cont. *Bar.l. fin.§.donec C.eod.*

*In*uentario legitimè confecto ab herede producto creditur. *Hercul.de negatiua.nu.256.*

*In*uentarium non conficiens heres tenetur vltra vires hereditarias. *l.fin.C.de iur.delib.*

*In*uentarium non conficiens heres perdit quartam. *Turzan. concluſ 19.*

*In*uentarium ſi tutor nō fecerit, in id, quod intereſt, tenetur. *l.tutor.in pr.ff.de admin.tut.*

*In*uentarium fit ab abſente intra annum. *l.ſcimus §. donec C.de iur.delib.*

*In*uent. fit à curatore. *l.tutores C.de admin.tut.*

*In*uent. eſt caput rationum. *Ang.conſ 144.*

4250. *In*uent. fit à curatore furioſi. *leg. cùm furioſus Cod. de cur. fur.*

*In*uent. fit à deliberante. *l.ſcimus §.ſin a.C.de iu.delib.*

*In*uent. fit ab herede abſente intra annum. *ib.§.3.*

*In*uent. fit ab herede dubio. *ib.§.2.*

*In*uent. fit ab herede præſente, mox cùm potuerit. *l.tutores C.de admin.tut.*

*In*uent. fit à matre naturali tutrice liberorum. *Auth.adhæc C.quand.mul.tut.off.*

*In*uent. fit à matre præſente intra tres menſes. *leg.ſcimus §. donec C.de iur.delib.*

*In*uent. fit à tutore. *l.tutores C.de admin.tut.*

*In*uent. fit à tutore iubente iudice, licet teſtator prohibeat. *l.fin.§.1. C.arbit.tut.*

4260. *In*-

4260. *I*nuent.fit ab vſufructuario. *leg ſcimus* §. 2. *C. de iu.delib.*

*I*nuent.fit per procuratorem inſtructum.*ibid.*§.3.

*I*nuent.fit inſtrumentorum. *l. tutores C.de adm.tut.*

*I*nuent.fit omnium rerum pupilli vel minoris.*ibid.*

*I*nuent.fit omnium, quæ de nouo acquiſita ſunt furioſo. *l.cùm furioſus* §.*tali itaque C.de cur.fur.*

*I*nuent. fit earum rerum, quas teſtator tempore mortis habuit.*l ſcimus* §.2.*C.de iur.delib.*

*I*nuent. fit antequam tutor vel curator attingat res pupillares.*l veteris* §.1.*C.arb.tut.*

*I*nuent.fit in abſentiâ creditorum. *leg. tutores Cod.de admin.tut.*

*I*nuent. fit malignitate omni retinendi aliquid remotâ *l ſcimus* §.2.*C.de iur.delib.*

*I*nuent.fit coram Notario. *ibid.*

4270. *I*nuent.fit in præſentiâ legatariorum.*Auth.ſed cùm C.ad l. Falcid.*

*I*nuent.fit ſub præſentiâ publicarum perſonarnm. *leg. ſcimus C.de iur.de lib.*

*I*nuent. fit in præſentia tabulariorum, eorumque qui in confectione requiruntur.*ibid.* §. 2.

*I*nuent. fit publicè. *l.fin.C.arb.tut.*

*I*nuent.fit cum omni ſubtilitate, *leg. cùm furioſus* §. *& ſi quidem C.de cur.fur.*

*I*nuent. fit ſubſcriptione heredis vel tabularii ſpecialis nomine eius,ſi ignoret literas.*l.ſcimus* §.2.*C.de iu.del.*

*I*nuent.fit tabellione vno præſente. *leg. tutores Cod.de admin. tut.*

*I*nuent.fit tabellionibus tribus præſentibus. *l.ſcimus* §.2. *C.de iur.delib.*

*I*nuent.fit coram tribus teſtibus nomine abſentium legatariorum.*Auth.ſed cum C.ad l.Falcid.*

*I*nuent.fit in locis,vbi res ſunt poſitæ. *leg. ſcimus* §.2.*C.de iur. delib.*

4280. *I*nuent.fit in prouinciis. *ibid.* §.*donec.*

*I*nuent.fit in vrbe,*ibid.*

In-

Inuent. fit mox quàm ordinati sunt tutores vel curatores. *leg. cùm furiosus C. de admin. tut.*

Inuent. fit intra 30 dies à die scientiæ. *leg. scimus §. 2. C. de iur. delib.*

Inuent. fieri non debet per monasterium, monachi cum liberis intestato mortuo. *Auth. si qua C. de SS. Eccles.*

Inuent. priuatim factum non valet. *Nou. 94. c. 2.*

Inuent. minui vel mutari nequit tutore. *l. lex quæ tut. res vers. ante C. de admin. tut.*

Inuent. non viciatur Crucis signi omissione. *leg. scimus §. 2. C. de iur. delib.*

Inuent. non viciatur solennitatis leuis omissione. *ibid.*

Inuent. remitti potest specialiter à testatore. *l. tutores C. de adm. tut.*

Inuent. remitti nequit in præiudicium creditorum. *l. fin. C. arbit. tut.*

4290. Inuent. subuerti potest per probationes legitimas creditorum hereditariorum. *l. scimus §. licentia Cod. de iu. del.*

Inuent. tutoris apud acta conficiendum, dicitur insinuatum. *Auth. si omnes C. si min. ab her. abstin.*

Inuentarii confectio impedit præscriptionem temporalē. *l. scimus §. donec C. de iur. delib.*

Inuentarii confectio remitti, non potest vsufructuario, per testamentum. *l. 1. C. de vsufr. & habit.*

Inuentarii confectione durante nulla actio aduersus heredem instituī potest. *l. scimus §. donec C. de iur. delib.*

Inuentarii omissio non obligat militem soluendo solidum. *ibid. §. fin.*

In Inuentario inscripta præsumuntur eius esse, cuius nomine illud factum est. *l. fin. in pr. C. arb. tut.*

Inuentum non dicitur, nisi apprehensum. *l. si Barsatoram C. de fideiussor.*

Inuent. dicitur, quo bona inuenta scribuntur. *gloss. & Car. cle. quia contingit § illi. de relig. dom.*

Inuentarii exceptio dicitur dilatoria iudicii & solutionis. *Bar. l. fin. §. donec C. de iur. delib.*

4300. In-

Inuent. non tenetur facere curator ad litem certam datus, vel ad certam. *Spec. de act. V. puberes.*

Inuentarii tempus non potest per iudicem breuiari. *Bar. L. 2. ff. de re iud.*

Inuentarii conficiendi tempus currit heredi à die aditionis. *Cyn. Bar. Bal. & DD. l. fin §. fin a. C. de iu. del.*

4320. Inuent. tenetur facere tutor à principio, & tutelâ finitâ censuram reddere. *Ang. conf. 175.*

Inuent. per tutorem fieri potest etiam die feriatâ. *Bal. leg. actus C. de feriis.*

Inuent. per tutorem fieri potest etiam antequàm satisfiet. *Bal. l. fin §. 1. C. de iu. del.*

Inuent. fieri debet, etiamsi vna res tantum sit in hereditate. *Bar. l. si vacantia § quod vulgò C. ad l. Falc.*

Inuent potest reprobari per creditores. *Bal. l. fin. §. licentia C. de iur. delib.*

Inuentarii confectio debet fieri sumptibus hereditatis. *leg. fin. C. eod.*

Inuent. requirit tres testes loco legatariorum absentium. *gl. & Bal. l. fin. §. 1. C. eod.*

Inuent. coram delegato fieri potest. *Bal. Auth sed cùm testator. col. pen. C. ad l. Falcid.*

Inuent. cùm fit per procuratorem, debet ab ipso subscribi. *DD. l. fin. C. de iu. del.*

Inuent. vnicum fieri debet de rebus existentibus in diuersis territoriis, & non plura. *ibid.*

4330. Inuent. non requirit decretum iudicis. *ibidem § cùm igitur.*

Inuentario contradicere non possunt creditores citatione legatarii. *ibid.*

Inuent. debet fieri de rebus cum earum æstimatione & preciis. *Bar. & Bal. l. fin. C. de mag. conuen.*

Inuent. non legitimè factum non irritat tutelam. *Bar. leg. fin. C. eod.*

Inuentario poni debent bona mobilia & iura. *ibid.*

Inuent. tutoris debet edi solùm in particulâ, de qua est quæstio. *Bal. l. fin. C. de precib. Imp. offer.*

Inueſtitura feudi communis poteſt concedi alicui per vnũ ex ſociis. *Bal.c.item ſciendum.de nat feud.*

Inueſtitura eſt ſtricti iuris. *Cacher. deciſ. Pedemont. 23. num. 14.*

Inueſtitus debet habere eodem iure, quo habebat veſtiẽs. *Bal.c.1.§.item eadem.de nat feud.*

Inueſtitura fit de conſuetudine. *Bal. Auth.hoc amplius C. de fideicom.*

Inueſtitura intelligitur ſecundum infeudationem. *Bal.c. 1.in fi.quib.mod.feud.conſt.pot.*

Inueſtitura ſimpliciter conceſſa intelligitur etiam pro herede inueſtiti. *Bal.ibid.*

Inueſtitura noua non requiritur in filio, in quo etiam viuo patre intelligitur eſſe feudi poſſeſſio. *Bal.l.cum antiquiorib.C.de iur.delib.*

4360. Inueſtitura feudi facta per Prælatum electum, nõdum confirmatum non valet, licèt poſtea confirmatio ſuperueniat. *Bal.c.1.qui ſucc.dic.2.col.*

Inueſtitura metu facta ipſo iure nõ valet. *Bal.rub.de contr. inu.col 1.in vſib feud.*

Inueſtitura per procuratorem poteſt peti, concedi, & recipi, etiam cum iuram. fidelitatis. *Bal. cap.1.col. vlt. quo temp. mil.*

Inueſtitura per procuratorem domino acquiritur. *c. accedens.de prab Bal.l.1 C.quand.lic.ab empt.*

Inueſtitura non poteſt concedi excommunicato. *Hoſt.c. inſinuante de off deleg.*

Inueſtitura per annulum acquirit q. poſſ. in corporalibus. *Bal l.voluntas C.de fideicom.*

Inueſtitura ex vna causâ non valet ex aliâ. *leg ſi de certâ C. de tranſact.*

Inueſtitura per heredem vaſalli intra quinquennium non petatur. *Alex conſ.79.Vol.1.*

Inueſtitura feudi prodeſt etiã abſenti. *Rot.deciſ.104.innou.*

Inueſtituræ forma antiquitus conſtituta non poteſt mutari per dominos in præiudicium tertii. *Dec.conſ.85.col. 3.& conſ.193.col.2.*

4370. *Inuestitura per solum Prælatum concedi potest, etiam sine Capitulo. Bal. l. pen, in pr. C. ad Trebell.*

Inuestitura corporalis in feudis requiritur, alias poss. non transfertur. Bal. l. 3. C. vt in poss legat.

Inuestitura noua non facit desinere feudum paternum. Bal l. fin. C. de suus & legit.

Inuestitura generalis intelligitur scilicet de iustè possessis. Bal l. cùm oportet 3. col. C. de bon. quæ lib.

Inuestitura requiritur in emptione feudi de consuetudine. Bal. rub de contr. empt 2. & q. 17.

Inuestitura fit etiam per traditionem instrumentorum. l. 1. C. de don. Bal. c. 1. quid sit inuest.

Inuestitor non potest esse testis in causâ feudi. Bal. c. si duo, de pac. ten.

Inuestitura debet constare per publicum instrumentum. Bal l. 2. § fin. C. com. de l. g. lect antiq.

Inuestitura præsumitur post annum. c. 2. si de inuest.

Inuestitura de descendentibus post mortem feudatarii intelligitur facta de feudo antiquo. Cast. cons. 152.

4380. *Inuestituræ tenor & verba sunt attendenda, & derogant omni consuetudini feudorum. Dec. cons. 194. Brun. cons. 9. Vol. 1. (cons. 161. col 6.*

Inuestitura tacita resultat ex patientiâ superioris. Castrens.

Inuestitura de beneficio facta in conspectu beneficii post collationem transfert poss. Abb. c. cum aliquib. de reiud.

Inuestitura à patre facta ab herede præstanda & seruanda est. l 3. C. de reb. alien. non alien.

Inuidiosum est, litis causâ Imperatorem instituí heredem. l. Imperatorem ff. de her. instit.

Inuidia inter fratres vt tollatur, interdum pater reuocat donationem alteri filiorum factam. Spec. de don. V. item pone pater.

4390. *Inuidia est arbor, cuius radix est maleuolentia, frondes ira & odium, flores derisio, fructus æmulatio & detractio, folia liuor & pallor. Archid. c. aliàs 25. dist.*

Inuestitura prima non inducit dispositionem, vbi cetera desunt, quæ debent adesse. l. directis C. de test. manum.

Inuidioſum amittit vigorem caducorum obſeruatio. *l.1. C.de cad. toll.*

Inuitus agere cogitur diffamans. *l. diffamari C.de ingeng. manumiſſ.*

Inuito nemini bon.poſſ.acquiritur. *l.bona ff.de bon poſſ.*

Inuidia vicini impedit quandoque ædificationem. *leg.ex quo pace frui §. & hoc quidem C.de ædif.priu.*

Inuita filia redire ad maritum non cogitur. *l. ſi vt proponis C.de don.int.vir.& vx.*

Inuitâ vxore alienare non licet rem dotalem. *l.1.C.de ſeru. pig.dat.*

Inuitus compelli ad communionem nemo poteſt. *leg. ſi non ſortem ff.de cond.indeb.*

Inuitus dans dediſſe non videtur. *l.ſi ſeruo ff.de her.inſt.*

Inuitus defendere nemo cogitur. *l.inuitus ff.de reg.iur.*

Inuitus faciens aliquid non tenetur, *l.1.§.fin.ff.de aut.tut.*

Inuitus liberari poteſt. *l.ſi Stichum §.fin.ff.de Nouat.*

Inuitus vendere non cogitur creditor. *leg. quamuis ff. de pig. act.*

4400. Inuitus accuſare nemo cogitur. *l.ſi quis homicidii. C.de accuſ.*

Inuitus cogitur accuſare maleficium. *l fin.C.de malef.*

Inuitus accuſare cogitur iure veteri. *l.ſi quis C.de accuſ.*

Inuitus accuſare debet, ſciens reum criminis in poſſ. ſuâ latitare. *l.2.in pr.C de his qui latron.*

Inuitus adcreſcendi ius habere debet. *l.1. §.his ita definitis C.de cad.tollend.*

Inuitus agere nemo cogitur. *l. diffamari C. de ingen.man.*

Inuit.bon.poſſ agnoſcere nemo cogitur. *l fin.C.vnd.legit.*

Inuitus cogi poteſt alienare iuſto precio, ex certis cauſis. *l. inuitum C de contr.empt.*

Inuitus comparare vel diſtrahere cogendus non eſt. *ibid.*

Inuitus contrahere nemo compellitur. *leg.nec emere C.de iur. delib.*

4410. Inuitus curator eſſe debet libertus. *l. libertos C.de excuſ tutor.* (*C.eod.*

Inuitus curator nullus eſt eius, cuius tutor fuit. *l. curator*

Inuitus curatorem ad lites accipere tenetur. *l.1. C. qui pet. tut. vel cur.*

Inuitus defendi potest *l. principaliter C. de lib. caus.*

Inuitus diuerti nemo in communione vel societate potest. *l. fin. C. com. diuid.*

Inuitus distrahere non compellitur. *leg. in vendentis C. de cont. empt.*

Inuitus donationem non accipit. *l. nec emere C. de in. delib.*

Inuitus donare non potest *l. nec ignorans C. de donat.*

Inuitus emancipari potest iustâ de causâ. *l. 3 C. de emancipat. liberor.*

Inuitus emere nemo cogitur. *l inuitum C. de cont empt.*

4420. Inuitus extrahi ex Ecclesia nemo debet. *leg. 2. C. de his, qui ad Eccles confug.*

Inuitus heres esse nemo potest. *l. nec emere C. de in. del.*

Inuitus heres esse cogitur, si necessarius sit. *ibid.*

Inuitus hereditatem damnosam adire non cōpellitur. *ib.*

Inuitus iudex non cogitur iudicare contra absentem. *l. 1. C. quom. & quand. iud.*

Inuitus iura in litem non cogitur. *l. 1. & 2. C. de in lit. iur.*

Inuitus nemo cogitur locare. *l. ne cui liceat, C. de iur. emph.*

Inuitus procurator esse cogitur, in causâ pauperum. *l. inuitus C. de procurat.*

Inuitus testis esse quis cogitur aduersus etiam amicos. *leg. fin. C. de fid. instrum.*

Inuitus ad testimonium aliquis non cogitur. *ibid.*

4430. Inuitus testimonium dicere quis cogitur, etiam in pecuniariâ causâ. *l. si quando C. de testib.*

Inuitus nemo cogitur vendere. *l. inuitum C. de cont. empt.*

Inuitus cogitur vēdere ex causâ. *l. 1. §. 1. C. de com ser. man.*

Inuitus auus emancipare non tenetur. *l. 4. C. de eman. lib.*

Inuitus beneficium accipiens, duplex beneficium accipere videtur. *l. cùm constitutio §. 2. C. de test. man.*

Inuitus contumax cogi potest, vt se repræsentet. *l. consentaneum C. quom. & quand. iud.*

Inuitus creditor cogi non potest, vt personali agat, quàm pignoratitiâ *l. persecutione C. de pig. & hypoth.*

Inuitus creditor prior cogi non potest posteriori soluere. *l. prior. C. qui pot. in pig. hab.*

Inuitus curialis cogitur ædificare de nouo in suâ vrbe, vel veteres ædes reparare. *l. singularum C. de ædif. priuat.*

Inuitus debitor delegari non potest. *l. nec creditoris Cod. de nouat.*

4440. Inuitus filius emancipari nequit. *l. pen. C. de emancip. lib.*

Inuitus filius non datur in adoptionem. *l. pen. C. de adopt.*

Inuitus filius non potest à patre in matrimonio coniungi. *Nou. 22 c. 19.*

Inuitus libertus morari cum patrono non cogitur. *ibid.*

Inuitus redemptor liberari debet redemptum precio redemptionis à quolibet oblato. *l. cùm & postliminii C. de postlim. reu.*

Inuitus reus duci potest, si legitimè citatus non veniat. *l. consentaneum C. quom. & quand.*

Inuitus seruus manumitti potest. *l. pen. C. de eman. lib.*

Inuiti & ignorantis conditio melior fieri potest. *l. soluere ff. de solut. & liber.*

Inuito beneficium non datur. *l. 2. C. de iur. emphyt.*

Inuito libertas datur. *l. fin. §. 2. C. de test. manumiss.*

4450. Inuito quod fit, ei melius videri fieri non potest. §. *si quis agens. Inst. de actionib.*

Inuito aliquo quod factum est, si non comprobârit, non præiudicat. *l. in causa cognitione ff. de procur.*

Inuito patrono libertas nubere alteri non potest. *l. libertas C. de oper. libert.*

In inuitum redditur iudicium. *l. cùm non solùm. in fi. C. de bon. qua lib.*

Inuiti parentes emancipare non coguntur. *l. 4. C. de emancipat. lib.*

Inuitis adcrescit portio repudiantium. *l. testamento C. impub. & al. substit.*

Inuito te possum facere, quicquid possum te inscio. *Bar. l. qui potest ff. de reg. iur.*

Inuitis multa bona præstantur. *Alex. l. quamuis ff. sol. mat.*

Inuito non auferturius acquisitum. *Spec.de obl & sol.§.1& V item pone.*

Inuitus quis non eligitur ad Prælaturam vel Episcopatū. *Alex.l.dotem ff.sol mat.c.fin.de postul.prælat*

4460. Inuitus quis extrahi de domo ruente potest impunè. *Alex l.quamuis ff.sol mat.c.ipse 23.q.4.*

Inuito infirmo potest quis soluere pro eius liberatione ab infirmitate *gl.c.1.83.dist.*

Inuito patre potest quis soluere expensas pro studio filii. *gl.sed.& Iuliana §.fin.ff ad SC.Maced.*

Inuiti non consentiunt *l.1.§.1.ff.de pact.*

Inuiti testimonium dicere non coguntur,nempe senes valerudinarii,milites. *l.inuiti ff.de testib.*

Inuito operam suam ingerens suspectus est.*l.quæ omnia ff. de procur.*

Inuitus quis cogitur consummare litem, quam incepit. *l. properandum §.pen.C.de iud.*

Inuitus nemo cogitur crescere.*c.vbi ita didicisti.dist.74.l. sicut C.de act.& oblig.*

Inuitus procurator dari nequit.*l.inuitus C.de procur.*

Inuitus dicitur, non qui non consentit, sed qui contradicit.*Cuiac.obs.24.lib.2.in fi.*

4470. Inuitæ nuptiæ habent difficiles exitus. *c.veniens. ext.de sponsal.*

Inuitis nobis alius res nostras retinere non debet.*leg filiofam.§.maritum ff.sol.mat.*

Inuitans aliquem ad cœnam, si pœniteat, & neget cœnam,tenetur de dolo.*Abb.c.fin.de prec.*

In vltimis voluntatibus conditio impossibilis vel turpis non consideratur.*l.reprehendenda C.de inst.& substit.*

In vltimis voluntatibus benigna interpretatio facienda. *l. 1.C.de legat.*

Inundatio integræ rei excusat emphiteuticarium à canone.*l.1.C.de iur.Emphyt.*

Inundatio Nili reddit quosdam ditiores.*l.2.C de alluu.*

Inundatio speciem fundi non mutat. *leg.adeò ff. de acq. rer.dom.*

In-

Digitized by Google

In vniuerſalibus precium ſuccedit loco rei, non autem in particularibus. *l. Imperator §. fin. ff. de leg. 3.*

Inuocatio diuini nominis ab homine diuerſæ ſectæ videtur fieri in contemptum. *l. Iudæos C. de Iud.*

4480. *Inuocatio* diuini nominis ſemper fieri debet. *Abbc. in nomine 23. diſt.*

Inuocatio omiſſa non viciat inſtrumentum. *Fel. c. 1. de fid. inſtr. Caſtr. l. iuris gentium ff. de pact.*

Inuocatio nominis Mahometici fieri non debet. *Card. clem. 1. de Iud.*

In voluntaria non puniu ntur. *l. pen. ff. de pub. & vect.*

In voluntariis præſtationibus nemo exiſtit neceſſarius. *Egid. Thom. tract. de collect.*

In vſu eſt, quod domi eſt vſui. *Alc. l. in lege cenſoriâ. nu. 13. ff. de V. ſignif.*

In vſucapionibus non de momento ad mementum, ſed totum poſtremum diem computamus. *leg. in vſucapionibus ff. de vſurp.*

In vſucapione dies continuus eſt. *l. 3. ff. de vſucap.*

Inutilæ pupillo admittenda non ſunt. *l. cum furioſus §. etſi quidem C. de cur. fur.*

Inutile quod eſt ab initio, non poteſt conualeſcere. *l. quod ab initio ff. de reg. iur.*

4490. *Inutile* quod eſt confirmatur ratihabitione. *l. 2. C. com. vtr. iud.*

Inutile ab initio longo tempore confirmatur. *l. 3. in pr. C. ſi mai. fact. alien. fact.*

Inutile habetur quandoque pro vtili. *l. 1. C. de rei vx. act.*

Inutile confirmatur per vtile. *ibid.*

Inutile viciatur, non viciat. *l. 1. C. de cont. empt.*

Inutile eſt teſtamentum, in quo nemo heres inſtituitur. *§. in primis. Inſt. de fideicom.*

Inutilis confirmatio non tollit vtiliter datum. *l. pen. §. 1. C. de neceſſ. ſerv.*

Inutiliter actus voluiſſe multiplicare nemo, præſumitur. *l. 3. ff. de teſt. mil.*

Io.

Iocus, per quem peruenitur ad crimen, est prohibitus. *leg. nam ludus ff. ad l. Aquil. Card. clem. 1. §. fin. de vsur.*

Ioco dicta non valent nec obligant. *Tyndar. de testib. cap. 10. num 2.*

Ioco factus contractus neminem obligat. *ibid. num 5.*

Ioco manumittere non licet. *l sicut C. de liber. caus.*

Ioci habentur pro superuacuis. *l qui extrinsecus ff. de verbor. obligat.*

Ioci non impediunt obligationem. *ibid.*

Iocosus actus non disponit. *l diuus ff. de testam.*

Iocosa stipulatio non valet. *leg obligationum substantia §. vlt. ff. de V. O.*

Iocosè verberans non tenetur, nisi excedat modum. *l. illud ff. de iniur.*

Iocalia data sponsæ à consanguineis suis vel mariti, præsumuntur data sec. consuetudinem loci. *Bal. l. 2. C. de iur. dot.*

Iocalia matri à filio non debentur. *Bal. & DD. l. 1. §. praterea ff. de tut. & rat. distr.*

Iocalia, vt testes, annuli, & similia præsumuntur esse vxoris, quamuis sint apud maritum. *Pet. de Sun. l. ob maritorum C. ne vx. pro mar.*

Iocalia vxoris mortuæ cedunt lucro viri, qui debet ea cõmunicare fratribus suis sociis bonorum. *Bal. l. cùm te C. de don. ant. nupt.*

Iocalia donata vxori à consanguineis viri non perdit vxor per transitum ad secunda vota, licet alia lucra facta à viro non perdat. *Lud. Pont. cons. 473.*

Iocalia dicuntur aduentitia, & possunt legari vel donari per filiamfam. viduam ad pias causas, sine patris consensu. *Cast cons. 125.*

Iocalia data vxori filii à patre eodemque socero, vt testes imputantur filio in legitimam in bonis patris. *Alex. cons. 30. Vol 4.*

Iocalium donatio facta vxori à viro reuocatur per pignorationem eorum factam postea per virum. *Bal. l. si maritus C. de don. int. vir. & vx.*

Ioculator non potest esse testis. *l. Cassius ff. de senat.*
Ioculator non potest promoueri ad sacros ordines, nisi sit minor. *Bal. l pen. C. de infam.*
Ioculator non est infamis. *Bal. l. pen. C. eod. tit.*
Iocando non fit iniuria. *l. illud ff. de iniur.*

IP.

Ipsa acceptilatio inutilis in expresso etiam inutilis est in tacito. *l. & per iusiurandum ff. de acceptil.*
Ipso iure quis actionem non habet an per exceptionem infirmetur, nihil interest. *l. nihil interest ff. de reg. iur.*
Ipso iure nulla est sententia lata aduersus minores indefensos. *l cum & minorum C. si adu. rem iud.*
Ipso facto quando pœna imponitur, requiritur actus perfectus. *Paul. de Eluaz. clem. 1. de stat. mon.*
Ipso iure plus quàm semel deberi non potest. *l. qui bus ff. de V. O.* (*de legat.*
Ipsis rebus & non verbis legem imponimus. *leg. 2. C. com.*

IR.

Ira iusta mitigat pœnam legalem. *Vasq. contr. illust. lib. 1. cap. 18. num. 40.*
Ira mouet rationem. *Vasq. ibid. nu. 34.*
Ira animi iudicium impedit. *Auth. de appell. §. 93.*
Ira excusat à culpa. *l. 3 ff. de diuort.*
Ira comparatur insaniæ. *Foller. de censib. num. 57.*
Ira & furor non tranctantur sermone humili. *Spec. de Aduoc. §. 5. V. deinde.* (*uort.*
Ira vel iracundia facit contractum non valere. *l. 4. ff. de di-*
Ira minuit delictum. *ibid.*
Ira est initium insaniæ. *Cantiuncul. cons. 25. num. 34.*
Ira in sententiando facit executionem sententiæ differri. *Spec. de Exec. sent. §. 4. V. porrò.*
10. Ira placatur meritis. *§. fin. Inst. de iniur.* (*11. q 3.*
Ira impedit animum, ne possit cernere verum. *c. ira enim.*
Ira domini præsumitur mitigata meritis seruorum. *leg. in ipsius C. fam. herc.*
Ira vana fine viribus. *Nouell. 26. c. 1. §. 1.*
Ira flectitur modica dilatione. *l. si vindicari C. de pœn.*
Ira animi iudicium impedit. *Auth. de appell. §. 93.* Ira

Irâ factum ratum non est, nisi perseueretur. *l. quicquid calore ff de reg. iur.*

Iracundia impedit confessionem. *gl. c. ex literis. de diuort. Fel. c sicut de iureiur.*

20. Iracundia periuramentum non purificatur. *l. 2. C. ad l. Iul maiest. c. sicut. de iureiur.*

Iracundia nō excusat delictum. *l. si non conuitii C. de iniur.*

Iracundia facit delictum mitius puniri. *l. famosi C. ad leg. Iul. maiest.*

Iracundia facit venditionem non valere, nisi perseueratam. *Bar. l. quicquid ff de reg. iur.*

Iracundia facit blasphemiam mitius puniri. *Archid. cap. quicquid. 23 q. 5.*

Iracundia vel tumultatio mentis impulsu facta donatio Ecclesiæ vel pauperibus valet. *c sunt qui opes. 27. q. 4.*

Iracundia facit accusationem posse aboleri. *l 2. C. de abolit.*

Iracundia impedit electionem. *c. auditis. de Elect.*

Iracundia facit diuortium non valere. *ibid.*

Iracundia facit licitationem non valere. *l. licitatio. in pr. ff. de publicam.*

30. Iracundia non præsumitur ex delicto geminato, sed ex deliberatione. *gl c si quis iratus 2. q. 3.*

Iracundia excusat à culpâ *gl. l. 3. ff. de diuort.*

Iracundiæ calore facta confessio non tenet. *gl. c. Ex literis. de diuort.*

Iracundiæ calore dictum vel factum non debet imputari. *Spec. de præsumpt. V. sed pone.*

Iracundiæ calore factum pro imperfecto haberi debet *l. 2. C. ad l. Iul. maiest.*

Iracundus potest capi in bonam & malam. *Innoc. c. dudum ex. de Elect.*

Iratus aliquid faciens facilè præsumitur mutasse factum ob merita accepta. *l. in ipsius C. fam. herciſc.*

Iratus aliquid dicens non punitur. *Imol. c. fin. de confess.*

Ira comparatur insaniæ. *Foller. de censib. num. 57.*

Iratus aliquid dicens non punitur. *Imol. c. fin. de confess.*

Ira-

*I*rati contractus valet quoad piam causam. *c. sunt qui opes. 17. quæst 4.*

*I*rati confessio nil valet. *Abb. c fin. de confess.*

*I*rrationabilis fauor dicitur odium. *l. maximum vicium C. de lib prætor.*

*I*rrationabilis consuetudo est extirpanda. *capit. quanto. de consuetud.*

*I*rrationabilia sunt restringenda. *Bal. leg. nam vt ait, num. 1. ff. de LL.*

*I*re per alienum agrum, inuito domino nemo potest. *l. pen. C. de seruit. & aq.*

*I*re per itinera sine metu aut periculo publicè vtile est. *l. 1. §. 1. ff. de his qui effud.*

*I*rregularis non est, qui percutit & non cecidit. *Bal. add. Spec. de accus. V. rigor.*

50. *I*rregularis non est corpore vitiatus. *Inn. c. ad audientiam de homicid.*

*I*rregularis clericus potest confirmari in Prælaturâ. *Bar. l. Barbarius ff. de off. præt.*

*I*rregularis est mandans homicidium fieri. *Innoc. & Host. c petitio. de homicid.*

*I*rregularitas non contrahitur, si quis casualiter Occídat alium. *Bar. l. illicitas §. sicuti ff. de off præsid.*

*I*rregularitas contrahitur per imperitiam occidendo. *DD. c. tua nos. de homicid.*

*I*rregularitas etiam sine culpâ contrahitur. *gloss. & Card. clem. 1 28. q. de homicid.*

*I*rregularitas nonnunquàm contingit ex acto. *cap sententiam. ext. ne cler. vel monach.*

*I*rregularitas requirit actum completum. *Bal. add. Spec. de accus. V. rigor.*

*I*rregularitas incurritur etiam pro homicidio meritorio. *Corn. cons. 57. Vol. 4.*

*I*rregularitas soluitur morte. *Pont l. 4. §. Cato ff. de V. O.*

60. *I*rregularitas contrahitur, quando aliquis ministrat in ordine quem habet. *c. 1. & 2. de cler. non ord.*

*I*r-

Irreprehensibilis esse debet, cui necesse est præesse corrigẽdis *c.1.dist.6 c.1.dist.90.*

Irretari non debet, quod per Principem factum est. *Arch. dist.63 §. Verùm.*

Irrigantur agri in Asiâ aquâ colidâ. *l 1.§. idem Labeo. ff. de aq quot.& astiu.*

Irritum fit errore personæ factum. *l. si per errorem ff. de iurisd omn.iud.*

Irritum dicitur, quod confirmari non potest. *Bal. Auth. non licet C de lib prat.*

Irritum ipso iure interdum petitur irritari, *Spec. de teste §. 3. V. est & alio.*

I s.

Is, qui rem fruendam conduxit, illam alii locare potest. *l. nemo C. de locat.*

Is iudicat de vitâ alterius, qui non habet, quod puniat in seipso. *c iudicet 3 q.7.*

Is, qui domi est interdum, potest vocari in ius. *l. sed & is ff. de in ius voc.*

Is videtur dolo malo facere, qui ex alienâ iacturâ lucrum quærit. *l. si quis ff de inst act.*

Is, qui aliud facit, quàm à Prætore decretum est, nihil agit. *l. si pupillorum ff. de reb. eor.*

Is, qui testamenti factionem habet, pro herede vsucapere potest. *l. fin ff. pro hered.*

Is pro donato vsucapit, cui donationis causa est tradita res, nec sufficit opinari, sed oportet esse donatum. *leg. 1. ff. pro don.*

Is dicitur condemnatus, qui ritè condemnatus est, vt sententia valeat. *l. si se non obtulit ff. de re iud.*

Is in vincula coniiciendus non est, qui fideiussores dare paratus est. *l. Diuus ff. de cust. reor.*

10. Is dicitur destitisse, qui deposuit animum prosequendi, non qui aliquantisper distulit. *Bal. leg. fin. C. ad SC. Turpill.*

Is abeſt, qui in iure non eſt. *l. dies §. prætor ff. de dam. inf*

Is, qui à tribunali abeſt, dicitur abeſſe. *leg. non tantum ff. de adopt. libert.*

Is abeſſe non dicitur, qui ad tempus peregrinans abeſt. *leg. prædia ff. de fund. inſtr.*

Is eſt improbus, qui vult iterum conſequi, quod accepit. *l. ſi quis dolo. in fi. ff. de re iud.*

Is probat ætatem, qui in ea fundamentum conſtituit. *leg. cùm te. C. de prob.*

Is, qui non præuidet, quod præuidere debuit, eſt in culpâ. *l. qui occidit ff. ad l. Aquil.*

Is, qui nunquam natus eſt, non decedit. *Menoch. conſ. 171. numer. 2.*

Is, non dicitur velle, qui concedit, quod ignorat. *idem conſ. 191. num. 45.*

Is debet probare ætatem, qui ſe fundat in ætate. *Fulu. Poc. de prob. lib. 1. cap. 24. nu 4.*

20. Is facere dicitur, cui us nomine fit. *Bertrand. conſ. 193. num. 30. Vol. 5.*

Is, qui olim poſſedit, præſumitur hodie poſſidere. *Soccyn. conſ 15. num. 1. Vol 4.*

Is non dicitur decedere, qui nunquam fuit. *Decius conſ. 426 num. 4.*

Is, qui non vixit, non moritur. *Decian. conſ. 1. nu. 9. Vol. 1.*

Is dicitur poſſe, qui poteſt facere, vt poſſit. *idem conſ. 18. nu. 190. Vol. 1.*

Is poteſt pacem facere, qui poteſt bellum indicere. *idem conſ. 20. nu. 8. Vol. 3.*

Is, qui actum ratificat, dicitur autor ipſius ratificati actûs. *l. ſi pupilli ff. de neg. geſt.*

Is damnum dat, qui iubet dare. *l. is damnum ff. de reg. iu.*

Is indignus eſt beneficio ſtatus, quem ipſe propriâ facultate ductus ſpreuit. *leg. Licinius ff. quib. ad lib. proclam. non lic.*

Is poteſt repudiare, qui & acquirere poteſt. *l. is poteſt ff. de acq. poſſ.*

30. Is damnum dat, qui iubet dare. *l. ſi ſeruus §. is qui non ff. de nox. act.*

Is, qui iurisdictioni præest, ad similia procedere, atque ita ius dicere, proque lubitu interpretari potest. *leg. non possunt ff. de LL.*

Is, qui alienæ potestati subiectus est, alium in suâ potestate habere nequit. *l. sic euenit ff. de adult.*

Is verè credit, qui alienum nomen sequitur. *l. 1. §. illud ff. de separat.*

Is, qui possidet, non sibi, sed omnibus possidet. *tit. ff. vt in poss. legat.*

Is gradus, à quo filius præteritus est, non valet. *l. si posthumus §. quod vulgò ff. de lib. & posth.*

Is gradu ceteros antecellit, quem labor prolixior & maiora stipendia fecerunt anteire. *l. nemo agentium C. de off. marg. mil.*

Is status alicuius esse videtur, in quo deprehenditur. *l. moueor. C. si ser. export. vsn.*

Is potest codicillari, qui potest & testari. *l. diui. §. codicillos ff. de iur. codicill.*

Is, qui de se confessus est, in caput aliorum non torquebitur. *l. repeti ff. de quæst.*

40. *Is*, qui delinquit, non alius, excommunicandus est. *1. q. 4. in pr. eum seqq.*

Is, qui habet actionem ad rem recuperandam, rem ipsam habere videtur. *l. rem in bonis ff. de acq. rer. dom.*

Is, cuius bona væneunt, præsumitur non esse soluendo. *l. tres tutores §. fin. ff. de adm. tut.*

Is, qui in vtero est, natus esse censetur, quoties de commodo ipsius partûs quæritur. *leg. qui in vtero ff. de stat. hom.*

Is demum, maledicit, qui non potest verum ab altero audire. *Coras. lib. 4. cap. 4. miscell.*

Is rem verè habere dicitur, qui rei dominus est. *l. habere ff. de V. sign.*

Is possidet, cuius nomine possidetur. *cap. si diligenti. de præscript.*

Is non potest liberari, qui non fuit obligatus. *l. decem ff. de V. obligat.*

Is,

Is, qui filium obsidem dedit, de carcere non dicitur relaxatus. *Mar. Socyn. cons. 53.*

Is non est audiendus, cuius non interest. *Zas. leg. à Diuo §. quod si res, nu. 3. ff. de re iud.*

30. *Is*, qui potest condemnare, potest etiã absoluere. *Fel. c. cùm humilis. nu. 4. de maior. obed.*

Is potest relaxare iuramentum, cui iuratur. *cap. 1. ext. de iureiur.*

Is, qui de facto detinet, habere dicitur. *l. stipulatio ista §. hi qui ff. de V. O.*

I T.

Ita debet accipi ambigua oratio, quò res, de qua agitur, magis valeat, quàm pereat. *l. quoties ff. de reb. dub.*

Italia habet priuilegia prouinciæ, tanquam mater, & domina. *Bal. l. obesse ff. ex quib. caus. mai.*

Italia non est prouincia, sed prouinciarum domina. *gloss. Auth. vt omnes obe. iud. prouinc. §. hoc considerantes.*

Italica vsucapiebantur olim biennio, *l. 1. C. de vsuca. transformant. in pr.*

Iter terrestre præfertur marinæ. *Gædd l. 3. n. 13. ff. de V. sig.*

Iter habens expeditum non debet impeditum ingredi. *gl. l. si pupillorum. ff. de reb. eor. non al.*

Iter facere per alienũ agrum in vito domino nemo potest. *l. per agrum. C. de seru. & aq.*

60. *Iter* facientes literas testimoniales habere debent. *l. si qua per calumniam. §. 2. C. de Episc. & cler.*

Iter facientibus edicto de effusis vel deiectis prospicitur. *l. 1. §. 2. ff. de his qui effud.*

Iter dicitur dimidium viæ, & sic media via per latitudinẽ. *Bal. l. pen. 3. col. C. de cond. inser.*

Iter concessum clerico per certum fundum, censetur concessum Ecclesiæ suæ. *Bar. l 2. ff. de reb. dub.*

Iter publicum cùm vt non impediatur, compedit interdictum. *Spec. de app. §. 11. V pen.*

Iter diei continet 20000. passus. *l. 1. ff si quis Cautionib.*

Iter diei tantum interdiu concedi potest. *leg. iter ff. Com. prad.*

Iter publicum angustius fieri non debet, per solaria priuata. *l. ex qua pace § item illud. C. de ædif. priu.*

Iter sepulchro debitum non vtendo non amittitur. *l. 4. ff. quemadm. seru. amitt.*

Iter seruitus discontinua est *l. si tibi C. de ser. & aq.*

70. Iter liberum esse debet. *l. ex quo §. 6. C. de ædif. priu.*

Iter reficitur ex collatione agrorum. *l. in summa C. de pign. & hypothec.*

Itineris seruitus constitui nequit, interueniente loco sacro vel religioso *l. seruitutes ff. de seruit.*

Iter censetur actus gestus, vt iuris ratio exigit. *l. quæro §. inter locatorem ff. locat.*

Itineris arreptio non habet vim petitionis Apostolorum. *Præpos. c. eius. 2. q. 6. n. 2.*

Iterata monitio per publicam personam facta constituit debitorem in morâ. *Auth. licet § 1. C. de Ep. & cle.*

Iterata actio repellitur exceptione rei iudicatæ. *leg. 4. C. de pos. vel cont.*

Iteratum non intelligitur, quod nescitur esse factum. *c. veniens. de presb. non bapt.*

Iteratum facinus non debet esse impunitum. *Coras. miscell. lib. 3. cap. 8. nu. 7.*

Iteratio vulnerum inducit animum deliberatum. *glos. c. si quis iratus. 2. q. 3.*

80. Iteratio auget pœnam. *l. 1. ff. de iur. patron.*

Iteratio delicti punitur acriùs. *Bal. l. si duo ff. de arb.*

Itur ad iudicem, non differendarũ, sed tollendarum litium causâ. *l. quamuis ff. de recept. arb.*

Iterum iurandum est, si non legitimè iuratum est. *Bar. l. qui per salutem ff. de iureiur.*

I v.

Iubere plus est, quam mandare. *l. sæpe ff. de off. præf.*

Iudaicam superstitionem qui sequuntur, ad honores vocari possunt. *l. 3 §. fin. ff. de decur.*

Iudæus vsurarius punitur pœna Clem. 1. de vsuris, videlicet indirectè, non directè. *Card. & alo. ibid.*

Iudæus asserens, vsuras non esse peccatum, nõ dicitur hæreticus. *Card. clem. 1. § fin. 19. q. de vsur.* Iu-

Iudæus debet ſoluere decimas de terris, quas colit. *c. de terris. de decim.*

Iudæus tenetur reſtituere vſuras. *gl. ibid.*

Iudæus non poteſt plures habere vxores. *l. nemo Iudæorum C. de Iud.*

Iudæus non poteſt eſſe Notarius, nec iudex. *Iaſ. rubr. de nou. op. nunc. nu 9.*

Iudæus delinquens iudicatur per Epiſcopum vel Principē *Ian. & Io. And c. quod ſæpe. de Vot.*

10. Iudæus fundans Eccleſiam non acquirit ius patronatus. *Abb. c. nobis. de iur. patron.*

Iudæus baptizatus tanquam liber de ſeruo factus, non tenetur de priùs geſtis. *l. Aurelius §. Sticho ff. delib. leg.*

Iudæus cogitur alere filium etiam factum Chriſtianum. *Fel. c. Iudæi & 2. de Iud.*

Iudæus ſuccedit Conſanguineo Chriſtiano. *Bart. l. ſpadonem §. tam a. ff. de excuſ. tut.*

Iudæus confugiens ad Eccleſiam non eſt tutus. *DD. l. 1, C. de his, qui ad Eccleſ. confug.*

Iudæus conuertens ſe ad ſectam Saracenorum non punitur. *Oldr. conſ 51.*

Iudæus cognoſcens Chriſtianam carnaliter debet puniri pœnâ capitis *Lud. Pont. conſ. incip. An, Iudæus.*

Iudæus non præſcribit rem D. N. vel Eccleſiæ, ſed Chriſtianus ſic *gl. c. porrò. 16. q. 3.*

Iudæus non præſcribit contra Chriſtianum. *ibid.*

Iudæus non poteſt purgare moram. *gl. c. 2. de Iud.*

20. Iudæus non contrahit matrimonium cum Chriſtianâ. *c. caue. 28. q. 2. Spec. de confeſſ. §. 2.*

Iudæus non poteſt habere iuriſdictionem temporalem. *Bart. rub. ff. de iuſt. & iur.*

Iudæus non poteſt eſſe Imperator. *ibid.*

Iudæus inuitus non cogitur baptizari. *cap. ſicut Iudæi. de Iudæis.*

Iudæus baptizatus cogitur in fide durare. *45. diſt. cap. de Iudæis.*

Iudæus non potest Doctorari, nec in aliâ dignitate constitui. *Card. clem. 1. de testib.*

Iudæus potest esse testis super citatrice, maximè si est medicus. *Bal. cons. incip. Stante Statuto.*

Iudæus Christianum accusare non potest. *2. q. 7. & pagani. 4. q. 1. c. 2.*

Iudæus in Ecclesia capi potest, quando eum non defendit Ecclesia. *c. inter. de immun. Eccl.*

30. Iudæus potest excipere contra Christianum de crimine. *Card. clem. 1. de testib. & Abb. ibid.*

Iudæus potest esse arbiter. *l. Iudæi in fi. C. de Iudæis.*

Iudæus medicus Christianorum esse non potest. *c. nullus. 28. q. 1. Fel. c. 1. de Iudæ.*

Iudæus à iudæo ordinari nequit. *Spec. de ætat. & qualit.*

Iudæus baptizatus non perdit ius agnationis. *Abb. c. Iudæi. de Iudæ.*

Iudæus factus Christianus, si reuertatur ad Iudaismum, punitur. *Card. clem. 2. §. 1. de hæret.*

Iudæus ad publica officia non admittitur. *l. fin. C. eod.*

Iudæus non potest esse testis contra Christianum. *Hippol. de Marsil. singul. 41.*

Iudæus non potest habere seruum Christianum. *Bart. leg. DEO nobis §. fin. C. de Episc. & Cler.*

Iudæus non potest aduocare. *Bar. l. fin. C. de postul.*

40. Iudæus non potest esse iudex. *gl. Auth. iusiurandum quod pre. ab his. in pr. col. 2.*

Iudæus non potest habere aliquod officium. *Card. clem. 1. de iureiur. & c. pen. de Iudæis.*

Iudæus potest esse procurator eo, quod est onus & officiũ vilissimum. *gl. § fin. Inst. de Except.*

Iudæus est legati incapax. *l. 1. C. de Iud. & cœlic.*

Iudæus dicitur blasphemia Christi. *Soc. cons. 102. V. 1.*

Iudæo patri succedit filius baptizatus. *gloss. cap. Iudæorum. 28. quæst. 1.*

Iudæo non est seruanda æquitas, sed rigor. *gloss. cap. 2. de Iudæ.*

Iudæum impediens ne baptizetur, puniendus est. *Card. clem.2 §.1. de hæret.*

Iudæi iudicare non possunt. *l fin.C.eod.*

Iudæi innocentes offendendi non sunt. *l.nullus C.eod.tit.*

30. Iudæi debent viuere iure Rom. *l Iudæi C.eod.*

Iudæi magistratum gerere non debent. *leg. Cælicolarum. Cod. eod.*

Iudæi morem suum in coniunctionibus seruare non debent *l.nemo C.eod.*

Iudæi munera corporalia non sustinent in festiuitatibus suis. *l.2.C.eod.*

Iudæi munera ciuilia obire coguntur. *l.iussio C.eod.*

Iudæi Synagogas nouas ædificare prohibentur. *l. fin. §.1. Cod. eod.*

Iudæi prohibentur inuocare nomen Christi. *Bar.proem.ff.*

Iudæi sunt inimici nostri & crucis Christi. *c. licet vniuersis. de testib.*

Iudæi sunt blasphemi nominis Christi. *c.1.de Iud.*

Iudæi possunt habere Synagogas. *Cyn.l.2. C.de SS. Eccles. Fel.c.Iudæus.vbi Abb.eod.*

60. Iudæi dicuntur in potestate Diaboli. *c.postea de consecrat.dist.4.*

Iudæi possunt habere rerum dominia inter Christianos. *Inn.c.super his deuot.*

Iudæi sunt subditi Christianorum. *Alex.cons.71. Vol.2.*

Iudæi sunt fouendi à Christianis ratione humanitatis & naturæ. *Abb.c.Iudæi.de Iud.*

Iudæi licitè habent rerum dominia, dummodò licitè acquisita. *Abb.c.Iudæi de Iud.*

Iudæi debent tenere ostia clausa diebus passionis Dominicæ. *Abb. ibid.*

Iudæi debent detrahere matrimonium secundum ius nostrum alias filii non succedent. *Cyn.leg.in celebrandis C. de nupt.*

Iudæi non possunt inter se illicita matrimonia contrahere. *ibid.*

Iudæi sunt spurii. *c.fin.qui sint legit.*

Iudæi non possunt agere nec conueniri die Sabbathi. *l.die C.de Iud.& cœlicol.*

70. Iudæi debent portare signum, per quod recognoscantur à Christianis, nè ignoranter inuicem commisceantur. *Abb.c.quoniam. de Iud.*

Iudæi baptizati retinent primum nomen Iudæorum. *cap. sape. 28.q 1.vbi gl.*

Iudæi gaudent priuilegiis ciuitatis, in qua habitant. *Ioan. de Bombell cons incip.venditio.*

Iudæi non possunt cogi vendere certo precio per Christianos, inter seipsos, sic. *Bar.l.nemo C.de iud.*

Iudæi non possunt habere aliquem honorem. *l.hac valitura C.eod.*

Iudæi non debent esse magis priuilegiati, quàm Christiani. *Bal.l quod fauore ff.de LL.*

Iudæi de suis possessionibus decimas & oblationes soluere tenentur. *c.quantò amplius § fin. de vsur.*

Iudæi administrationes publicas sustinere nequeant. *leg. fin.C.eod.*

Iudæi ædificare de nouo nequeunt, sed vetera fulcire. *l.fin. §.1.C.eod.*

Iudæi agere & conueniri possunt apud Christianos. *l. Iudæi.communi C.eod.*

80. Iudæi arctari non debent ad vendendas res iuxta precia à Christianis constituta. *l nemo externus C.eod.*

Iudæi citare Christianum vel ab eo citari die Sabbathi non debent. *l.2.C.eod.*

Iudæi Curiæ obnoxii curiæ mancipandi. *l.quicumque ex Iudæis C.eod.*

Iudæi possunt fieri decuriones. *l.iussio C.eod.*

Iudæi die Sabbathi nec agere, nec conueniri debent, aut possunt. *l.die Sabbathi C.eod.*

Iudæi immunes non sunt à Curiæ muneribus. *l. iussio. C. eod.tit.*

Iudæi non possunt excommunicari, sed prohiberi Christianis communionem cum eis. *Ioan. de Lign. de sent. excom.1.Cart.in fi.*

Iu-

Iudæi cum Christianis cohabitare non possunt. *cap. sæpe. 28. quæst. 1.*

Iudæi in successionibus debent seruare legem Mosaicam. *Calder. cons. 30 rub. de testam.*

Iudæi viuunt & ligantur iure communi. *D.D. l. nemo extorus C. de Iuda.*

90. Iudæi debent litigare coram iudicibus Christianis. *Bar. l. Iudæi C. eod.*

Iudæi serui sunt Christianorum. *Abb. c. etsi Iudæos. ibid.*

Iudei nutrices Christianas & seruientes in domo non possunt retinere. *Abb. c adhæc, de Iudæis.*

Iudæi coherceri possunt per Principis Christianos. *Card. clem. 1. de Iuda.*

Iudæorum mensas fugere debent Christiani. *cap. nullus. 28. quæst. 1.*

Iudæorum serui baptizari volentes exinde efficiuntur liberi. *c. vlt. de Iuda.*

Iudæorum appellatione in Statuto non veniunt pagani. *Abb. c. cùm sit. de Iuda.*

Iudæorum matrimonium est inseparabile. *cap. fin. de cond. appos.*

Iudæorum cura non pertinet ad Christianos, de his, quæ foris sunt. *45. dist. c. qui sincera.*

Iudæorum Collegio non potest aliquid relinqui. *Bart. l. 1. C. de Iuda.*

100. Iudæorum secta non prohibentur. *l. iussio C. eod.*

Iudæorum Synagogæ anniuersarium Canonem soluere debent. *l. pen. C. eod.*

Iudæis circumcisio permittitur. *l. iussio C. eod.*

Iudæorum medicinam non recipiant Christiani. *c. nullus. 28. quæst. 1.*

Iudæos Ecclesia tolerat in testimonium fidei Christianæ. *45. dist. c. qui sincera. Cast. cons. 378.*

Iudæos alloqui potest Christianus. *gl. c. omnes. 28. q 1.*

Iudæis baptizatis bona sua auferenda non sunt. *c. Iudæis. §. si qui præterea. de Iuda.*

Iudæis omnia officia publica interdicta. *c. cùm sit de Iudæis.*
Iudæis & paganis non potest vis inferri à Christianis. *Bar. l. 1. C. de pagan. Old. cons.*
Iudex remouetur, si necessarius est in testem. *c. dilectus. de testio. Bar. l. 1. ff. de quæst.*
110. Iudex esse potest etiam inimicus in causâ meâ. *Bal. l. 1. C. si quacumq. præd. pot.*
Iudex in causâ propriâ esse potest quilibet non recognoscens superiorem. *Abb. c. nouit. de iud.*
Iudex mutus dari nequit. *l. cùm prætor ff. de iud.*
Iudex punit de contemptu præcepti sui. *Spec. de iur. om. iud. in fi.*
Iudex in causâ propriâ potest esse imperator. *Bal. l. fin. C. ne quis in sua cauf.*
Iudex in causâ propriâ potest esse quælibet Ciuitas non recognoscens superiorem, *ibid.*
Iudex in causâ propriâ potest esse dominus contra vasallum, si est in q. poss. vasalligii. *Alex. cons. 79. Vol. 1.*
Iudex esse nequit, qui arbiter esse non potest, non è contra. *Spec. de feud. §. 9. V. sed quæro.*
Iudex hæreticus esse nequit, & eius sententia non tenet. *Spec. de Aduoc. §. 1. V. item obiicitur.*
Iudex iniuriâ non afficitur appellatione ab illo factâ. *l. & in maiorib. C. de appell.*
120. Iudex iniurius non debet esse appellanti. *leg. minimè fauet C. eod.*
Iudex potest instaurare sumptu publico opera, quæ deformibus ruinis interciderunt. *leg. intra vrbem Rom. C. de oper. pub.*
Iudex iubere debet, victum expensas litis soluere. *l. constitutio C. de fruct. & lit. expens.*
Iudex non potest iubere pignus capi vel distrahi ante sententiam latam. *l. 1. C. de exec. rei iud.*
Iudex iudicat quandoque secundùm conscientiam. *l. lex quæ tutores C. de admin. tut.*
Iudex potest iudicare ex conscientiâ, *l. bonorum quidem C. qui admitt. ad bon. poss.*

Iu-

Iudex debet iurare, antequàm ei committatur àdministratio. *l. sancimus C. ad l. Iul. repet.*

Iudex sequi debet iurisiurandi religionem. *l. non damnatus C. ex quib. caus. infam. irrog.*

Iudex iusiurandum actori delatum sequi debet. *l. si quando C. unde vi.*

Iudex debet rationem habere iustitiæ. *l. placuit C. de iudic.*

130. Iudex debet sequi iustitiæ vestigia. *l. memo iudex C. de sent. & int. om. iud.*

Iudex debet sequi legem, etiam duram. *leg. 1. C. de Legib. & constit.*

Iudex debet attendere leges, non verba Principis. *l. subtilitatem C. de iud.*

Iudex lucri turpissimi rationem habere non debet in iudicando. *l. properandum §. sin a. C. eod.*

Iudex mittere potest in poss. bon. vacantium. *l. si bona C. de bon. aut. iud. possid.*

Iudex non debet ex domo trahere mulierem propter debita. *l. 1. C. de off. diuers. iud.*

Iudex mulctare non potest vtra fines suæ iurisdictionis. *l. certâ ratione C. quand. prou. non est nec.*

Iudex mulctam applicare potest vsibus publicis. *l. mulctorum C. de mod. mulct.*

Iudex potest mulctam minuere propter paupertatem. *leg. eos qui §. fin. C. eod.*

Iudex necessitate cognoscendi & pronunciandi tenetur. *l. 2. C. de sent. & peric. & recit.*

140. Iudex obseruare debet iustas & magnas causas. *l. dissentientis C. de repud.*

Iudex partibus suis fungi debet. *l. 1. C. de adm. tut.*

Iudex à pecuniis ex patrimoniis alienis manus abstinere debet. *l. 3. C. ad l. Iul. repet.*

Iudex permittere potest ædes ruinosas in hortos conuertere, ex consuetúdine vrbis. *l. 3. C. de ædif. priuat.*

Iudex ponderare debet merita causæ. *leg. eo casu Cod. de appellat.*

Iudex prædam ſuam, alienum iungium æſtimare non debet. *l 3. C. ad l iul. repet.*

Iudex denegans alimenta carcerato tenetur, quia male facit. *Bar. l. nemo C. de exact. trib. lib. 10.*

Iudex procurans officium cum pecuniâ præſumitur habere animum ad mala lucra intentum. *Bar. l 2 C. de mu. rileg lib. 11.*

Iudex tollens equos currentes ad palatium punitur. *Bar. l. nemo C. de ſpect. & ſcen. lib. 11.*

Iudex exercens officium, quod ſibi non competit, debet acriter puniri. *Bar l ſi quis C. de aquaduct. lib. 11.*

150. Iudex recipiens nõ idoneos fideiuſſores tenetur parti ad intereſſe. *Bal. Auth generaliter C. de Epiſc. & cler.*

Iudex de conſenſu partium procedens non incidit in pœnam *ibid.*

Iudex non imponens pœnam iuris gratiâ vel diſſimulatione punitur in ſyndicatu. *Bal. l. preſbyteri C. eod.*

Iudex iniuſtè ſuſpendens vel decapitans aliquem tenetur ſimili pœnâ. *l. iubemus C. ad L. Iul. repet.*

Iudex per iram vel odium aliquid iniuſtè faciens tenetur deſicar. *l. lex Iulia. §. fin. C. eod.*

Iudex impediens appellationem à ſententiâ corporali tenetur. *l. Iul. de vi publ.*

Iudex exequens appellatione pendente vel termino ad appellandum ſententiam corporalem tenetur. *l. Iul. ff. de vi publ.*

Iudex torquens decurionem ſcienter præſumitur feciſſe in contumeliam Ordinis, & punitur. *leg. Eum §. fin ff. de iniur.*

Iudex imponit ſilentium temerè allegantibus aliàs punitur. *Bal. l. 1. C. de LL.*

Iudex præiudicium vicioſum ſequi non debet. *l. nemo iudex C. de ſent. & int.*

160. Iudex probare poteſt Cautionem idoneam, parte inuitâ. *l. 3. C. de V. ſignif.*

Iudex protelare non debet litem vltra annum hodie. *leg. apertiſſimi. & l. properandum §. pen. C. de iud.*

Iu-

Iudex prouidere potest ex officio, ne bona pereant, licet pars non petat. *Auth si omnes C. si min. ab her. abst.*

Iudex punire debet sepulchri violatorem. *leg. 3. Cod. de sepulch. viol.*

Iuram: veritatis succedit loco iuramenti de calumniâ in causis spiritualibus. *Inn. c. literas. de iu. cal.*

Iuram: veritatis non debet per iudicem extorqueri, qui sciat reum commisisse delictum. *Inn. & DD. c. clericus. de cohab. cler. & mul.*

Iuram: præstatur per procuratorem. *Bar. leg. qui bona. § si alieno. ff. de dam. inf.*

Iuram; Purgationis non defertur reo, nisi actore excluso à probatione. *Cast. l. 3 ff. de iureiu.*

Iuram; de non appellando valet, & seruandum est. *Spec. de iureiur. in pr.*

Iuram: rustici vel mulieris captiosum non ligat. *Bal. rub. C. de rer. permut.*

Iuram: per iram non obligat iurantem. *DD. c. sicut cl. 1. de iureiur. Fel. c. si verò. eod.*

Iu-

Iuram: inter patrem & filium obligat, & seruari debet. *Bal. l. fin. C. de vsucap. pro don.*

2020. Iuram: contra vtilitatem Ecclesiæ non est seruandum. *Abb. c. 1. de his quæ fiunt à ma. par. Cap.*

Iuram: Vasalli durat toto tempore vitæ eius. *Card. clem. 1. §. fin. q. 2.*

Iuram: continens turpitudinem est iniquum. *Alex. l stipulatio. ff. de V. O.*

Iuram: de non petendo alimenta non valet, quando iurans est mendicus notorie. *Spec. lit. qui fil. sint. leg. V. sed pone.*

Iuram: potest inualidari per Statutū. 1. disponi, nè valeat. *Bal. l. pactum. C. de collat.*

Iuram: de non alendâ vxore non valet, secus de dotatâ, quæ dotem promisit, at non dedit. *Fel. c. cùm quidam. de iureiur.*

Iuram. de non parendo Superioti non ligat. *Bar. l. fin. in pr. ff. ad municip.*

Iuram: non ligat, si iuranti fides non seruetur. *gl. & Bal. c. 2 de nou. for. fid.*

Iuram: contra Imperatorem non ligat. *Bal. c. fin. col. vlt. de prob feud. al per Fed.*

Iuram: afficit heredem, quoad robur contractûs non quoad reatum periurii. *Bart. leg. generaliter. ff. de rebus cred.*

2030. Iuram: in litem si defertur, potest appellari. *Bar. l. in actionib. ff. de in lit. iur.*

Iuram: in lit: defertur domino litis. *Bar. leg. vulgo. in pr. ff. eodem.*

Iuram: in lit: cessat, quando res ante sententiam perit sine dolo. *Alex l. arbitrio. §. 1. ff. de dol.*

Iuram: in litem non comprehendit interesse extrinsecum. *Alex. l Videamus ff. de in lit. iur.*

Iuram: in lit: non præstatur in actione arbitrariâ ratione loci. *Alex. & Cast. l. in actionib. eod.*

Iuram: in lit: defertur habito respectu ad tempus moræ. *Bar. l. 3. §. in hac. ff. Commod.*

Iu-

Iuram: in litem debet deferri à iudice, non à Notario, nisi de mandato iudicis. *Bal. leg. videmus. §. deferre. ff. de in lit. iur.*

Iuram: in lit: præstatur conductori nō restituenti rem conductam. *l. si cui locauerim ff. de leg.*

Iuram: Calumniæ requirit speciale mandatum. *Bal. leg. si procurator. ff. de procur.*

Iuram: Cal. facit plenam probationem. *leg. thesaurus. ff. ad exhib.*

2040. Iuram: Cal. etiam post lit: cont. potest præstari. *c. 1. de iur. cal. lib. 6.*

Iuram: cal. e tiam post conclusum in causâ ex officio iudicis præstari potest. *Bal. l. 1. C. eod.*

Iuram; Cal. potest remitti per rescriptum. *c. ceterum. eod. Alex. l. si quis. ff si quis Caut.*

Iuram: Cal. in totâ causâ potest tacitè omitti tàm in ordinariis. quàm summariis. *c. 1, de iur. calum.*

Iuram: Cal differt à tit. cont. *Cor. conf. 5. Vol. 2.*

Iuram; Cal. vim lit. cont. *c. 1. de Elect. in 6.*

Iuram: Cal. est credulitatis, & æstimationis, non veritatis. *Bar. l. 2, C. de iur. Cal.*

Iuram; Cal. in causâ spirituali non præstatur. *gl. c. literis. eodem.*

Iuram; Cal. debet prius per actorem præstari quà per reum. *gl. l. 2. C. de iuram. Cal.*

Iuram: Cal. non potest remitti, & si remittatur, processus est nullus. *ibid.*

2050. Iuram: Cal. præstatur in causâ appell. *ibid.*

Iuram: Cal. præstatur in reprobatione testium. *c. præsentiū. in fi. de testib.*

Iuram: Cal. coram arbitro præstari debet, sicut coram iudice. *l. 2. vbi Bar. C. de iur. cal.*

Iuram; Cal. etiam super exceptione emergenti præstandū est. *gl. c. literas. de rest. spol.*

Iuram: Cal. in accumulatione actionis requiritur. *gl. leg. edita. C. de Edend.*

Iu-

Iuramenti delatio non est confessio. *l 3. ff de iureiur.*

Iuramenti relator dicitur delator non tamen idem ius est in vtroque. *Spec. de reconuent. § 1.*

Iuramenti delati reuocatio non dicitur remissio iuramēti. *Alex l. non erit. ff. eod.*

Iuramenti forma seruari debet ad vnguem. *capit. ego de iureiur.*

Iuramenti natura est, confirmare quod actum est, non extendere. *Mart. Peg. conf. 15. nu. 95.*

Iuramenti absolutio nemini datur non citatâ parte. *Flor. l. in lege. ff. ad l. Aquil.*

Iuramenti causa regulariter quis forum Ecclesiasticum & non seculare sortitur. *c. cum sit. de for. comp.*

2050. Iuramento statur eius, qui iurat, rem non reperiri penes eum, contrà quem fuit actum ad exhibendum. *ibid. num. 222.*

Iuramento probatur animus. *gl. ff. & DD. § sed ista. Instit. de actionib.*

Iuramento eius statur, cuius scriptura est lacerata circa illud, quod in scripturâ continebatur. *Dec. conf 521.*

Iuramento locus non est pendente reclamatione. *Bursat. conf. 260. nu. 6.*

Iuramento tollitur omnis contraria coniectura. *l. Continuus. §. cùm ita ff. de V. O.*

Iuramento probantur ea, quæ in intellectu consistunt. *Schneid. § sed ista Inst. de Act.*

Iuramento omni semper intelligitur autoritas superioris excepta. *c venientes. de iureiur.*

Iuramento solo probatur aliquid, cum tractatur de modico præiudicio *Io. de Anan. conf. 1. nu. 3.*

Iuramento præstito nihil vlterius quærendum est. *l. quod si deferente. ff. de dol.*

Iuramento probantur ea, quæ in animo consistunt. *gl. §. sed ista. Inst. de act.*

2090. Iuramento probantur ea, quæ committuntur cōscientiæ & animæ alicuius. *l. at qui natura. §. me absente. ff. de neg. gest.*

Iuramento à iure firmato nihil debet addi vel detrahi. *Inn. c. dilecti. de maior. & obed.*

Iuramento probantur in animo posita. *Sich. Authen. at qui nu. 30. C. de prob.*

Iuramento licito alibi, quàm in contractu posito contrauenies ipso iure infamis efficitur. *c infames. 6. q. 1.*

Iuramento actoris creditur, ex quo delictum committitur. *Spec. de fur. V. quid si res.*

Iuramento acquiritur obligatio, & per consequens actio. *c. fin. de for. comp. in 6.*

Iuramento non obligatur iurans ex calore iracundiæ. *ibidem.*

Iuramenta non augent pactum extensiuè, sed intensiuè. *Old. cons 294. nu 36. Vol. 1.*

Iuramenta præcidenda ob euitanda periuria. *l. Marcellus. §. fin ff rer. amot.*

Iuramenta extorta contra antiquam consuetudinem præsumuntur impressiua. *Bal. c. 1 qual. vol. iur.*

2100. Iuramenta sunt præstanda sine vi & dolo. *Beust. in rub ff. de iureiur. nu. 9.*

Iurant quidem facilè contemptu religionis. *leg, cùm quidam. C. de fid. instr.*

Iurant in animam propriam procurator vniuersitatis, tutor & curator. *Spec. de act. V. est a.*

Iurare quis tenetur SS. Euangelius tactis. *ibid. §. 1.*

Iurare quis tenetur per genium Principis. *leg. 2. Cod. de reb. cred.*

Iurare quis tenetur per venerationem Principis. *ibid.*

Iurare non tenetur defensor. *leg. iusiurandum. §. 3. ff. de iureiur.*

Iurare non tenetur procurator. *ibid.*

Iurare non tenetur, qui conueniri nequit. *leg. tutor pupilli. §. 2 ff. eod.*

Iurare non tenetur mater tutrix filiorum de tutelâ bene administrandâ. *Auth. eisdem, C. de sec. nupt.*

2110. Iurare non tenetur mulier de conditione viduitatis implendâ. *l. 2. C. de ind. vid, toll.*

Ius

Iurare non tenetur Scenica de turpis vitæ continuatione, *Auth. quod eis. C. de nup.*

Iurare non tenentur testes illustres ante testimonium dicendum. *l. constitutio. C. de testib.*

Iurare tenetur donator redemptionis captiuorum causa, quod sine dolo vel diminutione pecunias tradidit. *l. si quis. in pr. C. de don.*

Iurare tenetur extraneus nomine extranei suspecti ex causâ. *l. præsenti. C. de his qui ad Eccl. confug.*

Iurare tenetur familiaris rei suspecti. *ibid. §. 4.*

Iurare tenetur fideicommissarius negans fideicommissũ. *l. quæstionem. in pr. C. de fideicom.*

Iurare tenetur fideiussor rei suspecti. *leg. præsenti. §. 4. C. de his qui ad Eccl. conf.*

Iurare tenetur heres deliberans, si repudiet hereditatem. *l. scimus. §. pen. C. de iur delib.*

Iurare tenetur Instrumentum petens vel recusans edere contra tertium. *l si postuletur. C. de fid. inst.*

2120. Iurare tenetur Instrumentum post approbationẽ vel combustum vel diminutum dicens. *l. cùm quidam. C. eod.*

Iurare tenetur iudex omnis, se litem dirempturum cum veritate. *l. rem non nouam C. de iud.*

Iurare tenetur legatarius negans fideicommissum, vel recusans soluere. *l fin. C. de fideicom.* (*his ad Eccl. conf.*

Iurare tenetur mandator rei suspecti. *l. præsenti. §. 4. C. de*

Iurare tenetur obnoxius eiusdem criminis. *ibid.*

Iurare tenetur particeps criminis *ibid.*

Iurare tenetur petens Instrum: semel approbatum iterum proferri, vt redarguat de falso. *l. cùm quidã C. de fid. inst.*

Iurare tenetur socius rei suspecti. *leg. præsenti. §. 4, C. de his qui ad Eccl. conf.*

Iurare tenetur reus. *l. 4. C. de Edend.*

Iurare tenetur suspectus contrectationis rei alienæ. *l. præsenti. §. 4. C. de his qui ad Eccl. conf.*

2130. Iurare tenetur testis de veritate dicendâ. *leg. iurisiurandi. C. de testib.*

Iurare tenentur testes de veritate Inuentarii. *Authen. sed eùm.C.ad l.Falc.*

Iurare tenetur testium productionem quartam petens,de dolo,machinatione vel arte: *Auth.at qui.C.de probat.*

Iurare tenetur tutor de rebus pupilli rectè & ad vtilitatem administrandis. *Auth.quod.C.de cur fur.*

Iurare tenetur venditor bonorum debitoris, de quantitate precii ex eis redactâ. *l.fin.C.de bo.aut.iud.poss.*

Iurare tenetur iurans coram antistite vrbis & reliquo magistratu,in causâ pupillaris defensionis. *l.fin.§.etsi.C.de cur fur.*

Iurare tenetur quis inuocato DEO Omnipotentis nomine. *l.si quis maior.C.de transact.*

Iurare tenetur quis SS. scripturis propositis. *l.rem non nouam.C.de iud.*

Iurare de calumniâ actor & reus recusantes incidunt in pœnam, vt actor cadat ab actione institutâ, & reus habeatur pro confesso. *DD.c.fin.ex.de iur.cal.*

Iurare de calumniâ Principalis persona tenetur. *gl.& DD. c.in pertractandis.Ext.eod.*

2140. Iurare faciens aliquem,quam scit iuraturum falsè, peccat. *c.qui hominem.22.q.5.*

Iurare de Cal. tenetur quis apud iudicem vel defensorem eius prouinciæ, lociuè, in quo degit litigator absens. *Auth. principales. §.4.C.eod.*

Iurare de Cal.tenetur quis in præsentiâ senatus. *ibid.*

Iurare de Cal.non tenetur parens. *leg.iuiurandum.§.4.ff. de iureiur.*

Iurare de Cal.non tenetur patronus. *ibid.*

Iurare de Cal.non tenentur adulti,curatores habentes. *l. 2.§.2.C.de iur.prop.cal.dand.*

Iurare de Cal. non tenetur discretionem iuris & facti non habens. *ibid.*

Iurare de Cal.non tenetur dominus in causâ feudali. *leg. delatâ,C.de reb.cred.*

Iurare de Cal.non tenentur illustres & superillustres. *leg. Constitutio.C.de testib.*

Iu-

Iurare de Cal. non tenetur iudex ex officio aliquid faciens, quasi litigans. *l.1.in pr.C.de iur.prop.cal.*

2150. Iurare de Cal. non tenetur, qui rebus suis præesse non potest *l.2.§.2.C.eod.*

Iurare de Cal. non tenetur Vasallus. *l.delatâ.C.de reb.cred.*

Iurare de Cal. quis non tenetur in causis voluntariæ iurisdictionis. *l.1.in pr.C.de iur.prob.cal.*

Iurare non debet per iurus. *l.2.C.de reb.cred.*

Iurare de Cal. debet iusiurandum deferens. *Nou. 99.*

Iurare possunt tutores vel curatores minorum nomine, *Nou. 124.cap.2.*

Iurare de conscientiâ suâ quisque cogi potest. *l. præsenti.§. 4.C.de his qui ad Eccl.conf.*

Iurare in litem potest creditor de expensis in pignus factis post impetrationem dominii. *leg.3.§.3 in fi.Cod.de pig. & hyp.*

Iurare in litem potest curator nomine minoris ob dolum heredum tutoris: *l.1.C.de in lit.iur.*

Iurare in lit. potest volens. *l.2.C.eod.*

2160. Iurare potest actor de damno dato per inuasorem, si desint aliæ probationes. *l.si quand.C.vnde vi.*

Iurare potest creditor vnus in possessionem missus, de expensis circa eam rem factis. *leg. fin. Cod. de bon. autor. iud. possid.*

Iurare potest debitor, se venturum ad iudicem. *Auth. & qui.C.eod.*

Iurare potest missus in poss. de expensis. *l.fin.C.eod.*

Iurare potest spoliatus de damno ab inuasore dato, taxatione à iudice factâ. *l.si quando.C.vnde vi.*

Iurare potest testis parte aduersâ præsente. *l. iudices. C.de fid. Instr.*

Iurare de Calumniâ tenetur aduersarius creditor, negans indebitum sibi solutum, saluo iure relationis. *l.cùm de indebito.§.3 ff.de dam.*

Iurare de Calumniâ tenetur damni infecti nomine Cautionem postulans. *leg. qui bonâ fide. §.si alieno.ff. de dam.infect.*

Iurare de Cal. tenetur nuncians nouum opus. *l. de pupillo. §. qui opus nouum. ff. de op. no. nunc.*

Iurare de Cal. tenetur absens actor vel reus antequam procurator eorum admittatur. *leg. 2. §. hoc etiam. C. de iur. prop. cal. dand.*

2170. Iurare de Cal. tenetur accusator, non autem inscribere. *l. 3. C. de accus. & inscript.*

Iurare de Cal. tenetur actor deferre volens reo iuram; *l. delato. C. de reb. cred.*

Iurare de Cal. tenetur actor in loco sui domicilii. *l. 2. §. 3. C. de iur. prop. cal. dand.*

Iurare de Cal. tenetur Aduocatus acturus, post litigans. *ib.*

Iurare de Cal. tenetur Curator bonis datus, si reus absit & ignoretur *ibid.*

Iurare de Cal. tenetur deferens iuramentum. *leg. fin. Cod. de fideicom.*

Iurare de Cal. tenetur is ad quem instantia & ius negotii transit: *Auth Principales. C. de iur. prop. cal.*

Iurare de Cal. tenentur Curatores in causis, quas agunt. *ibidem.* (*eod.*

Iurare de Cal. tenentur iudices dirempturi causas. *l. 2 Cod.*

Iurare de Cal. tenetur libertus. *l. delatá. C. de reb. cred.*

2180. Iurare de Cal. tenentur litigantes ante patronos causarum. *l. 2. C. de iur. prop. cal. dand.*

Iurare de Cal. tenentur litigantes, qui venire nequeunt, coram officiis ad eos missis & aduersario *Auth. Principales. C. eod.*

Iurare de Cal. tenetur petens aperiri testamentum. *l. 3. C. de. crim. expil. hered.*

Iurare de Cal. tenetur petens se ad probandum admitti. *l. 1. in pr. C. de iur. prop. cal.*

Iurare de Cal. tenetur Principalis, antequàm causa rei vel actoris per procuratorem agitetur. *ibid. §. 3.*

Iurare de Cal. tenetur probationem exigens ab aduersario. *l. fin. C. de non num. pec.*

Iurare de Cal. tenetur petens probationes generis ab aduersario. *l. in pr. C. eod.*

Ius

Iurare de Cal. tenetur procurator domini. *ibid.* §. 4.
Iurare de Cal. tenetur quæstionem seruorum postulans. *l. 2. §. 1. C. eod.*
Iurare de Cal. tenetur reus alibi, quàm in foro, in quo litigat. *l. 2. §. 3. C. eod.*
2190. Iurare de Cal. tenetur quis id, quod credit vel existimat, licet alia natura veræ causæ sit. *ibid.*
Iurare de Cal. tenetur quis in omnibus causis, in quibus necessitas probationum exigitur. *l. 1. C. eod.*
Iurare de Cal. tenetur quis in causis tàm vniuersitatis, quàm priuatorum *ibid. §. 5.*
Iurare de Cal. tenetur initio litis, se in nihil in toto negotio calumniosè se acturum. *Auth. hoc sacram. C. eo.*
Iurare de Cal. tenetur quis in litibus nondum inchoatis tempore legislatæ. *l. 2. §. 9. C. eod.*
Iurare de Cal. tenetur quis coram compromissario iudice. *l. 2. §. 4. C. eod.*
Iurare de Cal. tenetur quis in domo suâ, cum ob dignitatem vel sexum ad iudicem peruenire nequit. *leg. 2. §. 1. C. eod.*
Iurare oportet, vt delatum est. *l. 3. §. 4. ff. de iureiur.*
Iurare oportet etiam de facto alieno & aliena conscientiâ. *l. qui bonâ fide §. si alieno. ff. de dam. infect.*
Iurare oportet, nisi illicitè deferatur. *l. nõ erit ff. de iureiur.*
2200. Iurare nolens condemnatur vt contumax. *l. quoties. §. 4. ff. de noxal. act.*
Iurare tenentur quandoque Clerici. *l. præsenti §. sanè. C. de his qui ad Eccles. confug.*
Iurare tenentur comparationem literarum facturi. *l. comparationem. C. de fid. instr.*
Iurare tenetur creditor, se non viliori pretio pignus vendidisse. *l. 3. §. 5. C. de iur. dom. impet.*
Iurare tenetur creditor de bonis debitorum venditis iusto precio, non autem per gratiam. *l. fin. C. de bon. author. iud. possid.*
Iurare tenetur curator furiosi. *leg. de creationib. C. de Episcop. aud.*

Iurare tenentur curatores omnes de rebus benè administrandis. *l. cùm furiosus. §. & si quidem. C. de cur. fur.*

Iurare tenetur debitor contra iuramentum testatoris, quo eum debitorem dixit, si aliæ probationes desint. *leg. rationes. C. de probat.*

Iurare tenetur dominus domûs refectæ, de pecuniâ in refectionem impensâ. *l. si quis. §. 2. C. de don.*

Iurare in lit. non potest inuitus. *l. 1. & 2. C. eod.*

2210. Iurare in lit. non potest tutelæ rationem poscens. *ib.*

Iurare, referre vel recusare delatam iuram, debet absens. *l. generaliter. §. his de præsentib. C. de reb. cred.*

Iurare quis sponte non debet ad delationem *Alex. l. ait Prætor in pr. ff. eod.*

Iurare in lit. non potest curæ rationem reposcens, si nolit. *l. 2. C. de in lit. iur.*

Iurare in lit. non potest curator inuitus. *l. 1 C. eod.*

Iurare de facto alieno iniquum est. *leg. Marcellus. §. qui rerum ff. rer. amot.*

Iurare non potest qui non est in omni exceptione maior. *§ cum a Emptio. Inst. de Empt & vend.*

Iurare nemo cogitur ad commodum alienum de alienâ conscientiâ vel facto. *Bal. l. videamus. n. 3 ff. de in lit. iur.*

Iurare quis non cogitur, vbi non posset conueniri. *Bar. l. tutor. ff. de iureiur.*

Iurare possunt pupilli proximi pubertati. *Beust. in rub. ff. de iureiur. num. 8.*

Iurare quis debet in continēti, cum sibi defertur iuramentum. *Bar. l. non erit §. 1 ff. de iureiur.*

2220. Iurare quis non cogitur de facto alieno. *Bart. leg. Marcellus. ff. rer. amot.*

Iurare debet de calumnia etiam procurator substitutus, licet iurauerit substituens. *Inn. c 1 eod.*

Iurare non potest fil. us maiestatis rei. *l. quisquis. §. 1. C. ad l. Iul. maiest.*

Iurare non potest heres spoliati de damno. *leg. si quando. C. vnde vi.*

Iurare debet testes totam dicere veritatem rei. *Iaſ. l. is apud quem. nu. 18. C. de Edend.*

Iu-

Iurare non est peccatum. *c. iu malum. 22. q. 1.*

Iurare recusans habetur pro confesso. *leg. manifestè. ff. de iureiur.*

Iurare qui sponte non debet ad delationem. *Alex. leg. ait prator in pr. ff eod.*

Iurare debenti de calumniâ terminus ad deliberandum non datur. *DD. c. cùm causam. ex. de iur. cal.*

Iurans præsumitur habere animum seruandi iuramentū, nisi cōtrar ū probetur. *Bar l postliminii. §. fin ff. de capt.*

2230. Iurans quod indubitanter nouerit, bene iurat, & probat, nisi sit testis. *Inn c. cùm causam. de iur. Cal.*

Iurans soluere non potest compensare. *Alex. cons 91. V. 2.*

Iurans per Principem debet fastigari, si deierat. *Bart. leg. Marcellus § si quis. ff eod,*

Iurans rem valere decem, non est periurus, si valet plus. *Bar l. pen ff. de in lib iur.*

Iurans per errorem non est periurus. *Cast. cons. 133.*

Iurans non appellare potest appellare ex causâ superuenienti. *Inn. c. ad hoc. de app.*

Iurans nihil dare iudici non est periurus dando ei sportulas. *Bar l. 1. ff. de reb. eor. qui mor. lib conse.*

Iurans tenetur secretum potest cum licentiâ reuelare. *Bal. c 1. in fin. de no for. fid.*

Iurans simpliciter videtur iurare secundum morem iudiciorum. *l. 3 ff de testib.*

Iurans falsum ignoranter non est periurus. *cap. homines. 22. quæst 2.*

2240. Iurans in animam alterius debet respondere id, quod sibi videtur. *Inn c. fin. de iur cal.*

Iurans homini potest absolui ab homine. *Inn. c. cùm inter. de elect.*

Iurans non releuare aliquid intelligitur scilicet nisi producatur in testem. *Bertach rep. par. 2 fol. 289 b. col 1.*

Iurans per metum videtur postea soluere metu periurii, non causâ implendi promissionem. *Bar. leg. 2. C. quod met. caus.* (iuramento. *Cast. cons 214.*

Iurans potest facere actum extrajudicialem, non obstante

Iurans non accusare potest cum denunciare. *Inn. c. veniens de accus.*

Iurans suum non esse, quod est commune sibi cum altero, est periurus. *l. pupillus §. fin. ff. de V. signif.*

Iurans non repetere vsuras, potest absolui à iuram: officio iudicis, etiam absente creditore. *Old. cons. 185.*

Iurans non venire contra venditionem potest nihilominus vti beneficio. *l. 2. C. de rescind. vend.*

Iurans debet tangere sanctuarium seu librum, super quo iurat. *Auth. iusiurandum in pr. coll. 2.*

2250. Iurans factionem scelestam tenetur maiestatis. *leg. quisquis in pr. C. ad l. Iul. maiest.*

Iurans viciasse se virginem sibi præiudicat. *leg. pen. Cod. de fideiussor.*

Iurans malignè peierat. *l. quacumque. 22. q. 5.*

Iurans habetur loco testis. *Pacian. de prob. lib. 1. c. 67. n. 29.*

Iurans soluere non potest compensare. *Bertrand. cons. 1. n. vlt. Vol. 1.*

Iurans præsumitur rei noticiam habuisse. *Ias. l. si quis in conscribendo. nu. 19. C. de pact.*

Iurans facere potest compelli præcisè ad faciendum. *Lud. Gozadin. Cons. 32. nu. 12.*

Iurans semel potest iterum iurare. *Fel. c. pastoralis. nu. 27. de except.*

Iurisiuranti conditio in diuisione apposita impleri debet, alias diuisio non officit diuidenti. *leg. si cum patruo. C. Com. vtriusque iud.*

Iurantem oportet esse omni exceptione maiorem, vt eius dicto stetur. *Grau. de antiq. temp. part. 1 sect. quartò limitatur. nu. 33.*

2260. Iuratur de Cal-coram arbitro non autem arbitratore. *Bapt. de S. Blas. de arbit.*

Iuratur in litem aduersus tutorem dolo vel culpâ res minoris non restituentem. *l. 1. C. de in lit. iur.*

Iuratur in litem contra non exhibentem instrumenta. *leg. 4. C. ad exhib.*

Iuratur in litem contra eum, qui currit fundum dotalem vel

vel aliam rem de iure in alienabilem. *Bar. l.1. C. de cupreſ. lib. 10.*

Iurari poteſt contra furem. *l. ſi quando. C. vnde vi.*

Iurari poteſt contra inuaſorem inopiâ probationum. *ibid.*

Iurari poteſt contra eundem inuaſorem de damno. *ibid.*

Iurari poteſt de intereſſe contra eundem. *ibid.*

Iurari poteſt de ſententiâ Compromiſſarii ſeruandâ. *l. 4. §. 2. C. de recept. arb.*

Iurari poteſt per Deum. *l. 2. C. de rebus cred.* (act.

2270. *Iurari* poteſt per ſalutem Principis. *l. pen. C. de tranſ-*

Iurari de Calumniâ debet etiam in cauſa leui. *l. thesaurus. ff. ad exhib. c. de appellationib. de app.*

Iurari debet ſecũdùm formam delatam. *l 3. §. iurari ff. eod.*

Iurari non poteſt in fraudem creditorum, multò minus liberorum. *l. ſi vnquam. C. de reuoc. don.*

Iurari non poteſt lege prohibente. *l. non dubium. C. de LL.*

Iurari non poteſt ſæpius. *Auth. in iſto. C. de iur. propt. calum. dand.* (ti factum à iudice. *l. ſi quando. C vnde vi.*

Iurari non poteſt vltra taxationem damni ab inuaſore da-

Iurari non poteſt in litem contra operarios. *gl & DD. l. in rem. §. tignum ff. de rei vend.*

Iurari in lit. poteſt cõtra fraudulentum. *l 2. C de in lit. iur.*

Iurari in lit. poteſt contra culpam latam admittentem. *ib.*

2280. *Iurari* in lit poteſt contra Curatorem Inuentarium conficere negligentem. *l fin. C. arb. tut.* (lit. iur.

Iurari in lit. poteſt contra curatores ceſſantes. *leg. 3. C. de in*

Iurari in lit. poteſt contra doloſum. *l. 2. C. eod.*

Iurari in lit. poteſt contra heredem heredis tutorẽm, intereſſe nomine, quod ex dolo vel latâ culpâ eorum ortum eſt. *l. 2. C. eod.*

Iurari in lit. poteſt contra heredem tutoris ob dolum proprium, non autem tutoris. *l. fin. C. eod.*

Iurari in lit. poteſt contra heredem tutoris ob dolum vel latam culpam, inſtrumenta non reſtituẽtem. *l. 1. C. eod.*

Iurati in lit. poteſt contra heredem tutoris, qui repetita Inſtrum. dolo malo non exhibet. *l. 4. C. eod.*

Iurati in lit. poteſt contra tutorem inſtrumenta pupillaria non præſcrentem. *ibid.* Iu-

Iurari in lit. potest contra tutorem ob leuem etiam culpam. *ibid.*

Iurari in lit. potest contra tutorem Inuentarium non proferentem. *ibid.*

2290. Iurari in lit. potest in actione tutelæ ob dolum, culpam latam & leuem. *ibid.*

Iurari in lit. potest in petitione hereditatis. *l scimus. § pen. C. de iur. delib.*

Iurari in lit. potest in hypothecariis *ibid.*

Iurari in lit. potest in rei vindicatione contra non restituentem. *l. à possidentib. C. de rei vend.*

Iurato non credi, cum credatur iniurato, absurdum est, *Nou. 48. præf.*

Iurata dispositio non venit in generali dispositione *c. constitutus de rescript.*

Iurata dispositio extenditur ad incogitata. *Bar. l sciendum ff. eod.*

Iurata confessio potest prætextu erroris reuocari. *cap. cùm dilecti. de accusat.*

Iurandi facilitas improbatur. *c. etsi Christus. Ex. eod.*

Iurandi facultas non transit ad heredem. *Bar. leg. 2. ff. de cond. indeb.*

2300. Iurandi facultas transit in heredem damnum passi, si sit mortuus damnum passus antequam iuret. *Alex. leg. si per alium. §. fin. ff. ne quis Cum, qui in ius voc.*

Iurandum est in vna causâ semel tantum nisi in certis casibus, *Spec. de teste. §. 3. V. quartò a.*

Iurandum non est frequenter aut de facili. *Spec. de requis. conf. V. item facit.*

Iuratoriæ cautioni committitur qui fideiussorem inuenire non potest. *Nou. 112. Cap. 2. in pr.*

Iusiurandum contra ius commune ipso iure nullum. *l. si tibi decem. ff. de pact.*

Iusiurandum conuentionale referri non potest, *leg. iusiurandum. ff. de iureiur.*

Iusiurandum cuiusque sexus vel ætatis à Prætore defendi debet. *l, qui iurasse. ff. de iureiur.*

Ius-

Iusiur. deferens nisi de Calumniâ iuret, similis est remittenti. *l. si non fuerit. ff. de iureiur.*

Iusiur. deferens ex concessâ causâ non peierat. *l. fin. ff. qui sat. cog.*

Iusiur. deferens primùm de Calumniâ iurare debet. §. 12. *Inst. de fideicom. her.*

2310. Iusiurandum datur, cum fideiussor dari nequit. *Auth. cùm de appell. cog. §. si quis.*

Iusiur. deferri potest in odium alicuius pro liquidatione rerum ablatarum. *l. si quando. C. vnde vi.*

Iusiur. non facit licitum, quod aliàs est illicitum. *leg. fin. C. de non num. pec.*

Iusiur. non tollit ius commune. *ibid.*

Iusiur. potest deferri pro rapinâ. *l. in duob. ff. eod.*

Iusiur. potest deferri pro societate factâ. *l. si duo. §. 4. ff. eod.*

Iusiur. potest deferri pro venditione factâ. *ibid. §. 3.*

Iusiur. potest deferri pro vsufructu. *l. sed si possessori. ff. eod.*

Iusiur. non potest deferri à furioso. *l. tutor. §. 1. ff. eod.*

Iusiur. actoris à iudice delatū retractari non debet. *ib. in fi.*

2320. Iusiur. actori delatum vel relatum si iurauit, vel ei remissum sit, parit actionem in factum. *leg. actori. C. de reb. cred.*

Iusiur. alterius alteri non præiudicat. *l. nec filius. C. eod.*

Iusiur. Calumniæ est publicæ vtilitatis. §. 1. *Cire. fin. Inst. de pœn. tem. litig. l. 2. §. 4. C. de iur. Cal.*

Iusiur. Cal. inuentum ad compescendum contentiosam instantiam litigatorum. *l. 1. in pr. C. eod.*

Iusiur. Cal. remitti potest parentibus & patronis, non autem aliis. *l. 2. C. eod.*

Iusiur. non potest deferri prodigo. *ibid. §. 1.*

Iusiur. non potest deferri defentori inuito. *l. iusiurandum. §. 3. ff. eod.*

Iusiur. non potest deferri, qui conueniri potest. *l. tutor pupilli. §. fin. ff. eod.*

Iusiur. non potest deferri procuratori inuito. *l. iusiurandum. §. 3. ff. eod.*

Iusiur. deferri nequit pupillo. *ibid. §. 2.*

2339. Ius-

2330. Iusiur. deferri nequit pro facto alieno. *l. Marcellus. §. 2. ff de act. rer. amot.*

Iusiur. deferri nequit pro re illicitâ. *leg. iurisgentium. §. & generaliter. ff. de pact.*

Iusiur. defertur legatum petenti testamento non apparẽte *l fin. C de reb cred.*

Iusiur. defertur reo, qui aut iurare aut referre, aut soluere tenetur. *l. delata. C. eod.* (*C. eod.*

Iusiur. defertur tutori in causâ pupillo motâ. *l. cum etiam.*

Iusiur. defertur in actionib. bonæ fidei. *l. in actione. C. eod.*

Iusiur. defertur in actione depositi. *ibid.*

Iusiur. defertur in dubiâ lite. *l. 3. C. eod.*

Iusiur. defertur in fideicommissi causâ dubiâ. *leg. cùm etiam. C. eod.*

Iusiur. defertur in causâ generis. *l. cùm proponas. C eod.*

2340. Iusiur. defertur in quæstione ingenuitatis. *l. delata. C. eod.*

Iusiur. defertur in causâ statûs. *l cùm proponas C eod.*

Iusiur. defertur appellatione etiam pendente. *l generaliter. in pr. C. eod.*

Iusiurandum defertur causâ cognitâ *l. 3. C. eod.*

Iusiur. defertur corporaliter. *l. generaliter. §. 5. C. eod.*

Iusiur. defertur extra prouinciam iudicis, apud quem litigatur. *ibid. §. 4.*

Iusiur. non defertur abundantibus allegationibus. *leg. si quis iusiurandum. C. eod.*

Iusiurandum firmare non potest actum iure prohibitum. *l. si quis inquilinos §. 4 ff. de leg. 1.*

Iusiur. nocere aut prodesse debet ei soli, qui detulit. *l. sed etsi. §. si petenti. ff. de publ in rem act.*

Iusiur. parit exceptionem possessori iuranti. *l. sed si possessori. ff. de iureiur.*

2350. Iusiur. parit petitionem hereditatis vtilem. *ib. §. 3.*

Iusiur. tollit omnem actionem. *l. ait prætor ff. eod.*

Iusiur. restringitur ad causam, super qua iuratum est. *leg. si actor. ff. eod.*

Iusiur. interponitur scriptis vel voce apud acta in compromisso. *l. 4. §. 1. C. de recept. arb.* Ius-

Iusiur. non prodest periuro & fraudulento. *leg. si cum patruo. C. Com. utriusque iud.*

Iusiur. non recipit æquiualens. *l. emptorem. C. de loc.*

Iusiur. non seruatur ei, qui contra venit. *l. cùm proponas. C. de pact.*

Iusiur. actoris de damno contra inuasorem autoritate iudicis delatum valet. *l. si quando. C. vnde vi.*

Iusiur. legibus contrarium nullum est. *l. si vnquam. C. de reuoc: donat.*

Iusiur. legibus contrarium quandoque valet, *leg. non dubium. in fi. C. de LL.*

2360. Iusiur. legitimè delatum magnam habet autoritatem *l. generaliter. §. 1. C. de reb. cred.*

Iusiur. litis finiendæ causâ deferri debet ante sententiam definitiuam vel in ipsâ sententiâ. *ibid.*

Iusiur. maximum diirimendarum litium remedium est. *l. 2. §. pen. C. de iur. Cal.*

Iusiur. minoris sine vi vel metu factum firmum esse debet. *Auth. sacramenta. C. si adu. vend.*

Iusiur. à partibus delatum firmitatem non requirit ab approbatione iudicis. *l. generaliter. §. 1. C. de reb. cred.*

Iusiur. patris in fraudem liberorum nullum est. *leg. si vnquam. C. de reuoc. don.*

Iusiur. relatum inter partes recusandum non est. *l. generaliter. §. 1. C. de reb. cred.*

Iusiur. remissum ab aduersario finit etiam litem, tanquàm si præstitum esset. *l. 1. C. eod.*

Iusiur. reuocatum non potest iteratò deferri. *l. si quis iusiurandum. C. eod.*

Iusiur. testatoris ab hærede præstandum & seruandum. *Auth. quod obtinet. C. de probat.*

2370. Iusiur. vi vel metu sibi non præiudicat. *Auth. sacramenta. C. si adu. vend.* (*C. de reb. cred.*

Iusiur. voluntarium non retractatur prætextu periurii. *l. 1.*

Iusiur. in vltimâ voluntate falsâ delatum, retractatur, cõpertâ veritate. *ibid.*

Iusiur. frustra exigitur, quod præstitum mox seruire communiter non solet. *Non. 94. c. 2.*

Ius-

Iusiur: confirmare non potest transactionem ex falsis Instrumentis factam *l.pen.C.de transact.*
Iusiur:deferri potest à Curatore: *leg. iusiurandum. §. 2.ff. de iureiur.*
Iusiur; deferri potest à filio fam. *l.multò magis ff.eod.*
Iusiur:deferri potest à pupillo tutoris autoritate. *leg. iusiurandum.§.1 ff.eod.*
Iusiur:deferri potest à tutore *ibid* § 2.
Iusiur; deferri potest adolescenti. *l.4.ff.de in lit iur.*
2380. Iusiur:deferri potest de arboribus succisis. *l in duob. §.colonus.ff. de iureiur.*
Iusiur:deferri potest de conditione personæ. *l.3.§ 2.ff.eod.*
Iusiur;deferri potest pro debito. *l.iusiurandum.ff.eod.*
Iusiur:deferri potest pro dote data. *l.si duo patroni.§ Marcellus.ff.eod.*
Iusiur; deferri potest pro facto. *ibid.*
Iusiur:potest deferri pro fundo post longi temporis præscriptionem. *ibid.§.1.*
Iusiur:potest deferri pro furto non facto *ibid.§.2.*
Iusiur:potest deferri pro hereditate. *leg.sed si possessori §.3. ff.eod.*
Iusiur:potest deferri pro interdicto. *l.3.§.1.ff.eod.*
Iusiur:potest deferri pro pecuniis. *l iusiurandum:ff.eod.*
2390. Iusiur:potest deferri pro pignore dato. *l si duo ff.eod.*
Iusiur:potest deferri pro possessione. *leg.in duob. ff.eod.& l.3.§.3.*
Iusiurandum delatum à nemine non valet. *l.3.ff.eod.*
Iusiurandum delatū, non tamen incontinenti acceptum, nullum est. *ibid.§.4.*
Iusiurandum homini præstitum per hominem potest relaxari *l.& per iusiurandum in pr.ff de acceptil.*
Iusiurandum illicitum nullum est. *l si pecunia ff.de leg 2.*
Iusiurandum in litem deferri potest, ab actore rer; amotarum. *l.1.§.1.& 2.ff.de act.rer.amot.*
Iusiurandum in lit. deferri potest à iudice. *leg.4.§.1.ff.de in lit.iur.*
Iusiur.in lit.deferri potest non parenti iudicibus. *l.4.§.3. ff.fin.regund.*

Ius-

Iusiur. purgationis quandoque retractari potest. *l. quoties. §. fin. ff. de nox. act.*

2400. Iusiurandum relaxatum non opus habet ministerio iudicantis. *l. si quis suus heres ff. de in. delib.*

Iusiurandum Cautioni non num. pec. appositum non impedit exceptionem opponi. *l. fin. C. de non num. pec.*

Iusiur. contractui appositum quandoq; nihil operatur. *ib.*

Iusiur. debitoris in fraudem creditorum nullum est, *leg. si vnquam. C. de reuoc. donat.*

Iusiur. defuncti à tutore negligendum non est. *l. 1. C. arbit. tut.*

Iusiur. delatum potest recusari. *leg. generaliter. §. 2 Cod. de reb. cred.*

Iusiur. potest reuocari, antequàm sit iuratum, vel sententia lata. *l. si quis iusiurandum. C. eod.*

Iusiur. delatum vim definitionis non habet. *l. cum iudex. C. de sent. & int.*

Iusiur. est diuini timoris. *l. fin. C. ad l. Iul. repet.*

Iusiur. filii patri non nocet. *l. si quis. C. de reb. cred.*

2410. Iusiurandum heredis non est tam validum atqui principale. *l. generaliter. in pr. C. eod.*

Iusiur. illegitimum remittitur. *Auth. quod eis. C. de nupt.*

Iusiur. rei illicitæ non est seruandum. *ibid.*

Iusiur. super Instrumentis falsis interpositum ex necessitate retractatur veritate repertâ. *l. fin. C. de reb. cred.*

Iusiur. obtinet ad similitudinem iudicati. *leg. actori. Cod. de reb. cred.*

Iusiur. seruandum est in formâ specifica. *l. emptorem. C. de loc. & cond.*

Iusiur. genus est probationis. *Nouell. 73. cap. 8.*

Iusiur. vnum sufficit. *Nouell. 49. cap. 3. in fi.*

Iusiurandum est Inuocatio Numinis diuini ad confirmãdam iurantis fidem. *Bal. rub ff. de iureiur.*

Iusiurandum æquiparatur rei iudicatæ: *l. si deferente. ff. de iureiur.*

2420. Iusiurandum loco solutionis est. *leg. iusiurandum. ff. eod.*

Iusiurandum inter alios factum alteri nec nocet, nec prodest. *l.1.§.alteri.ff.si mul. vent.nom.*

Iusiurandum delatum accipi, referri, aut ex causâ recusari potest. *l.iusiurandum.ff.eod.*

Iurisiurandi actio datur solum aduersus deferentem. *l.nam postea quam.ff.de iureiur.*

Iurisiurandi actio datur ad rem, de qua iuratum est, & fructus. *l.sed si possessori.§.3 ff. eod.*

Iurisiurandi conceptio in dubio, in arbitrio iudicantis est. *l.iusiurandum.§.si de qualitate.ff.eod.*

Iurisiurandi religio contempta DEVM, vltorem habet. *l.iurisiurandi.ff.de iureiur.*

Iurisiurandi religio satis DEVM vltorem habet. *l.2.Cod.de reb cred.*

Iurisiurandi delator non appellat. *l.generaliter.§.3. Cod. de reb. cred.*

Iurisiurandi delatio, antequàm illud præstetur, potest revocari. *l.si quis iusiurandum C.eod.*

2430. Iurisiurandi relator non appellat. *l.generaliter.§.3 C.de reb cred.*

Iurisiurandi sanctimonia obseruata & custodita apud Romanos. *l.2. C.eod.*

Iurisiurandi venia dari non debet. *l.1.C si adu.vend.*

Iurisiurandi exceptio datur soli iuranti. *l.sed si possessori in pr. ff.eod.*

Iureiurando iniuria remitti potest, & iudex religionem se qui debet. *l.non damnatos C.ex quib.caus.inf.*

Iureiurando verbis contrahitur obligatio. *leg. & per iusiurandum.ff.de acceptilat.*

Iureiurando à vim passo super rebus abreptis præstito statur. *l.si quando.C.vnde vi.*

Iustitia alienum bonum dicitur. *Minſ.rub.Inſt.de iuſt.*

2440. Iustitia nemini deneganda. *Card.clem.1.§.1.de excessib.prælat.*

Iustitia vera est misereri delinquentibus. *cap.vera iusticia 45. dist.*

Digitized by Google

Iustitia vbi periclitatur, fit quod aliàs non fieret. *Specul. de contum. § fin. V sed nunquid.*

Iustitia non potest habere locum, vbi fides non est. *Specul. de Sum. Trin. in pr.*

Iusticia est constans & perpetua voluntas ius suum cuique tribuens. *l. iusticia. ff. de iust. & iur.*

Iusticia est mater iuris. *l. licet. ff. de procur.*

Iusticia est mater constitutionum. *Lag. Meth. l. C. cap. 1. nu. 4. part. 1.*

Iusticia est omnium virtutum perfectissima. *Bar. §. vnam quidem in pr. coll. 5. Auth. vt om. iud. obed.*

Iusticia magis apud Imperatorem valere debet, quam licentia. *l. 4. C. de LL.*

Iusticia opprimi non debet per gratiam vel errorem. *l. addictos. C. de appell.*

2450. Iusticia præualet stricto iuri. *l placuit. C. de iud.*

Iusticiâ vera compassionem habet, falsa autem dedignationem. *c. vera. 45. dist.*

Iusticia est iniusticiæ priuatio. *Aldobrand. de iust. & iur. Inst. num. 8.*

Iusticia potissimum spectanda in iudiciis. *l. eos qui. §. 1. C. de appellat.*

Iusticia naturalis quod confirmat, non eget aliâ confirmatione. *l. 3. C. de admin. tut.*

Iusticia non potest habere commercium cum sceleratis hominibus. *c. forus. de V. signif.*

Iusticia cessante vnicuique iuris executio permittitur. *Damhaud. prax. ciu. cap. 14. nu. 18.*

Iusticia iudiciorum consistit in probatione. *Sim. de Prat. de interpr. vol. vlt. lib. 5. int. 2. dub. 4. nu. 1.*

Iusticia semper vna est immutabilis, & tota sibi constat. *in pr. Inst. de iust. & iur.*

Iusticia non debet esse vænalis. *c. qui rectè. 2. q. 3.*

2460. Iusticiâ vacans non est honestum. *Nou. 69. in præfat.*

Iusticiâ quod confirmatur, alienâ autoritate non indiget. *l. 3. C. de admin. tut.* (*fortitudo. 23. q. 3.*

Iustitiâ plenus est, qui patriam bello tuetur à Barbaris. *cap.*

Iusticiæ causa iustificat suum causatum. *l. omnes ff. de in integ. rest.*

Iustitiæ limæ & rationis rectæ libramini omnia sunt subiicienda. *c. 2. de sen. & re iud. in Clem.*

Iusticiæ & æquitatis cognitio nihil aliud, quam nosse veritatem facti, & circumstantiarum. *l. si plagis. §. in cliuo. ff. ad l. Aquil.*

Iusticiæ vigor relaxari non debet. *leg. fin. Cod. qui pot. in pign. hab.*

Iusticiæ est præmia tribuere benè merentibus. *leg. 4. C. de stat. & imag.*

Iusticiam colere summum in rebus bonum est, & sua cuique iura seruare. *c. graue. 35. q. 9.*

Iusticiam colere est non sine re in subiectos, quod potestatis est fieri. *c. si sæculi. 12. q. 2.*

2470. Iustitiam colere est æquum custodire. *ibid.*

Iusticiam ab iniustitia discernit æquitas. *Mart. Benkaderp. lib. 1. de reg. iur. par. 4. nu. 32.*

Iusticiam semper seruare debemus, & aliquando rigorem mollire. *c. inter solicitudines de purg.*

Iustitiam non licet vendere iudicibus. *Spec. de salar. §. 1. V. si verò est ordo.*

Iusticiarii sunt, qui deputantur ad faciendam iusticiam. *c. literis. de pign.*

Iustus est, qui iusticiam facit. *c. iniustum. 11. q. 3.*

Iustus non est, qui suâ sponte leges non obseruat. *Conan. Comm. lib. 1. cap. 8. n. 2.*

Iustus dolor excusat aliquando. *l. 1. §. fin. ff. ad l. Corn. de Sic.*

Iustus sæpè perit pro impio. *c. in sancta. de consec. dist. 1.*

Iustus non est, qui leges ignorat. *Connan. lib. 1. cap. 10. nu. 4.*

2480. Iustus in die vno septies cadit. *leg. 2. §. sed quia. C. de vet. iur. enucl.*

Iusti memoria debet extolli; *Sal. leg. quoniam. C. de Episc. & cler.*

Iusto non aduersatur quicquam malignum. *Spec. in proëm. §. 5. V. commendet a.*

Iusto nihil deest. *idem lib. 2. cap. 44. nu. 72.*

Iu-

Iustorum & honestorum eadem distinctio. *Connan.lib.1. cap 1.nu.5.*

Iusta causa dicitur, quando respicit vtilitatem publicam. *Bal.l quicumque.C.de iu.fisc.lib.10.*

Iusta causa credendi excusat à falso. *Bertaz. cons.194.num. 14.lib.1.*

Iusta est credulitas credens homini fide digno. *Bursat.cons. 340.num.29.*

Iusta petenti facile assentiendum: *l.2.ff.de his qui sui vel al.*

Iusta causa in parte non tollit moram in alia parte. *Bar. l. qui solidum.ff.de leg.2.*

Iusta causa est fauor publicæ vtilitatis. *DD.l.Barbarius.ff. de off.prator.*

2490. Iusta causa impedimenti ad excusationem prodest. *l.fin.C.ad l.Iul.de adult.*

Iusta causa existente potest peti Cautio. *Lup.c.per vestras. nu.2.de don.int.vir. & vx.*

Iustæ causæ attendendæ sunt. *l.3.C.de admin.tut.*

Iustæ preces ex necessitate audiendæ sunt. *c.postquàm.Ext. de Elect.*

Iustum magis attenditur, quàm honestum. *Præpos.Med.c. non est vobis.nu.3.de Sponsalib.*

Iustum videtur quandoque quid ratione incertitudinis, quod alias si certum esset, iniustum esset. *leg.si eâ lege.C. de vsur.*

Iustum dolorem exequitur maritus, vxorem adulteram occidens. *l.3.§.3.ff.de SC.Syll.*

Iustum patrem non habens originem matris sequitur. *L eius qui.ff.ad municip.*

Iustum & honestum quandoque simul concurrunt, *Card. clem:1.in pr.de relig.& ven.sanct.*

2500. Iustum quod quis in alijs putat, hoc in seipso putare debet. *l.cum meo.ff.de pact.*

Iustum est, vt ille, qui alium decipere credit, suam sentiat iacturam. *Auth.de Emph contract.§.si quis col.2.*

Iustius & verius præsumitur, quod à pluribus approbatur. *c.Ecclesia.Ext.de Elect.*

Iustius peccamus absoluendo quam condemnando. *Bald. cons. 315. in fi. vol. 5.*

Iustius est eum teneri, qui princeps fuit delicti, quàm qui res recipit. *l. in hoc. ff. de seru. corrupt.*

Iustis iudicibus honores auctiones exhiberi debent. *l. 3. C. de off. prator.*

Iustis affectionibus non cupiditatibus indulgendum. *leg. illud, ff. de manum. vend.*

Iustè iudicans misericordiam cum iustitiâ seruat. *c. omnis. 45. dist.*

Iustè possidet, qui autore Prætore possidet. *l. pen. & l. iustè. ff. de acq. poss.*

2510. Iustiorem possessionem probans præfertur. *cap. licet causam. vbi Fel. nu. 9. de prob.*

Iustissimâ causa absentiæ durat 25 ann. *l. nec non. ff. ex quib. caus. mai.*

Iussus reuocatur nudâ pœnitentiâ *l. si quis mihi. §. fin. ff. de acq. her.*

Iussus quandoque importat necessitatem. *ibid.*

Iussus iudicis dicitur sententia interlocutoria. *§. si quis Auth. de her. & Falcid.*

Iussus non est intercessio, sed fideiussio. *Bart. leg. si domino. ff. ad Vell.*

Iussus quid facere cum consilio alterius, siquidem est particeps officii, tenetur eum requirere & sequi. *l. Titium. ff. de admin. tut.*

Iussus potest fieri nutu & literis. *l. pater. ff. de acq. her.*

Iussus operatur idem quod nominis expressio. *leg. sed et si quid. §. ven. ff. de vsufr.*

Iussus præcedere debet autoritas sequi. *l. si quis mihi. §. 4. ff. de acq. hered.*

2520. Iussus prætoris non nihil excusat. *l. si quis id. §. 4. ff. de iurisdict.*

Iussus reuocatur furore superueniente. *ibid.*

Iussus communis non est ablimilis nominationi. *l. 3. C. per quas person. nob. acq.*

Iussus iudicis constituit pignus. *l. nominatori. C. de hypoth.*

Ius-

Iussus iudicis excusat à dolo & delicto. *l.non videntur.§.1. ff.de reg iur.*

Iussus iudicis simplex vim peremptorii habet. *l.2.C.quom. & quand iud.*

Iussus magistratus requiritur in incarceratione facienda. *l. fin.C.de Custod.reor.*

Iussus patris præcedere debet in bon. poss. à filiofam. acquirendâ. *l.1.C.qui admit.ad bon.poss.*

Iussus specialis prævalet nominationi. *l.3. C.per quas person.nob.acq.* (*ff.de acq.her.*

Iussus præstatur per nuncium. *Alex.l.si quis.§.iussum.n.3.*

2530. Iussus præsumitur per longam possessionem. *Ang. l.si quis mihi.§.iussum.ff.de acq.her.*

Iussus finitur morte iubentis re integrâ. *Bar.& DD.l.qui in alienâ.§.is qui.ff.eod.*

Iussus patris, etiam adoptiui, excusat filium. *Bar.l.si post. §.1.ff.de bon.poss.cont.tab.*

Iussus iudicis in secundo decreto habetur loco tituli. *Alex. l.damni.§.non solum.ff.de dam.inf.*

Iussus quandoque pro consensu accipitur. *c.secundò.vbi gl. de feud.sine culp.non amitt.*

Iussus patris in repudiatione filii, sicut in aditione, requiritur. *Bal.l.is qui.§.fin.ff.de acq.her.* (*quod iussu.*

Iussum credi, antequam creditur, reuocari potest. *l.1.§.2.ff.*

Iussu iudicis qui facit, dolo facere nõ videtur: *l. non videntur.§.fin.ff.de reg.iur.*

Iussu principis si opus factum sit, non competit actio. *leg. quod principis.ff.de aq.plu.arc.*

Iussu magistratus quod fit in iudicio, metu fieri non videtur. *l.cùm non solum.C.de bo.qua lib.* (*iussu.ff.de reg.iur.*

2540. Iussu meo quod soluitur, ipse soluisse videor. *l.quod*

Iuuenis dicitur vsque ad 50 annos. *l.si sterilis.ff.de act.empt.*

Iuuenis etiam dicitur vsque ad 100 annos, qui disciplinari non potest. *Bal.l.fin.C.de bon.qua lib.*

Iuuenis est perspicacior sene. *l.Gallus.ff.delib.& posth.in pr.*

Iuuenis existimatur, qui adolescentis excessit ætate, quoad incipiat inter seniores numerari. *l.non aliter.ff.de leg.3.*

Iuuenis dignior vel doctior præfertur seniori. *Alex. l. cùm quid. ff. si cert. pet.*

Iuuenis alienare non potest. *leg. cùm non solum. C. de bon. quæ lib.*

Iuuenis luxurioſi mandatum ſuſcipiens non habet actionem *l. ſi verò. §. ſi adoleſcens. ff. mand.*

Iuuenum animi, quia ad primam legum veniunt audientiam, perterriti ſunt ſubtilitatis ludibrio. *l. 1. C. de nud. iur. Quia toll.*

Iuuenes auertit plerumque à labore diffidentia. §. 2. *Inſt. de iuſt. & iur.*

2550. Iuuenes educare lubricum eſt. *Zaſ. l. ſi negotia. ff. de neg. geſt.*

Iuuenculæ mulieres debent ſtare capillis diſcoopertis, non velato capite. *c. 1. §. item. qui dominum. quæ ſit pri. cauſ. bon. amit.*

Iuueniles calores difficile eſt refrænare. *leg. fin. §. filiis. C. de bon quæ lib.*

Iuueniles actus præſumuntur clandeſtini, donec contrariũ probetur. *c. licet cauſam. de probat.*

Iuuentus eſt precipuum reip. membrum. *Omphal. de vſurpat. LL. lib. 3 cap 11. nu 11.*

Iuuentus eſt cauſa reuocandi procuratorem. *Bar. l. poſt litem ff. de procur.*

Iuxta ordinem dignitatum pœnæ ſunt imponendæ. *cap. Contumaces 50. diſt.*

L A.

Labes integræ rei excuſat emphyteuticarium à Canone. *l. 1. C. de iur. emphyt.*

Labilis memoria in quouis homine. *Men. conſ: 140. nu 21.*

Labis regit rex. *l. inter claros. C. de Sum. Trin.*

Labitur facile ad delicta natura hominum. §. *ſi verò. Auth. de Menoch.*

Labor non debet eſſe ſine mercede. §. *nè autem. Authen. de iudic.*

Labor eſt remunerandus pro ratâ. *Spec. depoſ. §. 7.*

Labor optat præmium. *Port. conſ. 107. nu 6.*

La-

Labor corporis, etiam minimus, est maior quolibet precio. *l. in seruorum. ff. de pœn.*

Labor non debet defraudari. *l. pen. §. illo. C. de necess. seru.*

10. Labor non debet esse vacuus à mercede. *Spec. proëm. V. hoc ergo.*

Labor est omni precio maior: *l. in seruorum. ff. de pœn.*

Labor omnia vincit. *gl. V. ope. § fin. Inst. proëm.*

Labor eximius est, captum à latronibus eripere. *l. si pater. §. fin. ff. de don.* (gat.

Labor & pecunia recipiunt diuisionem. *l. Seia ff. de ann. le-*

Labor sicut precium rei videtur esse. *ibid.*

Labor omnis, etsi non semper effectus sequatur, suam requirit mercedem. *l. cùm oportet. C. de bon. quæ lib.*

Labor & opera sunt species sumptûs. *Mol. consuet. Paris. lib. 1. §. 1 gl. 5. V. le fief. nu. 85.*

Labor pauperibus non est interdicendus. *l. si defunctus. C. arbit. tut.*

Laboris requies quandoque capescenda. *l. actus. C. de fer.*

20. Laboris sit particeps, qui gaudii vult particeps fieri: *c. 1. in fi. de pœnit. dist. 6.*

Laborem non semper sequitur effectus. *c. nisi cùm pridem. §. quippe. de renunciat.*

Laborem cuiusque dignâ compensatione remunerari æquum est. *l. fin. §. similiter. C. de alluu.*

Laborem suscipiens pro toto terrarum Orbe, priuilegium habere debet. *l. 3. in fi. C. de præsc.*

Labore emenda vera gloria. *Fernand. Vasquius de controuers. illust in præfat. n. 96.*

Labore consequimur commodum. *Luc. de Penna. l. 1. C. de metall. lib. 10.*

Labore suo se quilibet alat. *l. 5. ff. de liber. agnosc.*

Labore cessante cessare quoque debet remuneratio. *c. cùm secundùm. de præb.*

Labores faciunt, vt quis ad maiores dignitates euehatur. *l. 2. § & vnumquemq. C. de off. præf. præt. Aff.*

Labores debent laboranti esse proficui. *Menoch. cons. 390. num. 43.*

30. Laborandum non est frustra. *Ceph. cons. 468. n. vlt.*

Laborans debet manducare. *Id. cons. 136. n. 15.*

Laborans in extremis consilium non habet. *l. cùm non solum. vbi Bal. C. de bon. quæ lib.*

Laboranti non debent subtrahi alimenta. *Coler. de proces. exec. part. 1. cap. 6. nu. 126.*

Laboranti subueniendum est, sed absque tertii læsione. *Omphal. de vsurp. LL. lib. 4. cap. 7. n. 5.*

Laborator præferri debet, qui plus ceteris laborat. *Spec. de Citat. §. 5. V. porrò.*

Laboratores manè debent aliquid habere, vt possint laborare. *Bal. l. 2. C. locat.*

Laboratores continui dicuntur, qui laborant de anno in annum, vel in quinquennio. *Bal. cons. incip: Quia.*

Laboratores ab alio conducti non possunt accusari. *Bar. l. in rem §. tignum: ff. de rei. vend.*

Laboratores in prædio alieno alterius nomine licet dominum in possessione turbauerint, puniendi tamen non sunt: *Aret. 6. decernimus ext. de iud.*

40. Lac est in pecorũ fructu. §. *in pecudum. Inst. de rer. diu.*

Lac dicitur fructus industrialis. *gloss. & si quis à non domino. Inst. eod.*

Lac est commune, quando oues dantur in socidam, licèt oues ipsæ non sint communes. *Bal. l. 1. 2. col. C. pro Soc.*

Lac facit præsumi fœminam esse prægnantem. *Bal. rub. C. de probat.*

Lacerans chartam scriptam de libris Communitatis vel fisci, punitur pœnâ. *l. si quis. ff. de iur. om. iud.*

Lacerari debet libellus ineptus. *Bertach. ref. par. 3. in pr.*

Laceratio in protocollo arguit falsitatem, & tãgit vicium. *Menoch. cons. 538. nu. 8.*

Lacrimatio ex deuotione, & lætitiâ, & compunctione cordis comprobatur. *Card. clem. 1. de relig.*

Lacrumæ & orationes sunt arma Clericorum. *c. conuenior. 23. q. 8.*

Lacrimæ affectus sunt visûs *l. 3. C. de suspect: tut.*

50. Lacrimæ sunt communes supplicantibus. *l. fin. C. de in. delib.*

La-

Lacus interdum crescit interdum decrescit; *l. vicinus. §. 3. ff. de aq. pluu. arc.*

Lacus non habet ius, vt flumen: *l. Rutilio. ff. de cont. empt.*

Lacus est, qui perpetuam aquam habet. *l. 1. § lacus ff. vt in flum. publ. nauig.*

Lacus crescens super prædiis est eius, cuius erant prædia. *Bar. l. vicinus. § lacus; ff. de aq. pluu. arc.*

Lætitia omnium communis cum ritibus profanis non est submouenda. *l. 4. C. de pagan.*

Lacus venditus debetur emptori, etiam cum nauibus piscatoriis quæ sunt communis vendentis. *Bal. leg. 2. C. de V. sig.*

Laicus non potest esse in eâ templi parte, quæ clericis assignata est. *l. 2. C. de SS. Eccl.*

Laicus quis præsumitur in dubio, non clericus; *Dec. cons. 125. col. 2.*

Laicus iudex potest exequi relicta ad pias causas. *Bar. l. solent. ff. de alim. & cib. leg.*

Laicus factus clericus post contractum non potest conuenire coram iudice sæculari. *Alex: leg. pen. in pr. ff. de iur. om. iud.*

60. Laici præsumuntur habere odiò clericos. *c. laicas. 2. q. 7.*

Laicus non potest præscribere decimas. *c. causam. de præscr.*

Laicus non præscribit spiritualia etiam per tantum tempus, quod non sit memoria in contrarium. *Abb. c. causam. de præscript.*

Laicus etiam de consuetudine non potest esse patronus Ecclesiæ collegiatæ. *Alex. cons. 57. vol. 4.*

Laicus non potest esse delegatus etiam cum clerico in casu spirituali. *Host. de off. deleg. § 2.*

Laicus non potest esse Vicarius Episcopi, sed assessor & cõsultor. *Inn. c. decernimus; de iud. (recit.*

Laicus potest esse iudex. *gl. & DD. l. fin. C. de sent. ex peric.*

Laicus offendens clericum tenetur ad interesse. *c. contingit. de sent. excom. (gl. c. 2 de rest. spol. lib. 6.*

Laicus potest petere decimas, de quibus fuerit spoliatus.

Laicus iudex non potest de causâ clerici cognoscere. *c. fin. 29. dist.*

Lai-

70. Laicus iudex non potest citare clericum. *Ang. leg. 1 ff. si cui plus quàm per leg.*

Laicus non admittitur ad accusandum vel denunciandum clericum ciuiliter de crimine. *capit. Osius. ext. de Elect.*

Laicus non debet se intromittere de clericis. *ibid.*

Laicus est incapax beneficiorum. *c. 2. de instit.*

Laicus non præscribit ius patronatûs contra Ecclesiam nõ patronatam. *Io. And. c. quod alicui. de reg. iur in 6.*

Laicus potest habere commoditatem decimarum. *Castr. cons. 136.*

Laicus potest habere ius decimandi, scilicet vt fructus tantùm percipiat, non aliter. *Cast. cons. 156.*

Laicus potest inuestiri de beneficio Ecclesiastico pro clerico absente. *Abb. c. accedens. de præb.*

Laicus potest vendicare ius patronatûs, quod habet in Ecclesiâ. *Bar. l. in rem. §. loca sacra. ff. de rei vend.*

Laicus delinquens potest puniri per Episcopum de delicto Ecclesiastico. *Old. cons. 86.*

80. Laicus potest esse procurator in causâ Ecclesiasticâ vel spirituali. *c. 1. in pr. de procur. lib. 6*

Laicus occupans bona Ecclesiæ ratione delicti sortitur forum Ecclesiæ. *DD. c. conquestus. de for. compet.*

Laicus litigans in foro Ecclesiastico ligatur illius fori consuetudine. *Bar. Auth. cum clericis. C. de Episc. & Cler.*

Laicus potest esse rector hospitalis. *Ant. de But. c. decernimus de iudic.*

Laicus de eodem crimine cum clerico accusandus debet accusari coram Episcopo. *Suzar. l. præcipimus. ff. de app.*

Laicus potest capere clericum delinquentem, vt eum ducat ad iudicem, non vt retineat. *Bar. l. si quis. ff. de furt.*

Laicus possidens spiritualia præsumitur in malâ fide. *Inn. c. constitutus. de Elect.*

Laicus possidens bona spiritualia cogitur ostendere titulum. *Bal. l. malè agitur. C. de præscrip. 30. ann.*

Laicus potest promoueri ad dignitates Ecclesiasticas vel sæculares. *c. Neophytas. dist 61.*

Lai-

Laicus potest postulari, non eligi in Canonicum. *Inn. cap. magnus Episcopus. de oblig. ad rat.*

90. Laicus tempore delicti & inchoati processus si postea fiat religiosus, non mutat forum. *l. si quis postea. ff. de iud.*

Laicus de loco interdicto non potest promoueri. *c. non est de sponsal.*

Laicus potest conueniri coram iudice Ecclesiastico pro rebus Ecclesiasticis. *Inn. c. si clericus. de for. compet.*

Laici puri quandoque dicuntur religiosi. *c. fin. de reb. Eccl. non alien.*

Laici possunt esse socii visitatoris. *gloss. & Card. clem. fin. §. fin. de stat. relig.*

Laici non sunt retrahendi à solutione decimarum. *cap. 1. de decim. Natt. cons. 136. num. 9.*

Laici habent suffragium in eligendo Episcopo. *Nouell. 123. cap. 1. in pr.*

Laici Ecclesiastica negotia exercere non debent. *c. 2. Ext. de iudic.*

Laici spiritualia possidere non debent. *capit. cùm causam. de præscript.*

Laico decimæ concedi possunt per Episcopum in alimoniam tantum. *c. pen. & fin. 10. q. 1.*

100. Laicum verberans sub habitu clericali non tenetur. *Ang. Aret: §. in potestate. n. 8. Inst. de his qui sui vel al. iur.*

Laicorum consuetudo non ligat Clericos vel Ecclesias. *C. Ecclesia S. Maria. de constit.*

Laicorum Statutum, cum de modico præiudicio agitur, ligat clericos. *Frid. sen. cons. 85.*

Laicis præbendæ non conferendæ. *c. quamuis. 12. de decim.*

Laicis non competit ius auferendæ præbendæ. *c. in Lateranensi. §. nota. de præbend.*

Laicis nulla est tributa facultas in rebus Ecclesiasticis. *cap. cùm Laicis. Ext. de reb. Eccl. non al.*

Lana cedit emptori bonæ fidei. *Bal. l. 1. C. de vsur.*

Lanæ appellatione non venit linum. *l. si cui lana. V. linum: ff. de leg. 3.*

Lana dicitur fructus industrialis. *leg. sequitur §. lana. ff. de vsucap.*

La-

Lanæ appellatione venit etiam sericum. *l.1.C. quæ res vendi poss.*

110. Lana legata extenditur ad telam. *Sim. de Prat. de interpr. vlt. vol. lib. 4. dub. 10. nu. 12.*

Lance æquâ trutinanda est lis. *l. generaliter. §. 2. in fi: C. de rebus creb.*

Largiri de alieno est species furti. *l. filius §. 1 ff. de don.*

Languor animi non debet afferre damnum. *l. iusto. §. eum qui ff. de vsucap.*

Languor corporis inducit plerumque exitium mentis. *leg. hac consultissima. §. at cum humana. ff. de testa.*

Lapidicina dicitur, vbi lapis cæditur, non vbi cædi potest: *Bar. l. in lege fundi: ff. de contr. empt.*

Lapidicina & vena saxorum differunt. *Cast. cons. 176.*

Lapidicinę de fundo priuati, etiam per fiscum, extrahi non possunt, nisi sit consuetudo, & precium iustum soluatur domino fundi. *Flor. l. venditor: ff. Com. præd.*

Lapidicinæ in dotem datæ commodum ad maritum pertinet. *l. si fundus. ff. sol. mat.*

Lapidicinæ in fructu fundi sunt. *l. item sit §. 2. ff. de vsufr.*

120. Lapillus quandoque ponitur pro gemmâ seu lapide pretioso. *§. item lapelli. Inst. de eor. diuis.*

Lapilli in littore inuenti fiunt inuentoris. *ibid.*

Lapilli iactu retinetur possessio. *gloss. leg. etsi forte. ff. si ser. vend.*

Lapilli computantur inter bona mobilia. *Ang. Auth. de nupt. §. aqui parum.*

Lapilli veniunt appellatione lapidum. *Bart. l. fin. §. species. ff. de publica.*

Lapis sepulchri moueri non debet. *l. pergit audacia. C. de sepulch. viol.*

Lapis nascitur & crescit. *l. pro regione. ff. de acq. rer. dom.*

Lapides non sunt de fructu. *l. diuortio. ff. sol. mat.*

Lapides sepulchrorum sunt religiosi. *Bar. l. quæ religiosis ff. de rei vend.*

Lapides è muris ciuitatum auferre prohibitum est. *Menoch. de arb. iud. quæst. lib. 2. cas. 483. nu. 3.*

130. La-

130. Lapsus ætatis lubrico excusatur in delicto. *leg.4.C,de incest.& inutil.nupt.*

Lapsus inconsulto errore restituitur,nisi ratum habeat postea.*l.1.C si mai.fact.*

Lapsus mulierum imbecillitate sexûs competenti moderatione subleuandi sunt.*l.Imperialis C.de nupt.*

Lapsus subitus nemini imputãdus.*l.etiam.ff.de adm.tut.*

Lapsus temporis præfixi à iure non tollit naturalem obligationem.*Bal.si pœnæ.ff.de cond.indeb.*

Lapsus termini arguit tacitam renunciationem. *l.si ego.C. de neg.gest.*

Lapsus decennii habet vim clausulæ derogatoriæ. *Bald.l. sancimus.C.de testam.*

Lapsu fatalium expirat iurisdictio iudicis causæ appellationis.*Bal.tit.quo temp.mil.inuest.pet.§.fin.*

Lapsi facultatibus debent ali.*l.decurionib.ff.de decur.*

Lapsis subuenitur.*l.3 in fi.C.de Apostat.*

140. Laqueus non est iniiciendus alicui.*Spec.depos.§.7.*

Lardum venit appellatione carnis, non tamen veruecinæ. *l.1.C.de erog.mil.an.lib.12.*

Larem proprium in vrbe non habentes, ibi prætores esse nequeunt.*l.2.C.de off.prat.*

Largiri ex alieno species lucri est.*l.interdum:ff.de furt.*

Largitas tenet medium inter auaritiam & prodigalitatem. *gl.c.ex parte.de consuet.vbi Abb.*

Largitiones sunt prohibitæ. *Nou.13.cap.3.§.1.*

Largius alens non dicitur necare,sed alimenta negans.*cap. pasce.dist.86.*

Largiùs expendit,qui sperat sibi aliqua euenire.*l.sed etsi.§. si quis.ff.de pet.her.*

Largus sermo proferentem coniicit in promptum periculum.*l.fin.C.de dot.promiss.*

Laruæ sunt prohibitæ Clericis.*de consecr.dist.vlt.*

150. Lasciuia impunita esse non debet.*§.11.Inst.de obl.qua ex del.nasc.*

Lata culpa est nimia negligentia. i. non intelligere, quod omnes intelligunt:*l.cedere diem.§.fin.ff.de V.sign.*

La-

Lata culpa in maleficiis dolo non comparatur: *l. quicquid calore. ff. de reg. iur.*

Lata sententia contra tutorem non habentem administrationem ipso iure nulla est. *l. si tutor. C. in quib. caus.*

Lata sententia contra minores indefensos est ipso iure nulla. *l. cum & minores. C. si adu. rem.*

Lata culpa dolo comparatur. *l. 1. ff. si mens. fals. mod.*

Lata negligentia prope fraudem accedit. *leg. impuberi. ff. de suspect. tut.*

Lata culpa est ius ignorare. *gl. l. liberorum: V. non iuris. ff. de his qui not. infam.*

Lata culpa sæpe non æquiparatur dolo. *Bart. l. quod Nerua. ff. depos.*

Lata fuga species est exilii: *l. exilium: ff. de interdict.*

160. Latentia peccata, non habent vindictam. *cap. fin. 32. quæst. 5.*

Latens & absens non nocent præsenti. *l. 1. ff. de fideic. libert.*

Latina libertas abrogatur cum omnibus legibus de eâ loquentibus. *l. 1. C. de Lat. lib. toll.*

Latinè iudicare licet. *l. iudices. C. de sent. & interloc.*

Latinitas bona in Scripturis est obseruanda. *l. Plautius. ff. de aur. & arg. leg.*

Latinitas mala non viciat Instrumentum; *Bart. l. si librarius: nu: 2. ff. de reg. iur.*

Latinitatis adiectio hodie superuacua est in manumissione. *l. 1. §. 6. C. de Lat. lib. toll.*

Latitare dicitur is, qui iudicis vocationi non obedit. *gl. leg. satis. ff. de in ius voc.*

Latitare non dicitur citatus priuilegiatus, qui non tenetur comparere. *Bar. l. non videtur. ff. de iud.*

Latitare videtur, qui occursum conditori, euitat. *ibid.*

170. Latitare est cum tractu aliquo latere, sicut factitare pro frequenter facere. *ibid.*

Latitare dicitur, qui turpiter se abscondit. *Port. conf. 187. num. 4.*

Latitare sufficit aduersus vim, vt ille solus vendat. *gl. l. cùm proponas. C. de bon. aut. iud. poss.*

Iu-

Latitans ne valeat inueniri habetur pro citato. *Spec. de contum. §. 2. in pr.*

Latitatio requiritur tempore primi & secundi decreti, aliàs missus non potest vendere. *Bar. leg. ait prætor. §. fin. ff. ex quib. caus. mai.*

Latitatio animum & affectum latitantis desiderat. *l. Fulcinius. §. illud. ff quib. ex caus. in poss.*

Latius tempus maiorem affert deliberationem. *leg. qui interrogatur. ff. de pet. her.*

Latitudo platearum vel porticuum minuenda non est ædibus priuatis. *l. ædificia. C. de oper. publ.*

Latitans beneficium quinquennii non habet. *l. fin. C. Ne de stat. defunct.*

Latitante actore reus est absoluendus. *c. reprehensibilis. 26. si a. de appell.*

180. Latitantes habentur pro citatis. *Specul. de contum. §. 2. in pr.* (*§. 1. V. 6.*

Latro suspendi debet, vbi furatus est. *Spec. de comp. iud. adi.*

Latro publicus sine præcepto iudicis cadi potest. *Id. de accus. §. 1. V. hoc tamen fallit.*

Latronem non veretur vacuus viator. *ibid. § 6.*

Latro aggrediens in itinere licere interfici potest. *l. 1. Cod. quand. lic vnicuiq.*

Latro audax executori obiiciens manus capiendus, & statim puniendus est. *l. 2. C. de his qui latron.*

Latro insignis quolibet die torqueri potest. *l. prouinciarum C. de fer.*

Latro punitur in vitâ. *Auth. sed nouo. C. de ser. fug.*

Latronis familiares in seruitutem damnati non possunt proclamare ad libertatem. *l. 2. C. quib. ad lib. proclam.*

Latro dicitur, qui per vim furatur. *Auth. sed nouo iure. C. de seru. fugit.*

190. Latro non est ad testimonium admittendus. *Nep. de Monte alb. de testib. in pr. n. 22.*

Latro potest impunè occidi. *23. q. 5. c. cùm homo.*

Latronem telo resistentem licet occidere. *Bal. l. 4. C. ad leg. Corn. de Sic.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Latronem inuenire promittens videtur promittere in iudicio sisti, & si non sistit, punitur. *l. si Barsatoram. Cod. de fideiuss.*

Latrones possunt quæstionari die feriato & condemnari. *l. prouinciarum. C. de fer.*

Latrones sunt furca suspendendi. *leg. capitalium. § vlt. ff. de pœn.*

Latrones etiam tempore feriato puniri possunt. *l. prouinciarum. C de fer.*

Latrones exhibendi sunt. *l 2. C. de his qui latron.*

Latrones inquiri ita non debent, vt innocentibus periculum fiat. *ibid.*

Latrones publici à quouis interfici possunt. *l 2. C quand. lic. vnicuiq.*

200. Latronum susceptor potest repudiari. *l. consensu: C. de repud.*

Latronum vita periculi sui nescia. *leg per omnes. Cod. de defens. Ciuit.*

Latronibus eripiendum alicui datum non reuocatur. *ibid.*

Latronibus patrocinia deneganda. *l fin. C. de mod. mulct ar. quæ à iud. inflig.*

Latronibus purgandæ regiones strictissimâ disciplinâ. *ib.*

Laboribus multis inuenta sunt retinenda. *leg si quando in pr. C. de inoff. test.*

Latrocinans potest interfici, si modò inferendæ cædis voluntas præcessit: *l. 4. C. ad l Cor. de Sic.*

Latrocinia sunt regna sine iustitia: *Alciat. leg. bona ciuitatis nu 7. ff. de V sign.*

Latrunculator de re pecuniariâ iudicare non potest. *l. solennis. § 1. ff. de iud.*

Latrunculi dicuntur hostes ex bello iniusto. *leg. hostes. ff. de capt.*

210. Latum pandit deliquentibus aditum, qui iungit cum prauitate contensum. *c facientibus. dist. 86.*

Lauacra præstanda non sunt Comitibus vel tribunis rei militaris *l vn. C. ne rei militar. Comitib.*

Laus sequitur benefacta, & vituperium malefacta. *l. sancimus. § 3. C. de Episc. & Cler.* Laus

Laus in ore proprio sordescit. *l. observare. ff. de off. proconf. c. tenere dist. 31.* (*libr. 2.*

Laus omnis in fine canitur. *Gribal. ex. Aristot: de rat. stud.*

Laudis plurimum acquiritur ex restauratione diruto rum vetustate. *l fin. C. de oper. publ.*

Laudis alienæ occultator fur est. *Curt. Conf. 66. col. 5.*

Laudes suas non grauatè quis audire debet: *l si in aliquam. in pr. ff. de off. proconf.*

Laudabilis est consuetudo, quæ nihil fidei contrarium vsurpat. *c consuetudinem; 11. dist.*

Laudabile & pulchrum nomen habere bonũ. *Cyn. l. cunctos populos. 2. not. C. de Sum. Trin.*

220. Laudabile est lites auertari: *leg. item si res, §. 1 ff. de al. iud. mut. cauf. fact.*

Laudabile est liberalitatem in amicos exercere bene merẽtes. *l. sed et si lege. ff. de pet. her.*

Laudabile est habere heredem & successorem. *l. & quia ff. de interrog. act.*

Laudandus non est, qui se vel alios subtrahit vtilitatibus patriæ. *l. 3 ff. de mun. & honor.*

Laudandus est, qui ratione prouidet, nè actum faciat inutilem *c. illa cau: 11. q. 3.*

Laudandus falsò quis non est. *l. quod si. ff. de dol.*

Laudando malitiam augeri non oportet. *l. 1. § non enim. ff. de seru. corrupt.*

Laudandum parcè, vituperandum parcius. *Spec. de Aduoc. § iamnunc. nu. 1. Ex Seneca.*

Laudare debemus DEVM corde, non voce. *cap. cantantes. 92. dist.*

Laudare delictum fieri, est persuadere. *l. 1, § persuadere. ff. de seru. corrupt.*

230. Laudat quisque facile, quod optat. *Nouar. c. 5. in pr.*

Laudari à turpibus turpe est. *Abb. c. inquisitionis. de accus.*

Laudator facti vel præpositi à monitore & suasore parum distat. *l. 1. § 3. ff. de peric. & com. rei vend.*

Laudator sufficientis cautionis tenetur in subsidium. *l. 3. in fi. C. de V. signif.*

Laudator mali autor est mali. *l.1.ff.de ser.corrupt.*

Laudemium debet solui à nouo Emphyteutâ. *gloss.l.fin.V. accipere, C. de iur. Emph.*

Laudemium est quinquagesima pars precii, quæ dari debet pro eo. *Spec. de locat. §.6. V.100.*

Laudimia locum habet in emphyteusi venditâ vel donatâ. *l.3. C. de iur. Emphyt.*

Laudum continens expressam læsionem est nullum, nec firmatur iuramento. *Assis. decis. 2. nu. 19.*

Laudum continens expressum errorem iuris est nullum. *ibid. num 20.*

240. Laudum latum contra voluntatem testatoris nullum est, & venit reuocandum. *ibid. nu. 25. & 41.*

Laudum latum tempore feriarum inductarum per statutum in Compromissis non valet. *Bal. l. Cretionum. C. de iu. delib.*

Laudum non valet, si quando tertius se informauit parte non citatâ. *Cast. cons. 48.*

Laudum simulatum non valet. *Bal. l. 1. C. plus Valer. quod agit. opp. 3.*

Laudum lapsu temporis tacitè emologatur. *Inn. c. Quinta vallis. de iureiur.*

Laudum non meretur executionem, si non apparet compromissum. *Cast. cons. 145.*

Laudum impropriè dicitur transactio. *Cast. cons. 68.*

Laudum iniquum dicitur, quod læsit vltra sextam partem. *Cast. cons. 68.*

Laudum de nocte latum valet. *Cast. con. 71.*

Laudum arbitri & arbitratoris præsumitur iustum & æquum. *Dyn. cons. incip. Tholomeus.*

250. Laudum pro modicâ læsione corrigi non debet. *Bal. l. 1 C. de his quæ pœn. nom.*

Laudum emologatum instar habet transactionis. *Natt. Cons. 95. nu. 5.*

Laudum arbitri æquum & iustum esse debet, & pro eo præsumitur. *c. nisi essent de præbend.*

Laudum pendet à validitate compromissi. *Ioseph. Lud. Assis. decis. 2. n. 18.*

Lau-

Laudum precipitanter latum est ipso iure nullum. *Iac. Butrig. l. prolatam. C. de sent.*

Laudum lædens in mediocritate rescinditur in totum, tãquam iniquum. *l vnde si Neruæ. ff. pro Soc.*

Laudum continens eũidentem magnam læsionem est nullum. *B l. 2. § sed et si quis C. com. de leg.*

Laudum non venit appellatione sententiæ. *Cast. Cons. 71.*

Laudum latum in die feriata in honorem DEI valet. *Bar. l si feriatis ff. de fer.*

Laudum nudo verbo & sine scripturâ ferri potest. *Bal. l. fin. 3. q ff. de contr. empt.*

260. Laudum nullum à partibus approbatum valet in vim transactionis. *gl. l. 2. C. Com. vtriusque iud.*

Laudum nullum potest declarari, etiam per iudicem reductionis. *Bal. c. sancimus. quo temp. mil.*

Laudum requirit partis præsentiam. *Bar. l si quis arbitratu. ff. de V. O.*

Laudum latum inter certas personas non præiudicat tertio. *Abb. c. cùm super. num. 6. de sent. & re iud.*

Lauens pannos in fonte vel flumine, de quo potatur, debet puniri. *Bart. l. cùm supra. C. de remil. lib. 12.*

Laxatur aliquid de iure propter timorem contagionis. *leg. casus. C. de testam.*

Laxius quædam ex æquo & bono intelliguntur. *leg. 3. C. de loc. & cond.*

Lazarus resurgens non recuperauit bona. *Ang. l si marito. ff. sol. matrim.*

LE.

Lectum & ornamenta lecti non præsumuntur donata vxori per virum, nisi in testam. sint relicta. *Bal. Auth. res quæ. C. com. de leg.*

Lectum non venit in hypothecâ bonorum generali. *Bar. l. 1. C. quæ res pign. oblig. poss.*

Lectum venit appellatione alimentorum. *Bar. l. legatis. ff. de alim. & cib. leg.*

Lecti appellatione venit culcitra perica, & omnia ornamẽta. *l. liberorum. § fin. ff. de leg. 3.*

Lectio decies repetita placet. §. 1. C. de emend. Iustin. Cod.

Lectio instrumentorum non iuuat aut nocet recitanti, sed ei qui in iis scriptus est l. ad probationem. C. de probat.

Lectio scripturarum vtilis. Nou. 122. cap. 2.

Lectores sunt immunes à personalibus muneribus. l. presbyteros. C. de Episc. & Cler.

Lædi non debet absens diuisione inter alios facta. leg. inter alios. C. int. al. acta.

10. Lædi nemo intelligitur, vbi par est conuentio. l. de fideicommisso. C. de transact.

Lædens per dolum est infamis. Spec. de contum. §. 1.

Legalis scientia fugat paupertatem. Cagnol. proœm. ff. § nos verò. nu. 7.

Legare potest vxori maritus l. si actionem. C. de pact.

Legare potest mater Codicillis. l. 4. C. de Codicill.

Legare potest mutus tantùm naturâ. l. diseretis. C. qui test. fac. poss.

Legare potest pater liberationem dotis. leg. 3. Cod. de fals. cauf. adiect.

Legare potest pater, cum prohibitione alienationis extra familiam. l. 4 C. de fideicom.

Legare potest sciens rem alienam esse, quam legat. leg. cum alienam. C. de legat.

Legare potest socius libertatem seruo cum peculio. l. 1. §. 3. C. de Com. seru. man.

20. Legare potest surdus tantùm naturâ. l. diseretis. C. qui test. fac. poss.

Legare potest tutor, sed rem suam tantùm. l. de successione. C. de admin. tut.

Legare potest vnusquisque cui legibus non est prohibitum. l. 1. C. de SS. Eccl.

Legare non potest debitor soluendo non existens. l. si vniuersa. C. de legat.

Legare non potest habitator, ita vt excludat dominii vindicationem. l. habitatio. C. de vsuf. & hab.

Legare non potest ignorans rem alienam esse, quam legat, si extraneo legetur. l. cum alienam. C. de legat.

Le-

Legare non potest pater naturalis liberis, quantum vult. *l. cuidam. C. de natur. liber.*

Legare non potest soluendo non existens. *l. si vniuersa. C. de legat.*

Legare non potest vsufructuarius res illas, quarum vsumfructum tantum habet. *l. vxor. C. eod.*

Legare potest deportatus venia à Principe impetratâ. *l. 1. §. si quis. ff. de legat. 3.*

30 Legare potest filiusfam. miles. *l. filiusfam ff. de leg. 1.*

Legare potest habens testamenti factionem. *l. 2. ff. eod.*

Legare potest heres. *l. Mauius. ff. de leg 2.*

Legare potest libertus. *l. filiusfam § 1. ff. de leg. 1.*

Legare potest miles damnatus militari delicto. *l. si quis in principio. § 1 ff. de leg. 3.*

Legare potest prohibitus alienare, donec vixerit. *l. pater filium. § 3 ff. eod.*

Legare potest cæcus. *l. hac consultissima. in med. C. qui test. fac. poss.*

Legare potest creditor debitori. *l. si creditoris. C. de fideic.*

Legare potest Emphyteuta saluo iure directi domini. *l. 3. C. de iur. emphyt.*

Legare potest maritus dotē vxori. *l. 3. C. de falsi. caus. adiect.*

40. Legare potest filius à matre heredeque sua. *leg. 1. Cod. de fideicom.*

Legare licet totum vni, & eiusdem partem alteri. *leg. cum quæstio. C. de legat.*

Legare quibus ipsis possumus, eorum quoque seruis possumus. *l. si mihi ff. de leg. 1.*

Legare sicut heredem instituere, fauorabilis res est. *Spec. de locat. § 6. V. 76 & seq.*

Legare potest emptor rem emptam, etiam sibi non traditam. *l. apud Iulianum. § Item Iulianus. ff de leg. 1.*

Legare non potest pater spurio, nisi pro alimentis. *Bal. l. 1. col 4. C. de SS Eccles.* (*leg. 1.*

Legare possunt illi, qui testari non prohibentur. *leg. 2. ff de*

Legare non potest debitor liberationem fideiussori. *l. g. si debitor. ff. de liberat. leg.*

Legare non potest deportatus. *l.1.§.2.3.4 ff.de leg.2.*
Legare non potest filiusfam. *l.1.§.1 ff.eod.*
50. Legare non potest incertus de statu suo. *ibid.*
Legare non potest is, cui aqua & igni interdictū est. *ib.§.2.*
Legare non potest alienari prohibitus. *l.1.C.de SS.Eccles.*
Legare non potest debitor in præiudicium creditoris. *l.debitorem.C.de pig.& hypoth.*
Legare est meræ voluntatis, dotare necessitatis. *Bal.l.legatum.C.de cond.insert.*
Legare non potest debitor soluendo non existens. *l.si vniuersa.C.de legat.*
Legare non potest habitator, ita vt excludat dominii vindicationem *l.habitatio.C.de vsufr.& hab.*
Legare non potest ignorans rem alienam esse, quam legat, si extraneo legetur. *l.cùm alienam.C.de legat.*
Legare non potest pater naturalis liberis, quantum vult. *l.cuidam.C.de natur.liber.*
Legare non potest soluendo non existens *leg.si vniuersa.C.de legat.*
60. Legare non potest vsufructuarius res illas, quarum vsumfructum tantùm habet. *l.vxor.C.eod.*
Legare liberè possunt coniuges. *Nou.22.cap 2.*
Legere quis non dicitur, nisi scripturam oculis subiiciat. *Bar.l.1.in pr.ff.de his quæ in test.del.*
Legandi modus non inspicitur. *Bar.l.in legatis.C.de leg.*
Legans testatorem simpliciter censetur tantùm legare ius quod habet in re. *l.si domus ff.eod.*
Legari potest ab omni debitore. *l.si pecunia ff.eod.*
Legari ædibus affixa regulariter non possunt. *leg.cetera ff.de leg.1.*
Legatum rei, quæ dari non potest, debetur legatario, vel eius heredi in æstimatione. *Bar.l.mortuo.ff.de leg.2.*
Legari potest res inseparabilis ab aliâ, & debetur in æstimatione. *Bar.l.si quis inquilinos ff.de leg.1.*
Legari potest res, in qua heres habet vsumfructum, & tunc debetur tàm proprietas, quàm vsusfructus. *l.cum filius.§.dominus.ff.de leg.2.*

70. Le-

Legari potest pecunia existens in arcâ. *Bertach. repert. part. 3. fol 12. b. col. 3*

Legari non potest proprietas rei per vsufructuarium : *ibid.*

Legari potest res propria legatarii, in qua alius habet ius. *l. si tibi. in pr ff. de leg. 1.*

Legari potest res, quæ apud hostes est. *l. id quod apud hostes. ff eod.*

Legari potest eidem res est æstimatio *Bertach. loc quo sup:*

Legari potest res minoris vsucapta, & restituta minori. *Bar. l. non quocumq. §. 1. ff. de leg. 1.*

Legalis potest res dotalis in æstimatione dotis. *l. dotalem. ff. ae test mil.*

Legari non potest res Ecclesiastica, imò nec eius æstimatio debetur tunc. *Alex. c filius de testam.*

Legari non potest res annexa domibus. *l. cetera ff. de leg: 1:*

Legatum rei, quæ non est, & rei, quæ est, valet in re, quæ est. *Bar. l. cùm scriptum ff. de dot. præleg.*

80. Legari possunt alimenta. *tot. tit. ff. de alim. & cib. leg.*

Legari potest seruitus. *tit ff. de ser leg.*

Legari potest optio. *tit. ff. de opt. leg.*

Legari potest fundus instructus. *tit ff. de fund. instruct.*

Legari potest annus redditus. *tit. ff. de ann. leg.*

Legari potest liberatio. *Bertach. rep. part 3. fol. 12. col. 1. in pr.*

Legatum bis factum in diuersis testamentis bis debetur. *Cast. cons. 62.*

Legata facta eidem ab vtroque herede per testatorem, debentur ab vtroque. *Bar. l. si plurib. § fin: ff. de leg. 1.*

Legata non debentur ab hereditate iacente, sed à fisco succedente in bonis vacantibus. *Bal. l. eam quam. 3. col. C. de fideicom.*

Legatum rei & æstimationis rei factum eidem debetur vtrumque. *Bar. l. planè. § 1 ff. de leg 1.*

90. Legatum nominatim relictum ab vno herede non debetur à sequentibus in gradu. *l si plures ff. de leg 3.*

Legata debentur à venditore hereditatis. *l. 2, C. de leg.*

Legari non potest res, quæ non est in commercio. *§ non solum, Inst. de legat.*

Legari potest arbor. *DD l si fundum ff. de leg 1.*

Legari potest res, quam testator non habet, sed vicini eius, & tunc debet emi ab herede, & præstari legatario. *gloss. l. legato. ff. eod.*

Legari non potest domus destruenda. *leg. filiusfam. § ædes. ff. eod.*

Legari nequit seruitus. *tot: tit ff. de seru.*

Legari potest castrum subditis per dominum Castri. *DD. l. Senatus. § fin. ff. eod.*

Legari potest pignus debitori & extraneo. *Bar. & DD. l. si tibi homo in pr ff. eod.*

Legari potest domino superficies persuperficiarium. *ibid.*

100. Legari non potest à filio præterito. *leg. quidam. Cod. de fideicom.*

Legari potest personis incertis & posthumo alieno. *§. sed nec huiusmodi. Inst. eod.* (*legat.*

Legari potest domino seruo heredis. *§. Ex diuerso. Instit. de*

Legari potest capaci. *l. non oportet ff. de leg. 2.*

Legari potest capto ab hostibus si reuertatur. *l. si seruo. §. 1. ff. de leg. 1.*

Legari potest ciuibus. *l. Lucius Titius §. ciuib. ff. de leg. 3.*

Legari potest ciuitatis parti. *l. omnia. §. 2. ff. de leg. 3.*

Legari non potest capto ab hostibus & non reuertenti. *l. 4. §. 1. ff. de his quæ non script. hab.*

Legari non potest damnato in metallum. *l. 3 ff. eod.*

Legari non potest debitori tuto perpetuâ exceptione. *l. si creditor. ff. de lib. leg.*

110. Legari non potest filiofam. sub conditione, quæ in eius potestate non est. *l. Lucius Titius. ff. de cond. & dem.*

Legari non potest heredi à semetipso. *leg. legatum. §. 1 ff. de leg. 1.* (*non script. hab.*

Legari non potest incapaci penitus. *l 3. § 1. ff. de his quæ pro*

Legari non potest non existenti in rerum naturâ, testamenti facti tempore. *l 4 ff. eod.*

Legari non potest personæ incertæ. *leg. qui plures. ff. de vsu & vsufruct.*

Legari non potest seruo heredis. *leg. si legatarius. §. 1. ff. de leg. 3.*

Le-

Legari non potest tutori à pupillâ, quam vxorem duxit. *l. fin. ff. de leg. 1.*

Legari non potest vxori contra leges ductæ. *leg. vxori. ff. de vsu & vsufr.*

Legari non potest Collegio prohibito. *l. sancimus. §. si verò aliqua. C. de Episc. & cler.*

Legari non potest Collegio illicito. *l. 1. C. ad SC. Trebell.*

120. Legari non potest Concubinis. *l. 1. C. de nat. lib.*

Legari non potest damnato ad perpetua vincula. *l. 1. C. qui non poss. ad lib. peruen.*

Legari non potest nubenti intra tempus luctûs sine venià. *l. 1. C. de sec. nupt.*

Legari non potest seruo sine libertate. *l. 4. C. de legat.*

Legari non potest spurio existentibus legitimis. *leg. si qua illustris C. ad SC. Orfic.*

Legari non potest vestalibus. *l. 1. C. de SS. Eccles.*

Legari non potest ab acquirente fortuito, non iudicio testatoris. *l. sed etsi §. 1. ff. de leg 3.*

Legari non potest à creditore, cui debitum legatum est. *l 3. §. 2. ff. eod.*

Legari non potest à creditore, à quo testator mortis causa pignus liberauit. *ibid. § 4.*

Legari nequit à domino heredis sibi acquirentis. *ibid. & l. 4. ff. eod.*

130. Legari non potest à filio præterito. *l. 2. ff. eod.*

Legari non potest à legitimo herede exheredati. *l. ab exheredati. in pr. ff. de leg. 1.*

Legari nequit a mannmisso per testamentum, si nihil ex eo accepit. *l. planè §. 3. ff. eod.*

Legari nequit à substituto exhæredati. *leg. ab exheredati. ff. eod.*

Legari non potest ab herede. *l. ab eo. C. de fideicom.*

Legari nequit res, cuius commercium non est. *§. 4. Instit. de legat.*

Legari nequit res legatarii legatario. *§. 10. Inst. eod.*

Legari nequit debitum creditori, nisi plus in legato sit. *§. 14. Inst. eod.*

Le-

Legari nequit dos non accepta, nisi ex causa. §. 15. *in fi. Inst. eod.*

Legari non potest debitum, cùm nihil interest. *l. sin autem. ff. de leg. 1.*

140. Legari nequit fundus dotalis à milite. *l. dotalem. ff. de test. mil.*

Legari non potest inquilinus sine prædiis, quibus adhæret. *l. si quis inquilinus. ff. de leg. 1.*

Legari nequit pondus impossibile tritici. *l. qui Iam. §. 1. ff. de trit. ol. leg.*

Legari nequit inalienabile. *l. 1. C. de SS. Eccles.*

Legari nequit res religiosa, sed bene ius quod in illa habet. *l. momenta. C. de legat.*

Legari nequit vsusfructus vsusfructûs. *leg. vxor. patrui. C. eod.*

Legari nequit turpiter. *l. turpia legata ff. de leg. 1.*

Legari nequit verbis adulatoriis. *l. generali. capite. ff. de vsu & vsufr.*

Legari nequit in voluntatem alterius expressam. *leg. non-nunquam. ff. de cond & dem.*

Legari non potest ante heredis institutionem. *l. ambiguitates. C. de testam.*

150. Legari nequit pœnæ nomine, si turpis vel impossibilis conditio adiiciatur. *l. 1. C. de his quæ pœn. nom.*

Legari non potest schedula nuda, licet ad pias causas. *Auth. quod sine. C. de testam.*

Legari non potest in solidum vni, & pro parte alteri. *l. cùm quæstio in pr. C. de legat.*

Legari potest res futura, licet iam non sit. §. 7. *Inst. eod.*

Legari potest fundus alienus. §. 9. *Inst. eod.*

Legari potest res sua, tanquam aliena. §. 11. *Inst. eod.*

Legari potest res, quæ postea alienata vel oppignorata est. §. 12. *Inst. eod.*

Legari potest ancilla cum natis. §. 17. *Inst. eod.*

Legari potest grex. §. 18. *Inst. eod.*

Legari potest peculium. §. 20. *Inst. eod.*

160. Legari potest res corporalis & incorporalis. §. 21. *Inst. eod.*

Le-

Legari potest refectio domûs. §. 22. *Inst. eod.*
Legari potest liberatio æris alieni. §. 21. *Inst. eod.*
Legari potest acetum. *l. tabernam. ff. de inst. leg.*
Legari potest æs alienum ex reditibus legati soluendum. *l. nomen debitoris §. 2. ff. de leg. 2.*
Legari potest æs alienum ab vno heredum soluendum *ibidem. § 3.*
Legari potest amplius quid quàm dos. *l 3. ff. de ann: leg.*
Legari potest annulus *l filium: ff. de aur. arg. leg.*
Legari potest annuum sine adiectione summæ. *l. non dubium. ff. de leg 3.*
Legari potest aqua. *l. Mela'ait § 3. ff. de alim. leg.*
170. Legari potest area. *l. seruum. § 4. ff. de leg. 1.*
Legari potest argentum. *l quæsitum. § 4. ff. de leg. 3.*
Legari potest aurum. *l. cùm aurum: ff. de aur. arg. leg.*
Legari potest Bibliotheca. *l. librorum. ff. de leg. 3.*
Legari potest communis fundus. *l. qui quatuor. § 4. ff. eod.*
Legari potest debitum alternatiuum. *l. si sic legatum. § 3. & 4. ff. de leg. 1.*
Legari potest debitum conditionale purè. *leg. debitor. ff. de leg. 2.*
Legari potest debitum creditori, si eius interfit. *l. si creditori. ff. de leg. 1.*
Legari potest equus. *l, legatis. § . Equis. ff. de leg. 3.*
Legari potest frumentum *l. quidam ff. de trit. ol. leg.*
180. Legari potest habitatio, quoad viuat. *leg. damnas. ff. de vsufruct.*
Legari potest hereditas. *l. cùm filius. § 1 ff. de leg. 2.*
Legari potest homo generaliter. *leg. cum incertus homo. ff. de leg. 1.*
Legari potest hortus instructus. *l. Quintus Mutius quæsitum. § . idem respondit. ff. de instr. leg.*
Legari potest idem duobus in solidum. *leg. qui duos. § 1. ff. de leg. 2.*
Legari potest imago. *l. si imaginem ff. de aur. arg. leg.*
Legari potest incertum ad viam reficiendam. *l. quidam in testamento. ff. de leg. 2.*

Le-

Legari potest incorporale. *l. cætera in pr. ff. de leg. 1.*
Legari potest indiuiduum *l. fideicommissa ff. de leg 3.*
Legari potest Insula. *l. si grege legato: ff. de leg. 1.*
196. Legari potest iumentum, *leg legatis. §. iumentis. ff. de leg. 3.*
Legari potest lana. *l. cùm quæreretur § 2. ff. eod.*
Legari potest lectus. *l. librorum. §. fin. ff. de leg 3.*
Legari potest lapillus. *l. cùm aurũ §. gẽma. ff. de aur. arg. leg.*
Legari potest proprietas sine vsufructu. *l. Manius. §. fundo legato. ff. de leg. 2.*
Legari potest proprietas vni, vsusfructus alteri. *l. 1. §. si decem. ff. vt legat. vel fid.*
Legari potest res apud hostes existens. *leg id quod apud hostes. ff. de leg. 1.*
Legari potest seruitus. *l. cætera in pr. ff. eod.*
Legari potest superficies. *l. is qui sola. §. 4. ff. eod.*
Legari potest suppellex. *l quæsitum §. 1 ff. de leg. 3.*
200. Legari possunt vascula argentea. *l. cùm aurum. §. 4. ff. de aur. arg. leg.*
Legari potest venditum & nondum traditum. *l. cùm seruus. §. 2 ff. de leg. 1.*
Legari potest vestimentum virile vel muliebre. *l. inter vestem. ff. de aur. arg. leg.*
Legari potest via ad fundum communẽ. *l. 2. ff. de seruit. leg.*
Legari potest vnguentum. *l in argento §. 1 ff. de aur. arg. leg.*
Legari potest Vniuersitas. *l. cùm pater. §. mensa. ff. de leg. 2.*
Legari potest vsus balnei. *l patronus. §. 3. ff. de leg. 3.*
Legari potest æstimatio rei vni, alteri res. *l. 1. §. vbi autem. C. de cad. toll.*
Legari potest ager pluribus. *l. 2. C. quand. dies leg. ced.*
Legari potest ambiguum chirographum. *l. 3. C. de litig:*
210. Legari potest mortuum inferendi ius. *l. monumenta. C. de legat.*
Legari potest possessio. *l. si Fortidianum. C. eod.*
Legari potest arbitratu boni viri, *l 3. §. 3 ff. de ann: leg.*
Legari potest in arbitrium alterius. *l. 1 ff. de leg 2.*
Legari potest sub causâ. *l. si ita legatũ sit. ff. de cond. & dem.*

Le-

Legari potest sub conditione. *ibid.* §. 3.
Legari potest cum demonstratione, quæ non habet conditionem. *l. quidam testamento. ff. de leg 1.*
Legari potest indefinitè *l. quidam. ff. de trit. ol. leg.*
Legari potest nutu *l. nutu etiam. ff. de leg 3.*
Legari potest pœnæ nomine. *l. 1. ff. de his quæ pœn nom.*
220. Legari potest purè. *l. omnia in pr. ff. de leg. 2.*
Legari potest rogatu alterius. *l filiusfam. ff. de leg 1.*
Legari potest semel, cui bis legatum erat. *l. si ita sit ad scriptum. ff. eod.*
Legari potest ad certum tempus. *l. fin. C. de legat.*
Legari potest Ciuitati. *l. cum pater. § fin. ff. eod.*
Legari potest Ciuitati ad ludos in annos singulos faciendos. *l. annuam ff. de ann: legat.*
Legari potest cognatis. *l. si cognatis ff. de reb. dub.*
Legari potest cognationi. *ibid.* (*de leg. 2.*
Legari potest Collegio. *leg. pater filium. §. fideicommissit. ff.*
Legari potest concubinis. *l. Item legato. §. 4 ff. eod.*
230. Legari potest creditori, ne debitum ab eo repetatur. *l. creditori. ff. eod.*
Legari potest debitoribus. *l. 1. ff. de adim. legat.*
Legari potest decurionibus. *l. antepen. ff. de ann. leg.*
Legari potest disiunctis. *l planè. §, sed si in pupillari. ff. de leg. 1.*
Legari potest domino & seruo disiunctim: *l. si domino. ff. eod.*
Legari potest domino & seruo coniunctim: *l. si seruo meo. in pr. ff. eod.*
Legari potest duobus sub contrariis conditionibus. *l. Titio fundus. ff. de cond. & dem.*
Legari potest duobus eadem res insolidum. *l. si res mihi ff. de leg 3.*
Legari potest duobus reis separatim. *l. non quocunque modo §. qui Gaium. ff. de leg. 1.*
Legari potest filiis aliquibus sublatâ parte hereditariâ. *l. 2. ff. de instruct vel instrument. leg.*
240. Legari potest filiabus. *l. qui filiab ff. de leg 1.*
Legari potest fratribus. *l Lucius Titius. ff. de leg. 3.*
Legari potest heredi extraneo. *l. planè. §. 1. ff. de legat. 1.*

Le-

Legari potest incerto, si postea certus fiat. *leg. quotiens. ff. de reb. dub.*

Legari potest incertis personis implendæ conditionis causa. *l. 3. in pr ff. eod.*

Legari potest manumissis. *leg. filium fam. §. 1. ff. quand. dies leg. ced.*

Legari potest nato & posthumo. *l. quidem relegatus. §. 1. ff. de reb. dub.*

Legari potest non capaci solidi, sub conditione dandi. *leg. ei qui; ff. de mort. cauſ. don.*

Legari potest pluribus coniunctim vel disiunctim, *l. si pluribus. ff. de leg. 1.*

Legari potest redempto ab hostibus. *l. si filia §. 3 ff. de leg. 3.*

2 0. Legari potest reipubl. *l. pen: ff. de ann. legat.*

Legari potest sibi à semetipso vtilitatis causâ. *l. Titia. §. 1. ff. de leg 2.*

Legari potest signatoribus testamenti. *leg. Pamphilo. §. 1 ff. de leg. 3.*

Legari potest statu libero, sub conditione libertatis, *l. statu liberum. ff. de leg. 2.*

Legari potest superuenienti nouissimè. *l. si inter virum. ff. de reb. dub.*

Legari potest templo: *l. annus. §. 1. ff. de ann. leg.*

Legari potest venientibus ab intestato. *l. Lucius Titius. § filium ff. de leg. 2.*

Legari potest vicis. *l. si heres iussus. ff. de leg 1.*

Legari potest vni ex duobus qui prius conditionem impleuerit *l. si seruus legatus. ff. eod.*

Legari potest testamenti factionē habentibus. *§ legari autem. Inst. de legat.*

260. Legari potest Aduocatis. *l. 3. C. ad SC. Trebell.*

Legari potest ærati certæ. *l. 3. C. quand. dies leg. ced.*

Legari potest artificibus. *l. 3. C. ad SC. Trebell.*

Legari potest captiuis redimendis. *ibid.*

Legari potest dictantibus testamenta. *leg. dictantibus. Cod. de testam.*

Legari potest dignitate qualibet decoratis. *leg. non dubium. C. eod.*

Le-

Legari potest Ecclesiæ. *l. priuilegia. C. de SS. Eccles.*
Legari potest familiæ: *l. fin. C. de V. signif.*
Legari potest filio exheredato. *l. cùm quidam. C. de leg.*
Legari potest filiofam. sub conditione, ne ad patrem perueniat vsusfructus. *Auth. excipitur. C. de bon. quæ lib.*
270. Legari potest furioso. *l. cùm furiosus. §. tali itaque ordinatione. C. de curat. fur.*
Legari potest Imperatori. *l. cùm heredes. C. qui test. fac. poss.*
Legari potest nouercæ. *l. hac edictali. C. de sec. nupt.*
Legari potest operibus publicis. *leg. in imponendâ. §. 1. C. ad l. Falcid.*
Legari potest opificibus eiusdem artificii. *l. 3. C. ad Treb.*
Legari potest pauperibus: *ibid.*
Legari potest testibus adhibitis. *l. & in epistolâ. C. de fideic.*
Legari potest vitrico. *l. hac edictali. C. de sec. nupt.*
Legari potest ab accipientibus aliquid. *l. si seruus legatus. §. pen. ff. de leg. 1.*
Legari potest à bonorum possessoribus proximis, aut inferioribus. *l. 1. §. nec tantum. ff. de leg. 3.*
280. Legari potest à debitore. *l. cùm pater. ff. de leg. 2.*
Legari potest à depositario. *ibid.*
Legari potest à donatario mortis causâ. *l. 3. in pr. ff. de leg. 3.*
Legari potest à duobus reis debendi. *ibid.*
Legari potest à filio impubere. *l. si cui serui. §. 1. ff. de leg. 1.*
Legari potest à fisco. *l. filiusfam. §. 2. ff. eod.*
Legari potest à legatario. *l. fideicommissum. ff. eod.*
Legari potest à succedentibus ab intestato. *l. si fundum. §. 2. ff. de leg. 1.* (*de leg. 2.*
Legari potest ab vno filiorum. *l. Titio. § Lucius Titius. ff.*
Legari potest ab vsufructuario. *l. si tibi legatum. ff. de leg. 3.*
290. Legari potest à coheredibus. *l. à coheredib. C. ad l. Falc.*
Legari potest à fideicommissario. *l. ab eo. C. de fideic.*
Legari potest ab Imperatore herede instituto. *l. cùm heredes. C. qui test. fac. poss.*
Legari potest à pupillis. *l. etiam. C. de fideicom.*
Legari potest à substituto. *l. quoties. C. eod.*
Legari potest à tutoribus pupillorum. *l. etiam. C. eod.*

Legati indefensi & condemnati restituuntur, vt absentes reipub. causa. *l. 1. C. quib. ex cauſ. mai. in int. reſt.*

Legatus nō committit causam, sublato iuris ordine. *Abb. c. 1. de reſcript.*

Legatus quis non creditur, nisi ostendat literas. *c. ad eminentiam. de ſent. excom.*

Legatus ex certa scientia non derogat iurisdictioni. *Inn. c. præſenti. de reſcript.* (*ſuet.*

Legatus Papæ gerit vices Papæ. *c. cùm venerabilis. de con-*

Legati possunt dici super illustres. *Spec. de iuriſd. omn. iud. V. ſed. canones.*

Legati delegatus si sententiam proferat, debet appellari ad legatum ipsum. *Spec. de iud. del.* §. 6.

Legati delegatus debet ostendere iurisdictionem legati, alias contra eum excipitur. *ibid.*

Legati delegatus potest mittere in poss. causa rei seruandæ. *Spec. de legat.* §. 4.

330. Legati delegatio expirat cum officio Legati, si Citatio non præcesſit. *ibid.* (*V. facti etiã.*

Legati delegatus consulit super reb. dubiis Legatum. *ibid.*

Legati etiam inuiti coguntur ad munus legationis suscipiendum. *gl. l. ſi quis decurio. C. de decur.*

Legati conueniri non possunt tempore legationis pro debitis antè contractis. *Bar. l. 1. ff. de iud.*

Legati conueniri possunt pro dote. *DD. l. ſi vxor ff. eod. tit.*

Legati coram arbitris conueniri possunt in casibus, quibus coram iudice cogerentur. *Bar. l. nō diſtinguemus. ff. de arb.*

Legati dubii causa est inspicienda. *leg. vxorem. ff. de leg. 3.*

Legati conditionalis acceptilatio fieri non potest, nisi in stipulatum deducatur. *leg. & per iuſiurandum ff. de accept.*

Legati pro repræsaliis retineri vel capi nequeunt. *Bar. l. fin. ff. de legat.*

340. Legati vulgò dicuntur, qui ad prouincias destinantur. *Spec. de actor, V. item illuſtris.*

Legatarius lucratur fideicommissum, quod tenuit ab initio, si deficit ex post facto. *l. pater filium. §. fidei. ff. de leg. 3.*

Legatarius mitti potest in poss. ex primo decreto, si heres non soluat legata. *l fundus. ff. de ann. leg.*

Legatarius quartam Trebellianicam non retinet. *l. mulier. §. fin. ff. ad SC. Trebell.*

Legatarius agere non potest durante confectione Inuentarii. *l. fin. §. donec tamen. C. de iur. delib.*

Legatarius actionē personalem habet aduersus heredem, vt liberet legatum, quod testator sciens obligatum legauit. *l. 3. C. de legat.*

Legatarius actionibus hereditariis vti non potest. *l pen. C. de her. inst.*

Legatarius cauere debet de restituendo, si hereditas euincatur. *l. si in fraudem. C. de leg.*

Legatarius cauere debet, cum satisdatione quanti pluris legatorum nomine. *l. 2. C. de vs. & fruct. leg.*

Legatarius cautionem ab herede petere potest, licet dies nondum venit. *Lt. C. Vt in poss. leg nom. cau.*

370. Legatarius potest conuenire venditorem hereditatis, non emptorem. *l. 2. C. de act. vel her. vend.*

Legatarius creditoris hæreditarii loco est. *l. creditores. C. de hared. act.*

Legatarius creditor est. *l. 1. C. qui man. non poss.*

Legatarius eligere potest in legato generis. *§. si generaliter. Inst. de legat.*

Legatarius eligere potest mediocre, si, qui optare debebat, intra annum non eligit. *l. 3. §. 1. C. Com: de leg. (exhib.*

Legatarius potest postulare tabulas exhiberi. *l. 1. C. de tab.*

Legatarius hypothecariam tacitam habet in bonis testatoris. *l 1. C. Com. de legat.*

Legatarius hypothecam tacitam non habet in bonis heredis, si testator prohibuit. *l. 2. C. Vt in poss. legat.*

Legatarius habet actionem hypothecariam. *l. 1. Cod. Com. de legat.*

Legatarius locare potest habitationem sibi legatam. *l. cùm antiquitas. C. de vsufr. & habit.*

400. Legatario non nocet transactio inter scriptum heredem & legitimum. *l. 3. ff. de Edend.*

Legatarii certant pro lucro. *l. fin § fin verò. C. de iur. delib.*

Legatarii coniuncti re faciunt sibi partem per concursum. *l. si Fortidianum. C. de leg.*

Legatarius cui facultas eligendi competit, debet rem mediocrem eligere. *l fin. § 1. C. Com. de leg.*

Legatarius habens electionem legati alternatiui non potest eligere partem in vno, & partem in altero. *l. si ex toto. § si ita legatum. ff. de l. 1.*

Legatarius, qui rem legatam propriâ autoritate occupat, cum vicio cadit omni iure suo. *l. non est dubium. Cod. de legat.* (*super. de testib.*

Legatarii in causâ testamenti possunt esse testes. *Abb. c. in-*

Legatarius petere potest præter legata impensas in infirmitatem vel funus testatoris. *l. 3. C. de relig.*

Legatarius plus iuris non habet, quàm defunctus. *l. aliud est vendere. ff. de reg. iur.*

Legatarius probare potest contra Inuentariũ. *l. 4. § licentia. C. de iur. delib.*

410. Legatarius proprietarem non acquirit, missione in possl legati nomine. *l qui legati. C. vt in possl. legat.*

Legatarius in rem actionem habet. *l. 1. in pr. C. Com. de leg.*

Legatarius restituere debet legatum onerosâ causâ emergente. *l fin. § fin verò. C. de iur. delib.*

Legatarius succedit in locum heredis non implentis iudicium iustũ defuncti intra annũ. *Auth. hoc amplius. C. de fideicom.* (*tem. Inst. de test. ord.*

Legatarius testis esse potest in testamento. *§. legatarius au-*

Legatarius transmittit ad suos heredes, si dies legati cessit. *l. 3. C. quand. dies leg. ced.*

Legatarius tenetur cauere de modo implendo, sub quo legatum est. *l. quib. dieb. § fin. ff. de Cond. & dem.*

Legatarius tenetur cauere de non faciendo, quod ei prohibitum est. *l. 3. § 4 ff. de adim leg.*

Legatarius tenetur cauere, quanto amplius cæperit reddi *l. 3. ff. ad l. Falcid.*

Legatarius nominis potest etiam agere contra fideiussorē. *Bal.l.1.2.col.C.Com de legat.*

Legatarius non potest mitti in poss.rei alteri legatæ. *Bal. l. 2.C.ad l, Falcid.*

Legatarius dicitur heres impropriissimè. *Alex. cons.9.Vol. 2.l.in tempus ff.de vsucap.*

Legatarius non vtitur actionibus directis nomine legato, nisi ab heredibus mandatæ sint. *l.ex legato.C.de legat.*

Legatarius potest esse testis in re sibi legata. *l.qui testamento.§.1.ff.de testib.*

Legatarius propriâ autoritate accipiens rem legatam perdit illam eiusque actionem. *l.non est dubium C.de leg.*

Legatarius non potest optimum eligere. *Bar.l.quoties.nu; 2.ff, de opt.leg.*

Legatarius quodammodo est quasi heres, *l. ad tempus.§. fin: ff.de vsucap.*

Legatarius non tenetur stare colono. *gl.& DD. l. qui fundum.ff.locat.*

Legatarius occultans testamentum perdit legatum. *DD.l. pen.C.de legat.*

Legatarius adulterans vxorem vel filiam testatoris priuatur legato. *DD.l.fideicommissum.C.de fideicom.*

Legatarius mortuus pendente conditione non transmittit legatum. *Bal.cons.410.Vol.3.*

450. Legatarius eligit post moram heredis non eligentis. *Bar.l.statu liberum.§ Stichum ff.de leg.2.*

Legatarii præferūtur chirographariis creditoribus. *Bal l.3. C.vt in poss.legat.* (*legat.*

Legatarii heres non dicitur legatarius *l.cum quidam.C.de*

Legatarii sumunt robur ab heredibus Cantiunc, *instit.lib. 2.tit.23.*

Legatarii dicuntur creditores respectu heredum. *Bart.leg. vnum ex familia.ff.de leg.2.*

Legatario non quæritur possessio legati sine traditione. *l. 1.C.quor. legat.*

Legatario non prodest ius superueniens testatori in re legatâ. *Bar.l.seruum.ff.de cond.& dem.*

Legationis causâ sumptus dati, legato in itinere mortuo non repetuntur. *l. legatus. §. 1. ff. de legationibus.*

Legationis causâ absens mutuum accipere potest. *l. Macedoniani, C ad SC. Maced.*

Legationis priuilegio nemo abuti debet. *leg. 4. C. de commerc. & mercat.*

460. Legationes plures potest obire vnus. *l pen. ff. de legat.*

Legatum adimi potest accusanti testamentum. *l post legatum. §. 3. ff. de his. quæ ab indig.*

Legatum adimi potest adulteræ, quæ nupsit adultero. *leg. Claudius Seleucus. ff. eod.*

Legatum adimi potest amouenti. *l. si inimicitiæ. ff eod.*

Legatum adimi potest dicenti fallos Codicillos. *leg. heredi. ff. eod.* (*3. ff. eod.*

Legatum auferri potest donanti bona eius, qui viuit. *l. 2. §.*

Legatum auferri potest excusanti se à tutelæ testamentariæ. *l post legatum §. 16. ff. eod.*

Legatum adimi potest fideicommissario impugnanti testamentum. *ibid. § 18.*

Legatum auferri potest fidem tacitam accommodanti in fraudem iuris. *l in fraudem. § 1. ff. eod.*

Legatum heredi factum est nullum. *Ang. cons. 294.*

470. Legatum non debetur ei, qui accusauit testamentũ de falso. *gl & Bar l. testamentum. ff. de pet. her.*

Legatum incapaci factum accrescit aliis legatariis. *l. si Titio ff. de leg. 2.*

Legatum infirmo non debetur ei sanato. *Bar. l. alumnæ. §. fin. ff. de alim. leg.*

Legatum minuitur vel augetur per actum testatoris. *l. si ex toto. in pr. ff. de leg. 1.*

Legatum ablatum vni intuitu alterius debetur ei, cuius intuitu fuit ablatum. *l. pen. C. de legat.*

Legatum pro viâ facundâ dicitur pium. *Dec. cons. 72. col. 3. & cons. 120.* (*testam.*

Legatum pium etiam nutu factum valet. *gl. c. cùm tib. de*

Legatum pium ad vnum vsum non potest conuerti in aliũ vsum. *Cast. cons. tab.*

Le-

Legat um pro virginibus maritandis dicitur pium. *Bal.& Alex.l.cum is.§ si mulier.ff.de cond & dem.*

Legatum dotis dicitur pium. *Dec.conſ.61.col.3.*

480. Legatum vxori, donec caſtè viuat, dicitur annuum. *Bar.l.damnas.ff.de vſufr.leg.*

Legatum vxori factum ſub nomine affinis valet. *l.non ideo. C.de her.inſt.*

Legatum vxori, ſi in domo viri morabitur non debetur ei ſecundò nubenti. *Old.conſ.212.* (*leg.1.*

Legatum heredi & alteri non valet. *l.planè.§.ſi duob.ff.de*

Legatum heredibus pro diſparibus partibus debetur pro portionibus hereditariis. *ibid.*

Legatum duobus alternatiuè factum, debetur vni tantùm vel vtrique quando illud heres recuſat vni ſoluere. *Bar. l.ſi Titio.ff.de leg.2.*

Leno dicitur cuius operâ factum eſt, vt adulteri pecuniâ redimantur. *ibid.*

Leno dicitur vilis perſona. *Bal. l. humilem. C. de inceſt. nupt.*

Leno receptâ pecuniâ punitur pœnâ capitis, licet lenocinium effectum non habeat. *l. 1. ff. de extraord. crim.*

Leno retinens in proſtibulo mulierem inuitam tenetur. *l. l fin. C. de ſpect. lenon. lib. 11.*

Leon repellendus à teſtimonio. *ibid. num. 63.*

Leno peccat ipſe, & facit duos peccare. *gl. l. athletas. §. qui lenocinium ff de infam.*

1830. Leno filiæ vel ancillæ propriæ cogitur, eam emancipare, vel manumittere. *Spec. de adult.*

Leno non probat adulterium. *Bertazzol. conſ. 316 nu. 3.*

Lenocinium facere non minus eſt, quam quæſtū corporis facere. *Connan. Comment. iur. ciu. lib 8 cap. 6. nu 3.*

Lenocinium eſt maius delictum, quàm adulterium. *gl. l. athletas. §. qui lenocinium. ff de infam.*

Lenocinium inquirendum priùs, quàm ad adulterii accuſationem veniatur, *l. ita nobis. C. ad l. Iul. de adult.*

Le-

Lenocinium mariti ipſum onerat nõ a. mulierem excuſat. *l. 2. §. ſi publico. ff. eod. tit.*

Lenocinium confitetur, qui ſe vxorem mercalem habere dicit. *l. mercalem. C. de cond. ob. turp. cauſ.*

Lenocinii crimen ex. l. Iuliâ de adulteris eſt. *l. 2. §. 2. ff. ad l. Iul. de adult.*

Lenocinii grauitas creſcit ex viciniâ. *Nou. 14. in pr.*

Lenocinii quæſtus eſt deteſtabilis. *l. fœdiſſima. C. de poſt. limin. reuerſ.*

1840. Lenocinii replicatio datur contra exceptionem adulterii. *Caſt. conſ. 126.*

Lenocinii exceptio opponitur contra accuſatorem. *Spec. de accuſat. V. item quod artem.*

Lenticulâ aleæ damnatus infamis. *l. 1. C. de aleator.*

Leo eſt fortiſſimus beſtiarum. *gl. Auth. ac nupt. §. 2. col. 4.*

Leonum feritas inter ſe nõ dimicat. *Connan. lib. 1. c. 2. n. 5.*

Lepra facit leproſos ab hominum conſortio ſeparari. *Spec. de diſpen. V. 5.*

Leproſus à teſtimonio non repellitur. *Steph. Auſrer. de teſtib. nu 62.*

Leproſus non poteſt eligi Epiſcopus. *Card. clem. ſubſtitutionem. pen. q. de elect.*

Leproſus teſtari poteſt. *l. 3. C. de teſtam.*

Leproſi ſunt irregulares. *Bal. add. Spec. ibid.*

1850. Leproſorum bona nõ tranſeunt ad hoſpitale leproſorum, niſi aliud ſit ex priuilegio loci. *ibid.*

Leproſarium dicitur locus religioſus. *Inn. c. cùm dicat. eod.*

Leproſarii nõ poſſunt reiici propter ſterilitatem de hoſpitali. *Card. clem. 2. §. vt a. 1. q. de relig. domib.*

Leproſarii poſſunt contrahere matrimonium. *ibid.*

Leproſarii non ſunt religioſi. *c. 2. de Eccleſ. ædif.*

LAE.

Læſio non poteſt conſiderari in donatione. *Grauett. conſ. 160. num. 1.*

Læſio non eſt, priuare fiſcum pœnâ ſibi debitâ. *Bal. l. milites. C. de teſt. mil.*

Læſio non eſt conſiderabilis niſi ſit vltra dimidium. *Menoch. conſ. 214. nu. 62.*

Læſio

Læsio minoris restituitur ab eo, qui læsit. *l. fin. C. de magist. conu.*

Læsio ex seruitute naturaliter contingens dominum non obligat *l. si mihi. §. si. de seru. præd. rust.*

1860. Læsio non præsumitur. *l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur.*

Læsione probata danda est restitutio. *Spec. de rest. in int. lib. 2. par. 2. V. quis a. nu. 35.*

Læsus pactum contrauenire non potest. *Dec. cons. 583. num. 3.*

Læsus non videtur, qui æquale vel simile commodum percipit *l. si pater. C. de inoff. test.*

Læsus nō intelligitur, qui lites & perplexitates meretatur. *Bal. l. minorib. ff. de minor.*

Læsū se allegans debet probare læsionem. *l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur.*

Læsis subuenitur aduersus iniquam iudicis sententiam. *l. 1. ff. de appell.*

LE.

Leuis duntaxat castigatio permissa est docenti. *l. sed etsi. ff. ad l. Aquil.*

Leuis febricula non dicitur febris. *Bal. leg. 3. Cod. quor. app. non rec.*

Leuis quælibet solennitas, si pro formâ tradita sit, vitiat actum. *Anch. c. ea quæ de reg. iur.*

1870. Leuis iniuria potest etiam leuiter emendari. *c. cùm dilecti de accusat.*

Leuis iniuria dicitur leue delictum. *l. non. solum. §. quanq. ff. de iniur.*

Leui probatione contenta sunt antiqua. *Gillhus. in arb. iud. cap. 6. part. 1. §. 32. nu. 1*

Leui præsumptioni non standum. *l. denique. ff. de minor.*

Leues dicuntur hi, qui facile credunt ea, quæ probari nequeunt. *gl. c. omnib. 2 q. 5.*

Leuius fertur quod à plurib. fit. *Decian. cons. 11. n 21. vol. 1.*

Leuius cadit quid ex alto cadit, *l. seruitutes. §. stillicidium. ff. de seruit. urb. præd.*

Le-

Leuius est fugere, quàm impetere vel impugnare. *c. cùm inter ext. de except.*

Leuia sunt, in quibus damnum non quæritur. *l. vel ad ea. ff. de reg. iur.*

Leuia crimina, & minima negotia debent discuti de plano sine strepitu & figura iudicii. *Bart. leg. leuia. ff. de accus.*

1880. Leuiorem viam eligere potest, qui plures habet. *leg. cùm duob. §. idem. ff. pro Soc.*

Leuiora qui adstringit, grauiora non soluit, sed alligat. *Hieron. Præuidell. cons. 1. q. 1. nu. 6.*

Leuiora delicta seruis domino obtemperantibus ignoscuntur. *l. ad ea. ff. de reg. iur.*

Leuiora sunt prius docenda, quã difficiliora. *Bart. ad inst. iur. tit. 1. nu. 2.*

Leuitatis plenum facile litigare. *Mauser. de Except. ad fin.*

Leue dicitur, quicquid non est munitum ratione. *Soccyn. cons. 15. nu. 5. vol. 1.*

Leuiter permissum sine causâ nõ obligat. Danoll. *l. legem. nu. 43. C. de pact.*

Leuius est stultum esse quàm fatuum. *Ful. Pat. de prob. lib. 1. cap. 43. nu. 12.*

L 1.

Libellus sufficit, quòd secundùm ius commune concludat. *Inn. c. fin. de lib. oblat.*

Liberalitas non potest exerceri in inuitum. *l. hoc iure. §. non potest. ff. de donat.*

Libellus perpetuat actionem annalem. *Spec. de lib. conc. §. iam nunc videndum.*

Libellus totus negari potest, licet vnum tantùm falsum in eo contineatur. *Spec. de lit. contest. §. 1. V. 1.*

Libellus debet euelli de corpore rescripti. *Bal. add. Spec. de act. seu pet. V. ex rescripto.*

Libellus non oblatus parti potest reuocari. *l. Sempronio. ff. de furt.*

Libellus generalis non procedit. *l. ita fidei. ff. de in. fisc.*

Libellus obscurus reprobatur. *Abb. capit. 2. numer. 8. de appell.*

Libellus incertus admitti non debet. *c. 1. de lib. oblat.*

10. Libellus ineptus debet lacerari. *glos. capit. sacerdotib. 2. quæst. 1.*

Libellus requiritur in omni causa. *c. 2. §. 5. q. 1.*

Libellus debet attendi in conclusione, non narratione. *Abb. c. ex parte. de rescript.*

Libellus debet largè intelligi, vt comprehendat etiam contenta in expressis si pertineant ad Expressa. *Inn. c. licet. de off. ord.*

Libellus debet interpretari largissimè quo ad vim comprehensiuam. *Abb. c. 4. de caus. poss. & propr.*

Libellus criminalis non debet interpretari pro iudice vel accusatore, sed contra. *Alex. l. si quis ff. de her. inst.*

Libellus est de ordine procedendi. *Bar. leg: si pluribus. ff. de leg. 1.*

Libellus potest omitti consensu partium. *Bar. l. quoties. C. de priuil. Schol. lib. 12.*

Libelli inciſio habet vim interlocutoriæ. *leg. si præses. Cod. quom. & quand. iud.*

Libellus post lit: contestatam emendari nequit. *ibid.*

20. Libellus generalis parte opponente non procedit, sed non opponente procedit. *DD. l. 1. C. eod.*

Libellus continens contraria est ipso iure nullus. *DD. leg. edita. C. de Edend.*

Libellus semel declaratus, non potest secundò declarari. *Bal. l. fin. C. de Codicill.*

Libelli declaratio soluitur morte libellantis, vnde per successorem fieri nequit. *Iaſ. l. si quis. nu. 4. ff. de leg. 1.*

Libello non est necessarium exprimere locum & tempus. *DD. c. Abbate. de iud. in 6.*

Libellus famosus alterius opinionem non lædit. *l. 1. Cod. de famos. lib.*

Libellus incertus omnia comprehendere videtur. *l. 3. C. de annua. except.*

Libellus præfecto prætorio oblatus litem non contestatur. *l. 1. C. de off. præf. prat.*

Li-

Libellus Principi datus litis contestationem facit. *leg. 2. in fin. C. de annual. Except.*

Libellus specialis quandoque comprehendit omnia. *ibid.*

30. Libellus in iudicio propositus non debet alterius opinionem impunè lædere. *l. vn. C. de fam. lib.*

Libellus supplex factum breuiter continere debet. *l. vt responsum. C. de transact.*

Libellus supplex potest offerri Principi in eâ causâ, in quâ non licet appellare. *l. 1. C. de sent præfect. prat.*

Libellus vnius summæ cum plures deberentur, interrumpit totam possessionem quantitate non expressâ. *l. 3. C. de ann. Except.*

Libellus offeri debet facto rei incerto existente. *l. 1. §. 4. ff. quor. legat:*

Libellus causam petitionis continere debet. *l. 3. C. de duob. reis stipul.*

Libellus continens plures actiones expectat condemnationem ex eâ, quæ minorem pœnam imponit. *Inn. c. cùm dilecti. de ord. cog.*

Libellus potest esse generalis in accessoiis. *Abb. c. cùm venerabilis. de Except.*

Libellus non requiritur, cùm miles colonus efficitur. *leg. fin. C. locat.*

Libellus non requiritur in accusatione falsæ monetæ. *l. 1. C. de fals. mon.*

40. Libellus non datur contra suspectum tutorem. *l. 2. §. non tantum. ff. de susp. tut.*

Libellus non requiritur, vbi mulier admittitur ad accusandum. *Spec. de lib. concep. V. 20.*

Libellus non requiritur, quando duo de possessione contendunt, & neuter vult esse actor. *ibid. V. 22.*

Libellus nō requiritur in quæstione præiudicali. *Spec. ibid. V. 47. & tit. de ord. cog.*

Libellus interdum non datur, sed quasi libellus. *Spec. de lib. concept. §. 10. V. 32.*

Libellus concludere potest etiam præsumptiuè. *l. omnes. §. Lucius. ff. de his qua in fraud. cred.*

Libellus in causâ turbatæ poss. ciuiliter & criminaliter intentatus non valet. *Iac. Butrig. cons. incip. Quidam.*

Libellus cum falsâ causâ est nullus. *leg. 1. §. 1. ff. si mens falsa. mod. dix.*

Libellus continens actiones contrarias non valet. *Spec. de act seu pet. V. notandum.*

Libellus non debet mentionem facere de iure aduersarii. *Inn. c. fin. de lib. oblat.*

Libellus contra veritatem notoriam reiicitur. *Innoc. & Host. c. 1. de off. vicar.*

70. Libellus geminatus super eâdem re non procedit contra eundem. *Cast. cons. 17. Bal. l. edita. C. de Edend.*

Libellus sine subscriptione non valet, nec procedit. *Spec. de lib. concept. §. 15. col. 1.*

Libellus ad interesse comprehendit etiam fructus. *Bal. l. si quid pars. C. de seruit.*

Libellus criminalis sine circumstantiis procedit. *Bar. l. si præses. ff. de pœn.* (*cus. tut.*

Libellus recusatorius valet. *Ang. l. qui testamento. ff. de ex-*

Libellus appell. non habet necesse concludere ad reuocationem attentatorum. *Inn. Franc. c. dilecti. 1. q. de app.*

Libellus appell. nō dicitur de processu. *l. inuitus. C. de proc.*

Libellus in causa depositi requiritur, licet sit summaria. *Bal. l. quis. C. depos.*

Libellus super emergentibus non requiritur. *Bal. l. 2. col. 3. C. vt lit. pend.*

Libellus super petitione tutoris non requiritur. *Bar. l. nec quicquam. ff. de off. procons.*

80. Libellus rest. in int. debet continere causam & qualitatem læsionis. *Bal. add. Spec. de in int. & est. V. petio.*

Libellus non requiritur, cùm tutor excusat se. *Spec. de lib. concept. V. 36.*

Libellus non requiritur, cùm tutor accusat. *ibid.*

Libellus supplicatorius debet offerri referendariis sacri palatii. *Inn. c. ex literis. de in int. rest.*

Libellus contra tutorem nomine pupilli fundari potest. *c. ex parte. vbi. DD. de appell.*

Libellus debet reo offeri, alias non cogitur respondere. *gl. & Bal l 2. C. de her. vend.*

Libellus contra vniuersitatem, de qua inter duos est quæstio non porrigitur. *Bal. l. 2. C. de lib. cauſ.*

Libellus non est offerendus reo confitenti delictum. *Bal. l. ſi debitori ff. de iud.*

Libellus in principio litis offerendus. *Spec. de procur. §. 3. V. quid ſi conſtitutus.*

Libelli oblationem præcedere debent interrogationes. *Spec. de lib. concept. §. 8*

90. Libelli concluſio iuxta narrata interpretari debet. *Corn. conſ. 18. vol. 3.*

Libellus nō seruit; niſi in his quæ in eo de ducta sunt. *Inn. c. exparte. de priuil. Alex conſ. 42. Vol. 4.*

Libellus nullus ipſo iure excuſat reum à contumatiâ. *leg. vir bonus. ff. iud ſolu.*

Libellus Principi datus inducit litis conteſtationem. *Bar. l. 1. C. de off. præf prat.*

Libellus datus in ſeriori à Principe nō inducit lit. cont. *ib.*

Libellus in termino productus facit litis pendentiam. *Bal. l. fin. C. ad Turpill.*

Libellus in cauſa reſt. in integ. productus impedit innouari. *Bal. add. Spec. de comp. iud. V fin.*

Libellus moderat iudicis poteſtatem. *Spec. de act. §. 4.*

Libellus habet vim citationis, quoad interruptionē præſcriptionis. *Bar. l. libertus. ff. de in ius voc.*

Libellus eſt de actis & proceſſu. *Bar rub. C. eod.*

100. Libellus criminalis eſt, qui infert punitionem. *leg. Agraria. ff. de term. mot.*

Libellus ineptus non perpetuat actionem. *Bal. l. edita. col. 8. C. de Edend.*

Libellus incertus interrumpit præſcriptionem. *Bar. l. fin. C. de ann. except.*

Libellus in cauſa criminali, factum & tempus debet continere. *l. in cauſis. C. de accuſ.*

Libellus non exhibetur in iudiciis datiariorum. *Bald. conſ. 238. vol. 1.*

Libellus qui peccat in materiâ, dicitur nullus. *Socy. sen. c. 2. art. 23. de lib. oblat.*

Libellus obscurus non potest interpretari in præiudicium partis. *DD. c. cùm olim. de sent. & reiud.*

Libellus nouus dicitur etiam quando additur veteri vel detrahitur. *Cast l. ius ciuile. ff. de iust. & iur.*

Libellus & petitio differunt. *Clem. sæpe. de V. sign.*

Libelli famosi pœna capitalis. *l. 1. C. de famos. libell.*

110. Libellus continens plura, ad quæ competebant plures actiones, nõ cadẽ sunt plures. *Bal. leg. edita. Cod. de Edend.*

Libellus continens duas causas aptas ad actionem producendam, procedit etiam alterâ tantùm probatâ. *Bar. l. per diuersas. 11. q. C. mand.*

Libellus debet interpretari pro actore. *Cast. cons. 6.*

Libelli editio non requiritur in causis summariis. *Butri. & Imol. c præterea. de dilat.*

Libellus appellationis non debet esse verbosus, non superflua, sed necessaria tantum continens. *l. ampliorem. §. 1. C. de appell.*

Libellus male conceptus potest emendari, si tempora largiantur. *l. accusatur us. ff. ad l. Iul. de adult.*

Libellus vnus plures actiones potest comprehendere. *l. heredes §. 3 ff. fam. herciſc.*

Libelli emendatio potest fieri vsque ad lit. contestationẽ. *gl. & DD. l. edita. C. de Edend.*

Libelli tot esse debent, quod socy. *leg. 3. Cod. Com. diuid.*

Libelli conceptione exempta perditur causa. *Spec. de lib. concept. §. 1.*

120. Libelli oblatio perpetuat iurisdictionem. *Spec. de re conu. §. 4. V. quod si reus.*

Libelli generalis oblatio omnium litium interruptionem facit. *l. solemus ff. de iud.*

Libelli conclusio regulat & declarat libellum. *Inn. c. super literis. de rescript.*

Libello fideicõmitti potest adhibitis testibus. *l. Et in Epistola. C. de fidei com.*

Libello supplicantis statur, in eius præiudicium, non in fauorem. *l. cùm precium. C. de lib. cauſ.*

Libellum ad alicuius infamiam scribens, tenetur iniuriarum. § *1. Inſt. de iniur.*

Libello semel declarato non est locus pœnitentiæ. *Bal. leg. fin col. 4. C. de coäicill.*

Libello est respondendum præcisè affirmatiuè vel negatiuè sic vel non, *Bal. add. Spec. de lit. cont. V. 2.*

Libello non possunt cumulari plures actiones. *l. heredes. §. fin ff fam. herciſc.*

Libellum offerens in ius vocare non videtur. *l. libertus. 15. ff. de in ius voc.*

130. Libellum emendans debet referre expensas. *Cor. conſ. 272. Vol. 2.*

Libellum non viciat præposteratio. *Abb. cap. de lit. cont.*

Libellum ineptum reiicit iudex ex officio. *Hart. Piſtor. lib. 1. tit. de iudicib. obſerv. 1.*

Libellis inseri solent responsa prudentum. *l. cum reſponſo. C. de legat.*

Libellis nominatio fieri nequit, si solennitas desiit. *l. nominationes. C. de appell.*

Libenter quisque dat eleemosynam, non inuitus, nec ob pudorem. *c. iam verò. §. vnde Apoſtolus. 23. q. 6.*

Liber mercatorum etiam in chartâ papyri scriptus probat. *Bal l. quoniam. C. de teſtam.*

Liber mercatoris confessatus probat contra scribentem inter mercatores. *clem. 1. de vſur.*

Liber mercatorum inter socios probat. *Alex. conſ. 85. V. 2.*

Liber mercatoris solus probat semiplenè, sed cũ vno teste probat plenè. *Bar. l. nuda. ff. de don.*

Liber tutoris probat pro & contra. *Ang. l. ſumptus. Cod. de admin. tut.*

Liber tutoris, institoris, factoris, administratoris est edendus. *Bar. l. 1. §. officio ff. de tut, & rat. diſt.*

Liber censualis probat. *Spec. de prob. § 4. V. 9.*

Li-

Liber quantumcunque antiquiſſ. plenam fidem nõ facit, ſed inducit præſumptionem, quæ relinquitur iudicis arbitrio. *l. inſtrumenta. C. de prob.*

Liber rationum pro tertio & contra tertium nõ probant. *DD. c. Ex ſcriptura de fid. Inſtr.*

Liber qui refertur ad alium librum, non probat, niſi de relato conſtet. *Socyn. conſ. 129. nu. 4. Vol. 4.*

Liber homo hereditatem nobis acquirere nequit, *l. homo liber. ff. de acq. rer. dom.*

Liber mercatoris plenè non probat contra tertium. *Bar. l. quædam. §. numularios. ff. de Edend.*

Liber rationũ in modicis probat pro ſcribente. *Abb. conſ. 56. vol. 2. Curt. conſ. 122. col. 3.*

Liber rationum probat contra ſcribentem. *Bar. l. nuda ratio. ff. de donat.*

150. Liber rationum non probat pro ſcribente. *l. exemplo. C. de prob.*

Liber homo non poteſt à ſciente poſſideri. *l. cum heredes. §. item quæro. ff. de acq. poſſeſſ.*

Liber protocollorũ Notarii infamis & priuati officio, eſt ei auferendus. *Bal. l. 3. ff. ad l. Falc.*

Liber bannitorum probat bona. *Bal. l. moueor. Cod. ſi ſeru. export. ven.*

Liber rationum probat in his, quæ dependent à merâ voluntate ſcribentis. *Bar. l. Neſennius. ff. de neg. geſt.*

Liber rationum pro tertio probat ſemiplenè. *Bar. l. 2. §. de ſeruis. ff. de tut. & rat. diſt.*

Liber mercatoris contra tertium probat ſemiplenè, niſi mercator ſit ſuſpectus. *Alex. leg. argentarius. ff. de Edend.*

Liber miniſterium alteri exhibere poteſt ſine præiudicio. *l. ſi miniſterium. C. de lib. cauſ.*

Liber præſumitur quis, niſi ſeruus probetur. *l. 2. in fi. C. de aſſert. toll.*

Liber præſumitur, qui in diem mortis palam vixit, vt liber. *l. 1. C. ne de ſtat. defunct.*

190. Liber punitur aliter, alitet ſeruus. *l. 3. C. de ord. cognit.*

Liber seruire non tenetur ob æs alienum. *l. ob æs alienum C. de oblig. & act.*

Liber vendere se non potest, participandi precii causa. *l. non ideo C. de lib. caus.*

Liber non debet vinculis perpetuis damnari. *l. si quis post hac. C. de bon. damnat.*

Liber homo, etiam vinctus, non possidetur. *Zas. l. cùm heredes. §. item quæro. nu. 2 ff. de acq. poss.*

Liber vsurarii probat contra se. *Clem. 1. de vsur.*

Liber homo non potest dari in obsidem. *leg. 2. Cod. de pat qui fil. distrax.*

Liber viuere, & seruus mori nemo potest. *Sal. l. cùm dedititii. nu. 7. C. de Lat. lib. toll.*

Liber defuncti etiam priuati, fidem facit pro scribente. *l. in ipsius mariti. ff. fam. herciſc.*

Liber se vendens, si manumittatur, ad pristinum Statum reuertitur. *l. homo liber ff. de stat. hom.*

170. Liber esse nolens spontaneam patitur seruitutem. *l. cùm constitutio. §. 2. C. de testam. man.*

Liber habitus communiter iudex esse potest *l. 2. C. de sent. & int. om. iud.*

Liber homo imbui studiis meretur. *leg. 2. Cod. de alim. pupil. præstand.*

Liber homo ire & habitare potest, vbi voluerit. *Auth. omnes. C. Com. de succeſſ.*

Liber homo pignorari nō potest. *l. qui filios. C. quæ res. pign. oblig. poss.*

Liber professus se velut seruum, mutat statum. *l. post certi temporis. C. de lib. caus.*

Liber pronunciatus non rectè iterum in seruitutem petitur. *l. Arianus. C. eod.*

Liber seruiens per longum tempus non fit seruus. *l. scientis. C. de ingen. man.*

Liber non fit seruus manumissus à coactè manumittente. *l. si priuatus, C. qui & à quib. man.*

Liber cognomen habere potest, seruus non. *l. cum precum. C. de lib. caus.*

Li-

180. Liber conueniri non potest ex contractu in seruitute facto. *l. 1. C. an seru. pro suo fact.*

Liber iniuriarum agit, si seruus appelletur. *l. qui liberos. C. de iniur.*

Liberi indotatæ, vxoris cum dotatæ liberis æqualiter succedunt. *Nou. 117. cap. 3.*

Liberi parentibus pietatem, non operas debent. *l. nullo. ff. de obseq. præstand.*

Liberi sunt agnoscendi à patre, si nati sint constante matrimonio. *l. 3. § 1. & 3 ff. de agnoscend. lib.*

Liberi hominis causâ non datur actio noxalis. *l. apud antiquos. in fi. C. de furt.*

Liberi ex iniustis nuptiis procreati spuriis sunt similes. *c. 3. § si quis verò. de cland. de sponf.*

Liberi vbique præferuntur in successionibus legatariorũ cõmodis. *l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testã.*

Liberi legitimantur nõ ad quedam, sed ad omnia. *c. tanta est vis. Ext qui fil sint legit.*

Liberi quandoque possunt negligere patris voluntatem. *l. fin. C. de incert. pers.*

190. Liberi nihil adiiciunt ætati, ideòque non excludunt beneficium restitutionis. *l. 2. C. de integ. restit.*

Liberi non censentur, qui sunt ingrati. *l. si totas facultates. C. de inoff. don.*

Liberi pro patre in actionem deduci non debent. *l. 1. C. de patrib. qui fil. suos distrax.*

Liberi proprietatem habent, maternorum bonorum, pertinente ad patrem vsufructu. *l. 1. C. de bon. mat.*

Liberi sũt prouocandi ad obsequia paterna meritis potius quã pactionibus ad stringẽdi. *l. si quando. C. de inoff. test.*

Liberi possunt recusare paternam hereditatẽ. *l. 1. C. de his qui ant. apert tab.*

Liberi possunt reuocare donationem antese natos â patre factam extraneo. *l. si vnquam. C. de reuoc. donat.*

Liberi possunt reuocare donationem inofficiosam. *ibidem.*

Liberi separari non debent à parentibus. *l. penult. C. de commun. vtriusque. ind.*

Li-

Liberi possunt esse serui, licèt pater sit ingenuus. *l. neque natales. C. de probat.*

200. Liberi succedunt defuncto ab intestato ante omnes. *Auth. in successione. C. de suis & legit. hered.*

Liberi debent succurrere parentum necessitatibus. *l. 1. C. de aliend. lib.*

Liberi sui iuris fiunt per emancipationem. *l. si ex alio. Cod. quod cum eo, qui in al. potest.*

Liberi non tranimittunt hereditatem non aditam. *l. 1. §. 5. C. de cad. toll.*

Liberi vendi non debent, â parente. *l. 1. C. de lib. caus.*

Liberi veniunt appellatione familiæ. *l. ne codicillos. C. de codicill.*

Liberi veniunt etiam appellatione coniunctissimorum. *l. iam data opera. C. de donat.*

Liberi vindicare possunt bona paterna non alienata vel consumpta *l. generaliter. §. 2. C. de sec. nupt.*

Liberi voluntatem parentum lædere non debent. *l. fin. C. de repud.*

210. Liberi decurionum ingrati exheredari nō possunt. *Nouell. 38 cap. 5.*

Liberi constante matrimonio ex aliâ susceptí legitimi non sunt. *Nouell. 18. cap. 5.*

Liberi legitimati excludunt substitutū. *l. C. de inst. & subst. si quis heredem.*

Liberi legitimati possunt institui heredes omnium bonorum. *l. 3. C. de nat. lib.*

Liberi legitimati instrumento fiunt legitimi successores. *Auth. si quis. C. eod.*

Liberi legitimati per oblationem Curiæ nō possunt conditionem Curiæ recusare. *l. 3. C. eod.*

Liberi legitimati per subsequens matrimonium trutinari debent eâdē lance. *l. cùm quis à muliere. C. eod.*

Liberi legitimati per subsequens matrimonium succedunt æqualiter cum legitimis. *ibid.*

Liberi legitimati succedunt parentibus ab intestato, & ex testāento, si parentes velint. *l. Diui Constantini. C. eod.*

Liberi legitimati vltra acquirere non possunt, quàm vnus ex legitimis. *l. communium rerum. C. eod.*

Li-

Liberi legitimati vtilitatem percipiunt pactorum dotalium. *l. Diui Constantini. C. eod.*

220. Liberi legitimi non excludunt legitimatos per subsequens matrimonium. *l. cùm quis à muliere. C. eod.*

Liberi legitimi patrem exulem, ex substantiâ sibi ab ipso relictâ, alere debent. *l. celebrandis. C. de nupt.*

Liberi legitimi repetere possunt, quod spurijs à patre donatum est. *l. 1. C. de nat. lib.*

Liberi legitimi sequuntur patrem. *leg. cùm legitimæ. ff. de stat. hom.*

Liberi legitimi remouent naturales ab intestato. *ibid.*

Liberi legitimi sunt in potestate patris. *ibid.*

Liberi legitimi succedere in ius Emphyteuseos perpetuæ possunt. *l. 3. C. de iur. emphyt.*

Liberi legitimi succedunt parentibus exclusis incestuosis. *l. si quis in cesti. C. de incest. nupt.*

Liberi legitimi possunt vindicare, si vltra modum naturalibus relictum sit. *l. 2. C. de nat. lib.*

Liberi maiestatis reorum sunt incapaces successionum. *l. quisquis. §. 1. C. ad l. Iul. Maiest.*

230. Liberi mortui non prosunt ad excusationem tutelæ. *l. 2. C. qui num. lib. se excus.*

Liberi nati ex matrimonio putatiuo sunt spurii. *l. 3. C. sol. matrim.*

Liberi naturales possunt acquirere totam substantiam patris legitimis non extantibus. *Auth. licet. C. de nat. lib.*

Liberi naturales debent alere parentes necessitate exigente. *ibid.*

Liberi naturales non possunt capere ex testamento tantũ quantum pater vult. *l. fin. C. eod.* (*C. eod.*

Liberi naturales pasci debent arbitrio bõi viri. *Auth. licet.*

Liberi naturales patris nomen vel ius habere nõ possunt. *l. humanitatis. C. eod.*

Liberi naturales succedere possunt in emphyteusin priuatam. *l. 3. C. de iur. Emphyt.*

Liberi naturales ex libera feminâ legitimari possunt per subsequens matrimonium. *l. antepen. C. de nat. lib.*

Le-

Liberi omnes eiſdem iuris eſſe debent. *ibid.*

240. Liberi orthodoxi excludunt non orthodoxos. *l. quæ de Samaritis §. 1. C. de hæret.*

Liberi orthodoxi ſuccedunt parentibus hæreticis, teſtatis vel inteſtatis, *ibidem.*

Liberi orthodoxi teſtamentum patris hæretici rumpere poſſunt. *l. hæretici patres. §. 1. C. eod.*

Liberi ex parentibus qui natalibus reſtituti ſunt, legitimi ſunt. *l. Imperialis. § 2. C. de nupt.*

Liberi non poſſunt fidelius educari, quam apud matrem. *Nouell. 22. cap. 38.*

Liberi poſſunt accuſare parentes maieſtatis. *Nuoell. 115. capit. 3.*

Liberi ſine ſuſpicione apud matrem viuere poſſunt. *Nouell. 94. capit. 1.*

Liberi naſcebantur omnes iure naturali. *leg. 4. ff. de iuſt. & iur.*

Liberi hominis fortuna ſemper melior ſperari debet. *leg. inter. §. ſacram. ff. de V. O.*

Liberi corruptor magis delinquit, quàm ſerui. *l. doli. ff. de ſeru. corrupt.* (*V. 1.*

250. Liberi ſumus à naturâ omnes. *Menoch conſ. 2. n. 42.*

Liberi tranſmittunt ad poſteritatem ſuam hereditatem non aditam. *Ang. §. ſi ex plurib. numer. 6. Inſt. de SC. Orfic.*

Liberi patrum ſuorum ſponſalitiam largitatem retinere debent. *l. 4. in fi. C. de ſec. nupt.*

Liberi pietatem matri debitam violantes ſeuerius vindicantur. *l. 4. C. de pat. poteſt.*

Liberi ſunt poſſeſſores paternarum opum. *leg. 3. Cod. de nat. liber.*

Liberi præteriti agere poſſunt ad reſciſſionem teſtamenti, quo ſubſecuto ſuccedunt ab inteſtato. *l. quoniam nouella. §. 1. C. de inoff. teſt.*

Liberi primi matrimonii donationem propter nuptias patris habent, quam mater iis ſeruare debet. *l. ſi liberis. C. de nupt.*

Liberi prioris matrimonii non possunt vindicare sponsalitiam largitatem secundi matrimonii. *leg. 4. Cod. de sec. nupt.*

Liberi præteriti non tenentur legata præstare. *l. quidam filium. C. de fideicom.*

Liberi quatuor vel pauciores trientem bonorum, mortis tempore, vel si plures sint, semissem pro legitima habent. *Auth. nouissima. C. de inoff. test.*

260. Liberi sapientes parenti mente capto substitui debent. *l. humanitatis. C. de necess. her.*

Liberi secundi matrimonii largitatem sponsalitiam eiusdem vindicare possunt. *l. 4 C de sec. nup.*

Liberi seruorum publicorum ad remp. pertinent. *l fin. C. de seru. fug.*

Liberi sororum defunctarum hodie habent ius repræsentationis. *Auth. cessante. C. de leg. her.*

Liberi venditi inuito emptore euinci possunt, precio tamen oblato. *l. 1. C. de lib. caus.*

Liberi volentes esse testes non possunt pro vel contra se. *l. parentes. C. de testib.*

Liberi vtentes fruentes rebus patris defuncti vsuras matri præstant, *l. hac edictali. §. 1. V. Soluta. Cod. de sec. nupt.*

Liberi constigandi sunt, si non prouocentur ad decora vitæ per exempla domesticæ laudis. *leg. 1. Cod. de emend. propinquo.*

Liberi debent esse certi. *l. si fructus. Cod. de donat. int. vir. & vx.*

Liberi curatorem petere debent patri mentis non compoti. *l. 3. C. de cur. fur.*

270. Liberi sunt curæ maximæ parentibus. *l. omnem. §. 1. C. de Episc. & cler.*

Liberi de fraudandi non sunt fructu paterno. *l. generaliter. in pr. C. de inst. & subst.*

Liberi donare possunt actis interuenientibus. *leg. data. C. de donat.*

Li-

Liberi falsi accusare non possunt matrem criminaliter, sed ciuiliter. *l. falsi quidem. C. ad l. Corn. de falsi.*

Liberi possunt improbare factum patris, si heredes non sunt. *l. si fructus. C. de don. int. vir. & vx.*

Liberi legata petere possunt, etiam testamento rupto, per bon. poss. contra tabulas. *l. 1. C. de bon. poss. cont. tab.*

Liberi legitimari non possunt post mortem parentum. *l. Imperialis, §. 6. C. de nupt.*

Liberi non debent defraudari legitimâ, licet aliunde possunt viuere. *l 3. C. quand. lic. vnicuiq.*

Libero homini potest libertas relinqui. *l. generaliter. §. 2. ff. de fid. libert.*

Libero arbitrio non præscribitur. *l. vn. C. de ann. except.*

280. Liberum arbitrium habens non potest ius quæsitũ tollere. *Idem. lib. 1. q. 48. n. 5.*

Liberum arbitrium tertio nocere non debet. *Idem. lib. 1. q. 65. num. 7.*

Liberum hominem scienter vendens committit plagiũ. *l. si filium. C. de lib. caus.*

Liberum est cuilibet, eligere viam vtiorem. *l. qui in herede. §. eligere. ff. de trib. act.*

Liberum corpus æstimari nequit. *l. 2. §. 2. ff. de l. Rhod.*

Liberum cuique est, etiam lucrosam hereditatem omittere. *l. si quis. ff. si quis omiss. caus. test.*

Liberum est cuique apud se explorare, an expediat consilium. *l. 2. ff. mand. §. tua tantum. Inst. de Mand.*

Liberum est, alicuius curam suscipere vel non. *l. inuitus. C. de procur.*

Liberum arbitrium intelligitur, scilicet, vt omnis solennitas iuris ciuilis sit remota. *Bart. leg. 1, Cod. de SS. Eccl. q. 1.*

Liberum debet esse, quod nunquàm redit ad arbitrium. *l. 1. C. de SS. Eccles.*

290. Liberum caput est, quod sui iuris est. *Wesenb. §. permissum. ad fin. Inst. de tut.*

Liberorum legitimorum spes adoptione minui non debet. *l. cum adopti. ff. de adopt.*

Li-

Liberorum bona alienari vel obligari non possiunt. *l. generaliter. C. de secund. nupt.*

Liberorum fauor exsuperat pietatis causam. *Auth. quod sine. C. de testam.*

Liberorum fauor quandoq; etiam refertur ad extraneos. *l. si quis heredem. C. de instit. & substit.*

Liberorum fauor imperat, ne nuptiæ facilè dissoluantur. *l. consensu. C. de repud.*

Liberorum negotia vtiliter administrare potest. *l. generaliter. C. de sec. nupt.*

Liberorum nomina declaranda sunt in testamento patris. *Auth. quod. C. de testam.*

Liberorum numerus non supplet ætatem, quantum ad excludendum à restitutione in integrum. *l. 2. C. de inteſt. rest.*

Liberorum procreatio fauorabilis est. *l. assiduis. C. qui pot. in pig. habent.*

300. Liberorum status ex contractu matris non læditur. *l. transactione. C. de transact.*

Liberorum nulla est æstimatio, nec sunt in commercio. §. *Sacrum. Inst. de rer. diu. Bal. proëm. ff. num. 43. per illud:* Kinder seindt ein waart / die nit feil Jst / vnnd niemand kaufft.

Liberorum animum non corrumpi parentum interest. *l. vt tantum. ff. de seru. corrupt.*

Liberorum appellatione nepotes & pronepotes ceteriquc descendentes continentur. *l liberorum ff. eod.*

Liberorum appellatione non veniunt adoptati: *l. fideicommissum. ff. de cond: & dem.*

Liberorum prima causa est. *Dec. cons. 498. nu. 2.*

Liberorum præterito viciat testamentum. §. *1. & 2. Inst. de exhered. liber.*

Liberum est, quod nullum habet impedimentum. *Menoch. cons. 652. nu. 1.*

Liberos ex ancillâ habens, eam liberam facit, & natos ex ea productos. *Nouell. 78. cap. 4.*

Liberos amare mater dicitur, quæ non transit ad secundas

nuptias. *l. iuris ignorantiam. C. qui admitt. ad bon. posses.*

310. Liberos habere vel non, interest. *l. 1. C. de pact.*

Liberos non haberes, arrogare. *l. 3. C. de adopt.*

Liberos gignere & educare est in vnus reip. necessarium. *l. 1. ff. sol. mat.*

Liberos plures habens alios præcellit. *leg. spurii. in fi. ff. de decur.*

Liberis aliis plus, quam aliis relinqui potest. *Nouell. 117. cap. l. in. pr.*

Liberis casus fortuitus nocere non debet. *l. 1. C. de his qui ante apert. tab. her, transmittit.*

Liberis vitæ turpis pœnitentibus ignoscendum. *l. si filiam tuam. C. de inoff. testam.*

Liberis primi matrimonii lucra nuptialia seruari debent, non vsusfructûs, sed proprietatis iure. *l. femina. C. de sec. nupt.* (*fin.*

Liberis à patre deceptis datur actio doli. *Spec. de dol. §. 1. V.*

Libera possessio per vim violanda non est. *l. si super possessione. C. de transact.*

320. Libera nuptias contrahens cum seruo hodie non fit ancilla, sed nuptiæ dissoluuntur. *l. 1. C. de SC. Claud. toll.*

Libera non fit serua pacto. *l. post certi. C. de lib. caus.*

Libera debent esse matrimonia. *l. 2. C. de inutil. stipul.*

Libera administratio est specialiter concedenda. *l. quam Tuberonis. §. 1. ff. de pecul.*

Libera facultas testandi pacto restringi nequit. *l. condonationes. C. de testam.*

Libera voluntas præsumitur, nisi metus probetur. *tot. tit. C. de his quæ vi met. caus.*

Libera voluntas est quæ legi non alligatur. *Menoch. de arb. iud. quæst. lib. 1. q. 7. nu. 35.*

Libera esse debet adeundæ hereditatis voluntas. *l. nec temerè. C. de iur. delib.*

Libera administratio dicitur plena, & è contra. *Bar. l. inter bonorum. ff. de admin. tut.*

Libera facultas intelligitur, dū modò seruetur ordo iuris. *Bal. c. adhæc. in fi. de pac. iur firm.*

Li-

Digitized by Google

330. Libera poſſeſſio non dicitur trahi, quando alteri venditur. *Bar. l. ſi quis fundum. ff. de act. empt.*

Libera præſumitur omnis res. *l. ſicut. ff. ſi ſer. vend.*

Liberam adminiſtrationem habens, alienare non poteſt. *l. Procurator. ff. de procur.*

Liberalis cauſa eſt præiudicialis. *l. 1. C. de ord. cog.*

Liberalis cauſa debet terminari apud eundem iudicem. *l. 1. §. 3. C. de aſſert. toll.*

Liberalis nemo exiſtit in neceſſitatib. *Soc. conſ. 291, V. 2.*

Liberalis cauſa per pedaneum iudicem cognoſci nequit. *Spec. de reconu. § 1. V. quid ſi.*

Liberalis dicitur, qui dōat, quod donare nō cogitur. *Dec. l. donari. nu. 3. ff. de reg. iur.*

Liberale iudicium iterari nequit. *l. 1. in pr. C. eod.*

Liberalia iudicia competunt abſenti. *l. diui fratres. §. 2. ff. de lib. cauſ.*

340. Liberalia iudicia competunt cognatis. *l. 1. §. 2. ff. eod.*

Liberalia iudicia competunt datis in dotem. *l. ſi vſumfructum. §. 1. ff. eod.*

Liberalia iudicia competunt deſideranti vltrò de ingenuitate probare. *l. cui neceſſitas. ff. eod.*

Liberalia iudicia competunt donato. *l. ſi vſumfructum. ff. eodem.*

Liberalia iudicia competunt ei, cui operæ debentur. *l. igitur ſciendum. §. pen. ff. eod.*

Liberalia iudicia competunt extraneis ex causâ. *l. benignius. ff. eod.*

Liberalia iudicia competunt filiabus ex causâ. *l. 3. ff. eod.*

Liberalia iudicia competunt liberis parentum nomine. *l. 1. §. 1. ff. eod.*

Liberalia iudicia competunt liberis naturalibus. *l. 3. ff. eod.*

Liberalia iudicia competunt libertum ſe dicenti. *l. ſi vſumfructum. in pr. ff. eod.*

350. Liberalia iudicia competunt matri ex causâ. *leg. 3. ff. eodem.*

Liberalia iudicia cōpetunt militi nomine neceſſariorum. *l. 3. §. 1. ff. eod.*

Digitized by Google

Liberalia iudicia competunt minori. 20. ann. licet precio participato ſe vendiderit, *leg.1.§.1.ff.quib.ad libert. proclam.non lic.*

Liberalia iudicia competunt patri nomine filii. *l.1.in pr.ff. de liber.cauſ.*

Liberalia iudicia competunt patrono. *l.3.§.3 ff.eod.*

Liberalia iudicia competunt pignorata. *l. ſi vſumfructum. §.1.ff.eod.*

Liberalia iudicia competunt ſororibus ex causâ. *leg.3. §.2. ff. eod.*

Liberalia iudicia competunt vendentibus ſe non participato precio. *l.liberis.in pr.ff. eod.*

Liberalia iudicia competunt vſufructuario. *l. Cognitio. in pr. ff.eod.*

Liberalia iudicia competunt vxori. *l.3. §.2.ff.eod.*

360. Liberalia iudicia competunt ad damni æſtimationẽ. *l.igitur ſciendum.§.fin.ff.eod.*

Liberalia iudicia competunt intra certum tempus. *ib.§.4.*

Liberalia iudicia competunt tempore pubertatis. *leg. diui fratres.in pr.ff.eod.*

Liberalia iudicia deciduntur ante cauſam hereditatis. *leg.1. C.de ord.Cognit.*

Liberalia iudicia priùs ſunt decidenda, quàm criminalia vel ciuilia. *l.1.C.eod.*

Liberare alter alterum non poteſt in delictis. *l. qui ſeruum. ff.de inter:iniur.fact.*

Liberans à morte eum, qui volebat ſeipſum occidere, non tenetur actione iniuriarum. *Ang. leg.2. §. Occiſori.ff.ad Syllan.*

Liberans ex carcere monetæ reum, punitur capitaliter. *l.1. C.de falſ.mon.*

Liberare alium obligatione ſpecies acquirendi eſt. *l ſpecies. ff.de acceptil.*

Liberari quis nequit ſolutione à filio fam; inuito patre factâ. *l.filius fam.ff.eod.*

370. Liberari quis non poteſt ſolutione, quæ repeti poteſt. *l.Paulus reſpondit.ff.eod.*

Liberari quis non potest traditione imperfectâ debiti. *leg. etiam. ff. eod.*

Liberari quis non potest translatione in corpus integrale. *l. qui res suas. §. aream. ff. eod.*

Liberari quis nequit acceptilatione per procuratorem factâ, cum saltem ad exigendum datus esset. *leg. 4. Cod. de nouat.*

Liberari quis non potest apochâ per errorem falsò datâ. *l. si obligatum. C. de sol. & lib.*

Liberari quis nequit apochæ missione ad procuratorem spe futuræ numerationis, nisi numeratio secuta sit. *leg. si literarum. C. eod.*

Liberari quis nequit casu fortuito, si generis debitum sit. *l. incendium. C. si cert. pet.*

Liberi quis nequit cautione totius debiti recepti errore interpositâ, cùm tantum pars recepta sit. *l. si inter patrem. C. de solut.*

Liberari quis nequit cessione actionum tertiò factâ, *l. 3. C. de nouat.*

Liberari quis nequit cessione pignoris à debitore factâ. *l. 1. C. de pign. & hyp.*

380. Liberari quis nequit cessione bonorum, nisi quatenus creditor receperit. *l. 1. C qui bon. ced. poss.*

Liberari quis nequit confessione erroneâ totius debiti, cũ tantùm pars recepta sit. *l. si inter. C. de sol.*

Liberari quis nequit confessione partis debiti à reo factâ. *l. si quidem. C. de transact.*

Liberari quis non potest electione vnius ex principalibus à creditore factâ. *l. reos principale. C. de fideiuss.*

Liberari quis non potest quietantâ falsò scriptâ. *l. si obligatum. C. de solut:*

Liberari quis nequit solutione monetæ quæ paulò post edicto publico interdicetur. *leg. 2. C. de per; & commod. rei vend.*

Liberari quis nequit venditione pignorum, si precium nõ sufficiat. *l. qua specialiter. C. de distract. pig.*

Liberari potest vnus fideiussor ex pluribus. *l. in his. ff. de sol.*

Liberari potest ignorans. *l. solutione. ff. eod.*

390. Liberari potest inuitus. *l. si Stichum. §. pen. ff. de noüat.*

Liberari potest quis acceptilatione. *l. si debitor. ff. de solut.*

Liberari potest quis acceptilatione debiti conditionalis. *l. sub conditione. ff. eod.*

Liberari quis potest cessione actionis ante solutionem. *leg. Modestinus. ff. eod.*

Liberari quis potest confiscatione bonorum, pro eâ parte, quæ confiscatur. *l. 1. C. de fideiuss.*

Liberari quis potest debitore inuito extraneo soluente. *l. nulla tibi. C. de sol. & lib.*

Liberari quis potest donatione debiti. *l. si inter patrem tuum. C. eod.*

Liberari quis potest impretatione dominii, si tantum sit in pignore, quantum in debito, vel etiam plus, quod debitori redditur. *l. 3. §. 4. C. de iur. dam. imp.*

Liberari quis potest iure Ciuili & Honorario. *l. creditori, C. de pact.*

Liberari quis potest obsignatione totius debiti solenniter factâ. *l. obsignatione. C. de sol. & lib.*

Liberari potest quis præsumptione, si instrumentum cancellatum sit. *l. in ductum. C. eod.*

400. Liberari quis potest professione recepti. *l. pecuniæ. C. eod.*

Liberari quis potest promissione, nihil amplius peti. *l. siquidem. C. de transact.*

Liberari quis potest redditione chirographi. *l. pecuniæ solutæ. C. de solut.*

Liberari quis potest sententiâ. *l. cùm posteaquàm. C. de pact.*

Liberari quis potest solidi præstatione, non cessione bonorum. *l. 1. C. qui bon. ced. poss.*

Liberari quis potest solutione alii factâ, mandato vel ratihabitione creditoris *l. inuito. C. de solut.*

Liberari quis potest solutione pecuniæ creditæ. *l. 4. Cod. de pign. & hyp.*

Liberari quis potest solutione vnius ex alternatiuè debitis. *l. fin. C. de cond. indeb.*

Liberari quis potest solutione, licet Instrumenta nondum sint reddita. *l. 4. C. vnde vi.*

Li-

Digitized by Google

Liberari quis poteſt ſpe futuræ nũerationis, *l. ſi literarum. C. de ſol. & lib.*

410. Liberari quis poteſt tranſactione de lite dubiâ. *leg. ſi inter patrem tuum. C. eod.*

Liberari quis poteſt tranſactione reſidui, ſi ſolutio partis facta ſit. *l. intereſt. C. eod.*

Liberari quis non poteſt ceſſione actionis poſt ſolutionẽ. *l. Modeſtinus. ff. eod.*

Liberari quis nequit condemnatione. ſed ſolutione. *l ſi decem. ff. eod.*

Liberari quis nequit condemnando creditorẽ, cùm actiones mandatori ſuperſint. *l. Stichum. §. 10. ff. eod.*

Liberari quis non poteſt confuſione ex causa. *l. ſi duo rei ſint. ff. eod.*

Liberari quis nequit conueniendo vnum, ex duob. obligatis. *l. egiſti de peculio. ff. eod.*

Liberari quis nequit faciendo quàm promiſſum eſt. *l. qui res ſuas. §. mihi Romæ. ff. eod.*

Liberari quis nequit muneratione alienæ pecuniæ. *l. ſi is cui nummos. §. 1. & 2. ff. eod.*

Liberari quis nequit oblatione aliorum nummorũ, quàm creditor vult. *l. debitorem. ff. eod.*

420. Liberari quis nequit peruentione ſolâ rerum creditoris ad debitorem. *l. Stichum. §. ſi creditor. ff. eod.*

Liberari quis nequit ſolutione dotis filiæ ignorante ſocero, factâ. *l. qui hominem. §. ſi gener. ff. eod.*

Liberari quis nequit ſolutione mandatario contra mandatum factâ. *l. ex plurib. ff. eod.*

Liberari poteſt quis commixtione rei alienæ in ſolutum datæ, cum reb. creditoris. *l. ſi alieni ff. eod.*

Liberari poteſt quis confuſione. *l. ſicut acceptilatio. ff. eod.*

Liberari quis poteſt diſceſſu à cõtractu. *l. Stichũ. § fin. ff. eod.*

Liberari quis poteſt ex euẽtu quãdoq;. *l. qui res ſuas. ff eod.*

Liberari quis poteſt fructuum perceptione, ex pignore prætorio. *l. Titia. ff. eod.*

Liberari poteſt quis interitu ſpeciei ante moram. *l. qui res ſuas. §. aream ff. eod.*

Digitized by Google

Liberari quis potest iudicium accipiendo. *l. solutione. ff. eod.*

430. Liberari quis potest iureiurando, si naturalis obligatio sit. *l Stichum. §. naturalis ff. eod.*

Liberari quis potest nouatione. *l. si debitor tuus. ff. eod.*

Liberari quis potest oblatione. *l si debitor afferret. ff. eod.*

Liberari quis potest, si naturalis sit obligatio. *l. Stichum. §. naturalis. ff eod.*

Liberari quis potest perceptione rei dolo perditæ. *ibid. § 9.*

Liberari quis potest positione in conspectu creditoris iubentis ibi poni. *l pecuniam. ff eod.*

Liberari quis potest satisfactione. *l. solutam. ff. eod.*

Liberari quis potest solutione. *l. solutione. ff. eod.*

Liberari quis potest solutione factâ ab herede, ante restitutam hereditatem. *l. ante restitutam & seq ff. eod.*

Liberari quis potest solutione factâ matri pupillæ. *l filiæ intestato ff. eod.*

440. Liberari quis potest solutione, quæ ex postfacto creditoris fit perfecta. *l. qui res suas §. 3. ff. eod.*

Liberari quis potest solutione vnius rei, licet plures debeãtur aliquando *l. si quis duos. ff eod.*

Liberari quis potest solutione ratishabitione confirmatâ. *l. verò procuratori. §. 4. ff. eod.*

Liberari quis potest solutione solidi. *l. solidum. ff. eod.*

Liberari quis potest successione debitoris in bona creditoris. *l. qui hominem. §. quidam. ff. eod.*

Liberari quis potest traditione perfectâ rei debitæ. *l. etiam. ff. eod.*

Liberari quis potest venditione pignoris, si quantum debebatur, receptum fuerit. *l. si creditor fundum. ff. eod.*

Liberari quis potest vsucapione rei alienæ in solutum datæ. *l. is qui alienum. ff. eod.*

Liberari quis potest acceptilatione donationis causâ. *l. 2. C. de solut. & lib.*

Liberari quis potest acceptilatione à pupillo solenniter factâ, autoritate tutoris interueniente. *l 1 C. de acceptilat.*

450. Liberari quis potest acceptilatione reliqui. *l si inter patrem tuum. C. de solut.*

Li-

Liberari quis poteſt amiſſione pignoris per caſum fortuitū, ſi ita conuenit. *l. quæ fortuitu. C. de Commod.*

Liberari quis poteſt compenſatione operarum perceptarū. *l. ſi operas. C. de ſol. & lib.*

Liberantur tutores ſoluentes curatoribus debitum ex adminiſtratione. *l. 1. C. ſi aduerſ. ſol.*

Liberatio defuncti ad heredem peruenit. *leg. quantum. ff. quod met. cauſ.*

Liberatio dolo facta, non liberat. *l quidam. ff de dol. mal.*

Liberatio facta vni contrahentium legis beneficio prodeſt alteri. *l bona fides. ff. de act. empt. & vend.*

Liberatio generalis non extenditur ad ea, de quibus non eſt actum. *l. emptor. § 1. ff. de pact.*

Liberatio obligationis ſpecies lucri eſt. *l. ſi in adoptionem. ff. de bon. poſſ. cont. tab.*

Liberatio rei prodeſt fideiuſſori. *l. 3. ff. de reſc. vend.*

460. Liberatio relicta pupillo non extenditur ad eius tutorem. *l. Aurelius. ff. de lib. leg.*

Liberatio ſemel competens fideiuſſori perpetua eſt. *l fin. ff. de pact.*

Liberatio erronea non eſt liberatio. *l. ſi obligatum. Cod. de ſol. & lib.*

Liberatio indebiti condicitur. *l. 2. C. de act. empt. & vend.*

Liberatio inuito contingit. *leg. cùm conſtitutio. §. 2. Cod. de teſt. man.*

Liberatio debitoris facta per filium viuo patre, nocet filio poſt mortem patris. *Dyn. l. 2. ff. eod.*

Liberatio præſumitur ſolennis, de qua apparet Inſtrumentum. *Bal l ſi inter. C. de ſol. & lib.*

Liberatio per dolum facta non valet. *Bal. l. aduerſus. Cod. de Except.*

Liberatio à ſorte operatur etiam circa vſuras. *l. non ſolum. ff. de liber. leg.*

Liberatio habetur pro ſolutione. *l ſi fundum. ff. de leg. 1.*

470. Liberatio condicitur, quando quis petit indebitum. *Bar. l. qui ſiue. ff. de cond. ſine cauſ.*

Liberato reo liberatur & fideiussor. *l. emptio. ff. de rescind. vendit.*

Liberatio ex errore falsæ causæ finalis simpliciter factæ est ipso iure nulla. *Soc. Cons. 159. Vol. 2.*

Liberatio resultat excessione facta debitori. *Bal. l. 1. 11. q. 1. C. de act. & oblig.*

Liberatio pleniſſima est, si pupillo soluatur autoritate tutoris & decreto iudicis. *l. fin. C. de admin. tut.*

Liberatio simulata non liberat. *l. si obligatum. C. de sol.*

Liberatio est donatio. *Bar. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact.*

Liberatio facienda de necessitate habetur pro factâ. *Castr. cons. 13. l. si Creditoris. C. de fideicom.*

Liberatio debitori relicta tollit interim obligationem ciuilem, non naturalem. *gl. & Bar. l. non solùm. §. adeò. ff. de cond. indeb.*

Liberatio debitoris legata non extenditur ad possessores rerum. *Bal. l. cùm necessitatem. C. de fideicom.*

480. Liberatio semel cõpetens perpetua est *l. fin. ff. de pact.*

Liberatio generalis non extenditur ad actionem realem. *l. Et vno. §. 1. ff. de acceptil.*

Liberatio nulla est, vbi nulla interuenit obligatio. *Ias. l. decem. nu. 2. ff. de V. O.*

Liberatio obligationis fit per vnicum implementum. *Anch. c. non potest. col. 2. de prab. lib. 6.*

Liberatio est quædam resolutio contractûs. *l. de tutelâ. C. de rest. in integ.*

Liberatio regulatur secundùm naturam contractûs, cui adiicitur. *Bar. l. eleganter. ff. de dol.*

Liberatio non potest esse, nisi priùs fuerit & obligatio. *leg. decem. ff. de V. O.*

Liberatio trahit secum executionem. *Bar. l. de tutelâ. nu. 3. ff. de in integ. rest.*

Liberatio generalis extenditur ad omnia. *l. plurib. ff. de acceptil.*

Liberatio arguitur ex redditione Instrumenti facta debitori. *Inn. c. 2. de fid. instrum.*

490. Liberatio legata debitori, facit vt heres creditoris efficaciter petere non possit. *l. si creditoris. C. de fideicom.*

Li-

Liberatio eſt correlatiua ad obligationem. *Riminald. §. 1. Inſt. de donat. nu. 295.*

Liberatio non poteſt fieri ſine verbis. *l. ſi vnus. ff. de pact.*

Liberatio parit obligationem ad non petendum. *Bar. l. ſi vnus §. pactus. 2. col. ff. de pact.*

Liberatio captiuorum eſt pia cauſa. *Bald. leg. quamuis. ff. ſol. mat.*

Liberatio non extenditur ad incognita. *l. cùm Aquiliana: ff. de tranſact.*

Liberatio per liberationem tolli nequit. *l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.*

Liberatio præſupponit obligationem. *Decian. conſ. 407. num: 10.*

Liberatio ipſo iure quæritur per legatum liberationis. *ibid.*

Liberationis legatum non valet facta debitore per prius liberato. *Bald. l. 3. C. de legat.*

500. Liberationis legatum trahit ſecum executionem. *Bal. Auth. hoc amplius, C. de fideicom.*

Liberationis legatum parit exceptionem. *Bar. l. ſi creditoris. C. de fideicom.*

Liberationis legatum nõ extenditur ad dolum & reliqua. *ibid. Alex. conſ. 102. & 54. Vol. 2.*

Liberationis cauſa eſt fauorabilior, quàm obligationis. *Zaſ. l. eius qui. V. quas verò. nu. 15. ff. ſi cert. pet.*

Liberatione legatâ debitori competit actio & exceptio. *l. ſi creditoris. C. de fideicom.*

Liberatus ab hoſtibus, ſi inteſtatus moriatur, ſuccedit ei proximus, etiamſi redemptionem captiui neglexerit. *Auth. ſi captiui. C. de Epiſc. & Cler.*

Liberatus dicitur, qui de proximo liberandus eſt. *Bar. l. ſi pecuniam. §. item. ff. de cond. ob cauſ.*

Liberatus ſemel perpetuò liberatus eſt, niſi ipſe volens ſe iterum obliget. *Connan. Comment. iur. libr. 6, capit. 4. num. 4.*

Liberatus non præſumitur ſeruus, qui furatus eſt domino ſuo inſtrumentum ſeruitutis. *Bal. l. ſi de poſſeſſione. Cod. de prob.*

Li-

Liberatus tempore remanet obligatus. *Bar. & Alex l. fin. §. procurator ff. rem rat. hab.*

510. Liberatus prætextu falsarum literarum tenetur de dolo *Bar. l quidam debitor ff. de dol*

Liberatorium pactum obligat ad non agendum. *Rol. conſ. 70. nu. 5. Vol. 2.*

Liberalitas quasi libero homine digna. *Ruland. de commiſſ. lib. 1 cap. 24. nu. 9.*

Liberalitas testatoris ab heredibus non est coarctanda. *leg. quidem 5. §. 2. C. de neceſſ. her.*

Liberalitas vinculo nullo legitimo adstringitur. *l. cùm in adoptiuis. §. 1. C. de adopt.*

Liberalitas concessa duob. videtur in dubio concessa in solidum cuilibet. *Bal. l. 1. §. cùm a. C. de cad. toll.*

Liberalitas sua nemini debet esse damnosa. *l. si verò vxori. ff. pro don.*

Liberalitas nolenti acquiri non potest. *l. hoc iure. §. non po teſt ff. de don.*

Liberalitas est omnium virtutum gratiosissima. *Men. conſ. 191. num. 6.*

Liberalitas Principis fræno non subiacet. *Loffred. conſ. 7. num. 12.*

Liberalitas repugnat naturæ mulierū. *Bertrand. conſ. 427. num. 11. Vol. 5.*

Liberalitas conciliat gratiam. *Rul. de commiſſ. lib. 1. c. 24. num. 5.*

Liberalitatis iudicium contemplatione meritorum dirigendum est. *l. 3. in pr. C. de ſecund. nupt.*

Liberalitatem captiosam interpretatio prudentum fregit. *l. cùm Aquiliana ff. de tranſact.*

Liberalitate nè quis fiat inops, habenda est ratio. *ibid.*

Liberalitatē vti spectat ad Principē. *l. Imperialis. C. de nup.*

Liberalitate lapso consulitur. *l. decurioni b. ff. de decur.*

Liberalitates Principum intelliguntur concedi saluo iure alterius. *l. nec auus ff. de eman. lib.*

Liberè vti re non dicitur, qui impedimentum aliquod patitur. *Rol à Vall. conſ. 62. nu. 20. Vol. 1.*

Li-

Liberè qui aliquid poteſt, is abſolutè poteſt. *Menoch. conſ. 192. nu 9.*

530. Libertas alieno ſeruo dari nequit, qui eam iam eſt conſecutus. *l. ſi ita fuerit. §. nec. n. ff. de man. teſt.*

Libertas procedit ex ſexu fœminino. *Bal. l. neque natales. C. de probat.*

Libertas plena dicitur, quæ metu impedita non eſt. *cap. de muliere. de ſponſalib.*

Libertas pecuniâ lui nequit. *l. ſtatu liberum. ff. de ſtat. lib.*

Libertas magis præſumitur in rebus quàm hominibus. *Iaſ. l. ſi priuſquàm. nu. 40. & 41. ff. de op. no. nunc.*

Libertas nulla maior, quàm DEO ſeruire. *Matthoſil. de ſucceſſ. memb 1. art. 1. nu. 7.*

Libertas danda eſt ex affectu, non luxuriâ. *leg. illud. ff. de man. vind.*

Libertas non mutatur, ſed qualitas. *l. 3. ff. de her. inſt.*

Libertas eſt actus pietatis. *l. proxima. ff. de his qui teſt. del.*

Libertas vera debet obedire legi. *Gadd. l. Nepos Proculo. nu. 4. ff. de V. ſignif.*

540. Libertas data ex teſtamento quod poſtea inofficioſum pronunciatur, non reuocatur. *l. ſi ſub hac conditione. ff. de inoff. teſtam.*

Libertas acquiſita non poteſt poſteà adimi. *l. pen. §. 3. C. de Epiſcop. & cleric.*

Libertas ciuitatis Rom. ſperari non debet. *leg. fin. §. 2. C. de teſtam. man.*

Libertas data reſcindi nequit, ſolo obſequii non præſtiti velamento. *l. ſolo. C. de lib. cauſ.*

Libertas fideicommiſſaria diu obtenta non reſcinditur per querelam inoffic. *l. 4. C. de inoff. teſt.*

Libertas ſemel indebita data, renunciari nequit. *l. 1. C. ſi aduerſ. libert.*

Libertas præſtita ex falſo teſtamento non reuocatur. *l. fin. §. 2. C. de petit. her.*

Libertas Romana Latino liberto accedit. *leg. 1. §. illo procul dubio. C. de Lat: libell. tollen.*

Libertas ſubditorum Principi debet eſſe cotdi. *l. 2. in pr. C. de SC. Claud. toll.*

Li-

Libertas testamentaria extinguitur non aditâ hereditate. *l.1.C.de fideicom.libert.*

550. Libertas testandi concessa intelligitur legitime & iuris solennitate seruatâ. *l.si quando.C.de inoff.testam.*

Libertas & seruitus in eandem personam concurrere non possunt. *l.si in fin.C.de Lat.lib.toll.*

Libertas competit sine manumissione detegenti necem domini. *l.qui ob necem.ff.quam fin.man.ad lib.*

Libertas dari nequit pro parte. *l.duob.ff.de lib.caus.*

Libertas dari nequit deliciarum causâ, sed iustis affectionibus. *l.illud ff de man.vind.*

Libertas pecuniis lui non potest. *l statu liberum.ff.de statu.lib.*

Libertas arbitrii dicitur de perdita quando validus metus accedit. *Bal.de Schism.col.7.*

Libertas legari nequit vasallo post eius mortem. *Bal.l.1.in pr.C.de Cad.toll.*

Libertas mentis non præsumitur, vbi non est libertas corporis. *c.1.quod met.caus.*

Libertas præscribi non potest, vt quis nemini subsit. *c. quo iure.8.dist.*

560. Libertas in populo præscribitur 100.ann. *Bal.l.1. C. ne rei do.vel tem.*

Libertas coarctata non dicitur libertas. *Bal.l.iudicium.C. de contrab.empt.*

Libertas est sub rege iusto viuere. *Auth. de her.& Falcid. in princ.*

Libertas est hominis qualitas. *Bal.add.l.non sunt liberi.in pr.ff.de stat.hom.*

Libertas præferenda commodo pecuniario. *§.hi a. Inst. de eo, cui lib.caus.bon.addic.*

Libertas est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi vi aut iure prohibeatur. *§.1. Inst.de iur.pers.*

Libertas Vasallorum non potest pœnâ constringi. *Bal.leg. liberi.C.de oper.lib.*

Libertas præscribitur sine titulo. *Bart.leg.si ades.ff.de seru. rust.prad.*

Libertas in seruitutibus vrbanis non præscribitur, nisi factum domini prędii seruientis interuenerit. *l si cùm vis. ff. quemad. seru. amitt.*

Libertas præsumitur esse seruitus. *leg. altius. Cod. de seru. & aqu.*

570. Libertas liberorum capitali supplicio matris non minuitur. *l. Imperator Adrianus. ff. de stat. hom.*

Libertas semel data non reuocatur. *l. si mulier. ff. de minor.*

Libertas est res non priuata, sed publica. *l. si quis rogatus. in pr. ff. de fid. libert.*

Libertas amitti nequit eâ ætate, qua nec conferri potest: *l. si ministerium. C. de lib. caus.*

Libertas amplectitur à Philosophiâ. *leg. pen. C. de his, quib. vt indig.*

Libertas cedit ab aliâ hereditate. *l. 1. §. 6. C. de cad. toll.*

Libertas competit ipso iure, cessante facto. *l. 2. C. si mancip. ita fuer.*

Libertas conferri potest silentio. *l. 3. C. Com. de man.*

Libertas datur etiam inuito. *l fin. C. de test. man.*

Libertas dâtur scriptis & sine scriptis. *l. 3. C. de bon. lib.*

580. Libertas defendi debet per Principem. *l. 1. §. 1. C. Com. de manumiss.*

Libertas res est fauorabilis, & inæstimabilis: *l. libertas. ff. de reg. iur.*

Libertas est fauorabilior legato. *§. 34. Inst. de legat.*

Libertas impeditur fraudis consilio. *l. 2. Cod. de seru. pign. dat. man.*

Libertas imponi potest per eum, cui libertas relicta non est. *l. fin C. de testam man.*

Libertas dari potest seruo inuito, non a filio. *l. pen. Cod. de emancip. lib.*

Libertas ad necessitatem transferri non debet: *l. neq. ab initio. C. de nupt.*

Libertas non debet onerari. *l. 4. C. de oper. libert.*

Libertas præfertur Velleiano. *l. veterum. C. ad Vell.*

Libertas præstatur die existente, in quem legata est. *l. fideicommissaria. C. de fid. libert.*

Li-

Digitized by Google

590. Libertas probari debet, si quis in seruitute existens, ad libertatem proclamet. *l. non ideò. C. de lib. cauſ.*

Libertas probatur natiuitate. *Auth. ſi teſtis C. de fid. lib.*

Libertas reuocari nequit à manumissore allegante fraudē ſuam. *l. ſi creditorib. C. de ſer. pig. dat.*

Libertas publicū ciuitatis ſtatum attingit. *Connan. Comment. iur. lib. 2. cap. 5 nu 3.*

Libertas non reſcinditur. *Idem. lib. 2. cap. 7. nu. 4.*

Libertatis argumentum geminatio nominis. *Idem. lib. 2. cap. 11. nu 3.*

Libertas eſt indiuidua. *Idem. lib. 9. cap. 5. nu. 3.*

Libertas, quæ in vltimum vitæ tempus confertur, nullius eſt momenti. *l. fin. ff. de man. teſt.*

Libertas ad tempus dari non poteſt, *l. libertas. ff. eod.*

Libertas eſt nulli neceſſitati ſeruire. *Bal. tractat. Schiſmat. 8. col. verſ. 28.*

600. Libertas priuilegio non poteſt renunciari. *Bal. l. cùm ex oratione ff. de excuſ. tut.*

Libertas teſtandi nō reſpectu bonorum, ſed perſonæ conſideratur. *l. hereditas ff. de pact. conuent.*

Libertatis conditio ea intelligenda eſt quæ ad libertatem producit, licet natura grauior & durior ſit. *l. leniſſima. ff. de cond. & dem.*

Libertatis cauſa inter pias cauſas nominatur. *l. 1. §. 6. C. de com. ſeru. man.*

Libertatis fauor cedit pupillis. *l. pen. C. de ſer. pig.*

Libertatis fauore extenſio fit ab vno contractu ad alium. *l. 1. C. ſi mancip. ita fuer.*

Libertatis fauore multa contra communes regulas ſtatuta ſunt. § 4. *Inſt. de don.*

Libertatis cauſa multa fiunt contra rigorem iuris. *l. generaliter. §. ſi quis tutorem ff. de fid. lib.*

Libertatis lite pendente ſerui reputantur, vt liberi. *l. ordinata. ff. de lib. cauſ.*

Libertatis fauor præfertur fauori nuptiorum. *Bar. l. Titio. §. ſerui. ff. de cond. & dem.*

610. Libertati nō præiudicat aliqua temporis longinquitas. *Spec. de feud. §. 3. V. 1. & 3.*

Li-

Libertati fauendum est in obscurâ voluntate manumittentis. *l. in obscurâ. ff. de reg. iur.*

Libertati mora fieri non debet ob rei pecuniariæ quæstionem. *l. si cognati. C. de neg. gest.*

Libertati multum à maioribus impensum est. *leg. fin. C. de pat. pot.*

Libertati magis fauetur, quàm ætati. *l. cùm verò. ff. eod.*

Libertatem petit, qui petit, nè seruiat. *l. generaliter. §. si petitum. ff. eod.*

Libertatem testandi non minuit consensus vel dispositio reuocabilis. *l fin. C. de pact.*

Libertas agri auget precium eius. *Coler. de proceſſ. execut.*

Libertatem nemo recusare potest. *Bal. leg. cùm constitutio. nu. 10. C. de man. test.*

Libertatem præscribere est seruitutem occidere. *Bar. l. ædes meæ. §. libertus. nu. 1. ff. de ſer. urb. præd.*

620. Libertatem retractare triste est. *l. liberos. C. de lib. can.*

Libertate naturali homines omnia pro voluntate exequũtur. §. *Et libertas. Inſt. de iur. perſon.*

Libertates non præstantur ex testamento minùs solenni. *l fin. C. fam. herciſc.*

Libertus vni ex heredibus obsequium præstans non præiudicat libertati. *l. ſi tibi teſtamento. C. de lib. cauſ.*

Libertus obsequium non præstans non reuocatur in seruitutem. *l. ſolo. C. eod.*

Libertus Principis præscribi nequit. *l. 1. C. nè rei dom.*

Libertus vindictâ liberatus in seruitutẽ retractari nequit. *l. 2. C. de libert. & eor. lib.*

Libertus semper habet relationem ad patronum. *l. liberto. ff. de obſeq.*

Liberti sententia non præiudicat patrono, etiam scienti. *Alex. l. ſæpe. nu. 1. ff. de re iud.*

Libertus sequitur forum patroni. *Spec. de compet. iud. addi. §. 1. V. 41.*

630. Libertus adsessor esse potest. *l. 2. ff. de offic. Aſſeſſ.*

Libertus est alendus à suo patrono. *l. ſi patronus. ff. de confir. tut.*

Libertus ſequitur domicilium patronorum. *l. ſi quis à plurib. §. 3. ff. ad municip.*

Libertus excuſatur à tutelâ, ſi negotia Senatoris patroni gerat. *l. libertus. §. 1. ff. eod.*

Libertus poteſt argui ingratitudinis per procuratorem. *l. 4. ff. de obſeq. præſt.*

Libertus iurare tenetur, ſe operas præſtiturum dominis. *l. fabriles. ff. de oper. libert.*

Libertus libellum diuortii ſolet ferre. *l. nullum diuortium. ff. de diuort. & repud.*

Libertus militiæ nomen dare nequit ſine iniuriâ patroni. *l. operis. ff. de oper. libert.*

Libertus non excuſatur propter patronum à ciuilibus muneribus. *l. ſi quis à plurib. ff. ad municip.*

Libertus nemo naſcitur. *Ful. Pac. de prob. lib. 1. cap. 20. n. 22.*

640. Libertus prohiberi nequit per patronum à licitâ negociatione. *l. libertus. ff. de oper. libert.*

Libertus accuſare nequit patronum vel eius heredes, niſi in crimine Maieſtatis. *l. fin. C. de his, qui accuſ. non poſſ.*

Libertus debet iudici æquitatem ſuæ petitionis exponere: *l. 4. C. de obſeq. patron. præſt.*

Libertus non debet exercere atrocitatem. *ibid.*

Libertus debet alere patronum defectis facultatibus. *l. 1. C. de oper. libert.*

Libertus poteſt arrogari. *l. 3. C. de adopt.*

Libertus conueniri debet pro patrono. *leg. fin: Cod. nè fil. pro pat.*

Libertus famoſam actionem contra patronum inſtituere non poteſt. *l. 1. C. de obſeq. patr. præſt.*

Libertus honorem patronis debitum præſtare debet. *l. mater tua. C. de oper. libert.*

Libertus officium iudicis implorare non prohibetur. *l. 1. C. ſi tut. vel cur. non geſſ.*

650. Libertus non debet temerè litigare contra patronū. *l. 4. C. de obſeq. patr. præſt.*

Libertus manumittentis fit, licet ex fideicommiſſo manumittatur. *l. hi quib. C. de fid. lib.*

Li-

Libertus potest morari, vbi voluerit, dum modò præstet operas debitas. *l. pen. C. de oper. lib.*

Libertus nouercæ priuignis reuentiam debet. *leg. pen. C. de obseq pat. præst.*

Libertus operas manumissionis tempore impositas præstare debet. *l. 1. C. de oper. libert.*

Libertus patriam potestatem habet in legitimos liberos. *l. libertos. C. de pat. pot.*

Libertus precium præstare non cogitur, nisi necessitate exigente. *l. 1. C. de oper. lib.*

Libertus non potest reuocari in seruitutem per filios patroni, nisi probetur ingratus. *l fin. C. eod.*

Libertus potest succedere, nō tamen esse tutor legitimus. *l fin. C. de legit. tut.*

Libertus testari potest liberè, si patronus operarum futurarum precium exegerit. *l. 4. C. de op. lib.*

660. Libertus testis esse non debet contra patronum. *leg. libertorum. C. de testib.*

Libertus torqueri non debet pro patrono. *l. pridem placuit. C. de quæst.*

Libertus tutores vel curatores petere debet liberis patroni. *l. 2. C. qui pet. tut. vel cur.*

Libertus vincula pati non debet, cui impositæ non sunt operæ. *l. libertos. C. de obseq. pat præst.*

Libertus sine venia patronum in ius vocare non potest. *l. 4. C. eod.*

Libertus â filiofam. milite factus, est eius libertus. *l seruum ff. de iur. patron.*

Libertus administrans fraudulenter remouetur & punitur. *l. si liberti C. de adm. tut.*

Libertus si immemor libertatis nequitiam seruilis ingenii receperit, reuocatur in seruitutem. *l. 3. C. de libert. & eor. lib.*

Libertus ingratus accusari non potest, qui natalibus restitutus est. *l. 3. C. de his, quæ pœn. nom.*

Libertus ingratus amittit sibi donatum. *l. 1. Cod. de reuoc. donat.*

670. Libertus municipum, ſeruus non efficitur, niſi ex iuſtâ causâ. *l 3. C. de ſeru. reip. man.*

Libertus natalibus à Principe reſtituitur, fit ingenuus. *l. 2. C. de iur. aur. annul.*

Liberti libertus meus libertus non eſt. *leg. alimenta. ff. de alim. & cib. leg.*

Liberti alienare non poſſunt in fraudem patronorum. *l. 1. C. ſi in fraud. patron.*

Liberti cogi non poſſunt morari cum patrono. *l. pen. C. de opert. libert.*

Liberti defunctorum non debent operas heredibus extranei. *l. liberti. C. eod.*

Liberti filius dicitur ingenuus. *l. quod ex libera. vbi Bal. C. de Oper. libert.*

Liberti appellatione continetur liberta. *leg. liberti. ff. de Verb. ſig.*

Liberto perſona patroni debet ſancta videri. *Spec. de act. §. 1. V. ſed nunquid vaſallus.*

Libertorum appellatio in inſtitutione facta facit ſeruum eſſe liberum. *l. 2. C. de neceſſ. ſer. her.*

680. Libertum non alens ius patronatus amittit. *Idem. lib. 2. cap. 7. nu. 1.*

Liberti non dicuntur eſſe in bonis. *Bal. l. liberti. C. eod.*

Liberta poteſt nubere Senatori, nulla dignitate obſtante. *Auth. ſed nouo. C. de nupt.*

Liberta nuptias inuito patrono contrahere non poteſt. *L. Titius. C. de oper. libert.*

Liberta nupta voluntate patroni vel iure obſequia non præſtare poteſt. *l. 2. C. de obſeq. patron. præſt.*

Libertas ingenii teſtamento infringi non poteſt. *leg. Titio centum §. 3 ff. de condit. & demonſt.*

Liberta nupta patrono habetur pro ingenua. *Bald. l. liberta. C. eod.*

Liberta maior. 50. annis operas præſtare patrono non tenetur. *l. liberta. ff. de oper. libert.*

Libertæ filius numeratur in familiam libertorum. *leg. cùm pater. §. cùm inter. ff. de leg. 2.*

Liberfinitas non amittitur cõdemnatione in ingenuitatis causâ facta *l.pen.C.eod.*

690. Libertinitatis quæſtio inter fiſcum & priuatum corã procuratore fiſci examinatur. *l.pen.C.vbi cauſ.ſtat.*

Libertinus adoptione non fit ingenuus. *leg.fin. ff.de ſtat. homicid.*

Libertinus ingenuus non efficitur per pactum. *leg.2.C.de colluſ.deteg.*

Libertinus munera ciuilia & ingenuorum officia gerere nequit. *l.1.C.ad l.Viſell.*

Libertinus paciſcens de ingenuitate nihil agit. *leg.2.C de colluſſ.deteg.*

Libertini conſtituuntur manumiſſione. *l.ingenui.C.de ingen. man.*

Libido impedit quandoque donationes. *leg.cum multa.C. de nupt.*

Libido areſcit in ſenibus, *Abb.c.cùm in iuuentute. de præſumpt. vlt. nu.1.*

Libidinis præſumptionem tollit ſanguinis coniunctio. *l.ſi qui adulteri.C.de adult.*

Libidinum deſideria nullâ veniâ defenduntur. *l.legem.C. de nat.lib.*

700. Libera non debet alicui fieri in diuerſis locis eiuſdem territorii, ſed in vno. *Socy. Conſ.129. Vol.1.*

Libra auri continet ſolidos 72. *Auth adhæc.C.de Vſur.*

Libri ſunt arma ſcholaſticorum. *Io.Saport.de collat.n.89.*

Libri mercatorũ publicâ autoritate deputatorum probant indiſtinctè & plenè *Bar.l.quædam §.numularios. ff. eod.*

Libri hæretici non ſunt legendi. *l.3. §.1.C.de Sum. Trin.*

Libri prohibiti comburuntur. *l.culpa. C.de malefic.*

Liberorum immenſa volumina ad mediocrem modum redigenda ſunt. *l.ſancimus. C.de nupt.*

Libri improbatæ lectionis, vt magici à iudice corrumpendi ſunt. *l.liberorum.§.2.ff.de leg.3.*

Libri hæretici comburendi. *l.damnato.§.1.C.de hæret.*

Libri veniunt in legato omnium bonorum generali. *Flor. l.1.§.habitare.ff.de his qui deiec.*

710 Libri non veniunt appellatione ſuppellectilium. *l ſupellectilis. ff. de ſupell leg.*

Libri Doctoris non computantur in expensâ Doctoratûs. *Card. clem. 2. de mag. 6. q.*

Libris æſtimi adhibetur fides. *Men. conſ. 247. nu. 19.*

Libris mortuorum maxima fides adhibenda. *Soc. conſ. 187. Vol. 2.*

Libros multos habere expedit. *Oldr. conſ. 84. num. 1.*

Licentia legitimandi ſine præiudicio legitimorum intelligitur, filiorum tantum. *Caſt. conſ. 234.*

Licentia de vendendo intelligitur ſcilicet de vendendo alteri, quàm ſibimet. *Bal. l. ei qui. C. de diſt. pig.*

Licentia alienandi conceſſa capaci donationis ſapit donationem in precio rei. *Bal. l. definit. ff. ſol. mat.*

Licentia vendendi inducit hypothecam *Bal. l. creditores. C. de pig.*

Licentia generalis non reprobatur, *Card. clem. fin. de Elect.*

720. Licentia occupandi bona propriâ autoritate poteſt concedi heredi à teſtatore. *leg. Titia. §. Lucius. ff. de leg 2.*

Licentia occupandi propriâ autoritate poteſt concedi, etiã in omni contractu. *Bar. l. 3. C. de pig.*

Licentia intrandi propriâ autoritate tranſit etiam in ſingulariem ſucceſſorem rei. *Bart. leg. fin. §. fin. ff. vt in poſſ. leg. at.*

Licentia intrandi propriâ autoritate intelligitur, quod poſſit expellere reſiſtentem. *Bart. leg. alia. ff. ſolut. matrimon.*

Licentia intrandi in poſſeſſionem rei propriâ autoritate operatur tranſlationem poſſeſſionis. *Bal. l. qui neceſſarias. ff. de pig. act.*

Licentia præſumitur eſſe de ſubſtantiâ. *Bal. l. fin. §. neceſſitate. C. de bon. quæ lib.*

Licentia duobus conceſſa intelligitur ſcilicet in ſolidum. *Bal. l. 1. §. cùm a. C. de cad. toll.*

Licentia tranſit etiam ad heredem. *Bal. c. 2. de pac. iur firm. in vſib. feud.*

Li-

Licentia transeundi per territorium concessa exercitui gē-tium, intelligitur scilicet per locum minùs damnosum. *Flor. l. si cui. ff. de seruit.*

Licentia probari potest per literas. *Cast. cons. 146.*

730. Licentia probari potest ex assertione, si non agitur de alterius præiudicio. *ibid.*

Licentia capiendi debitorem non extenditur ad eius heredem. *DD. l. postulante. in pr. ff. ad Trebell.*

Licentia ex post facto interuenire potest. *Menoch. cons. 767. num. 13.*

Licentia inferior iusticia. *l. 4. C. de LL.*

Licentia intrādi propriâ autoritate potest dari per patrem. *l. 3. C. de pignor.*

Licentia intrandi in poss. non valet, concessa, nisi ab eo iudice, qui mittere posset. *Bald. Marg. V. possessio. V. 9.*

Licentia inualida non excusat à pœnâ. *Fel. c. cùm causa. ad fi: de off. de leg.*

Licentia iudicis non requiritur, quando quis habet licentiam à iure. *Bar. l. si quando. C. de testib.*

Licentia, quæ conceditur ab vno, non porrigitur ad alium. *Bar. & Flor. l. si ædes. ff. de ser. vrb. prad.*

Licentia testandi intelligitur secundùm legitimè seruatam iuris solennitatem. *Bar. l. si quando. C. de inoff. test.*

740. Licentia debet requiri, aliàs currit tempus, eâ non petitâ. *c fin. de Elect.*

Licentiæ legatum non transit in heredem. *Bal. l. voluntatis. C. de fideicom.*

Licentia non numeratur inter permissos, nec inter prohibitos. *Bal. l. 1. C. de Episc. & cler.*

Licentia generalis non includit casus fraudulentos. *Bal. l. 1. C. si quis omiss. caus. test.*

Licentia propinquorum requisita per Statutum debet precedere actum. *Bal. l. 1. C. qui admitt.*

Licentia debet præcedere actum. *Bar. l. si a plures. ff. de aq. pluu. arc.*

Licentia superioris excusat. *Decian. cons. 5. num 29. Volum. 2.*

Digitized by Google

Licentia mentiẽdi non debet eſſe impunita. *leg. fin. Cod. de Cal.*

Licentia temeraria punitur. *l. 4. C de obſeq. pat. præſt.*

Licentia vbi requiritur, debet eſſe obtenta. *Phil. Franc. cap. ſi religioſus. nu. 3. de Elect. lib. 6.*

750. Licentiæ natura eſt, quòd præcedat actum. *Bart. l. ſi quis mihi. §. iuſſum. ff. de acq. her.*

Licitæ rei dans operam debet excuſari, *Sal. l. quoniam. nu. 12. C. ad l. Iul. de vi publ.*

Licentiari volens debet examinari priuatim. *Bar, l. mulierem C. de adopt.*

Licentiatus à iure ſemel cenſetur licentiatus in perpetuum. *ibid.*

Licentiatus non habet priuilegia Doctoris. *Bal. l. ſi duas. §. ſed exprobari. ff. de excuſ. tut.*

Licentiatus gaudet priuilegio Doctoris. *Ioan. Lup. repet. c. per veſtras. de don. int. vir. & vx.*

Licet expreſſum differatur, tacitum tamen non aufertur. *Bar. l. quæro. §. Lucius ff. de teſt. tut.*

Licet arguere à nomine. *Bal. conſ. 205. Vol. 3.*

Licet expenſæ ſint incertæ, tamen poſſunt peti. *Zaſ. Inſt. de act. §. curare. nu. 13.*

Licet pater ſit impius & Contemptor Legum, tamen pater eſt, *§. ſi verò. Auth. de inceſt. nupt.*

760. Licet non valeat, quod in veritate agitur, tamen valet, quod ſimulatè concipitur. *l. Lucius. ff. depoſ.*

Licet actio ex teſtam. competens ſit ſtricti iuris, tamen æquiparatur actionibus bonæ fidei. *l. in minorem. ff. in quib. cauſ.*

Licet aliquando litigatori malitiam aduerſarii ſui malitiâ repellere. *Alc. l. cùm proponas. C. de pact.*

Licet reſpondenti pœnitere, ſi nulla captio ex eius pœnitentiâ ſit actoris. *l. de ætate. §. Celſus. ff. de interrog.*

Licet aliquid de ſe non ſit malum, ſi tamen res ſit mali exempli fieri non debet. *l. ſi quis. ff. de pœn.*

Licet leges tranſgredi propter criminis atrocitatẽ ac enormitatem. *Inn. c. 1. ext. de conſtit.*

Li-

Licet datio non teneat, ſufficit tamen non reuocare. *l. obſeruare. ff. de off. proconſ.*

Licet teſtamentum rumpatur, legatum tamen & libertas debentur. *l. cùm mater. ff. de inoff. teſt.*

Licet res peruenerit ad eum caſum, in quo incipere non potuit, non propter hoc viciatur. *l. ſecus. ff. de re iud.*

Licet furioſus vxorem ducere poſſit, retinere tamen matrimonium poteſt. *leg. patre furioſo. ff. de his qui ſui vel al. iur.*

770. Licet in ſtipulationibus legatis, fideicommiſſis & mortis causâ donationibus iuramentum remittatur, non tamen remittitur conditio. *l. quæ ſub conditione. §. ſi quis. ff. de cond. inſt.*

Licet in genere, quod non licet in ſpecie. *cap. 2. de offic. ordin.*

Licet verba non conueniant, ſi tamen effectus aliqualiter conuenit, habet locum diſpoſitio. *gl. Clem. Vn. V. Cenſura. de Vſu.*

Licet ſubtilitas iuris refragari videatur, tamen teſtatoris voluntas ex æquò & bono tuebitur. *leg. filio. ff. de iniuſt. teſt.*

Licet mihi aliquis fraudem faciat, non propter hoc aliis facere debeo. *l. ſi pater. C. de nouat.*

Licet conſuetudo magnæ ſit autoritatis, nunquam tamen veritati præiudicat aut legi. *cap. cùm cauſa. Ext. de ſent. & re iud.*

Licet ſingula non proſint, multa tamen iuuant. *l. Proculæ. ff. de prob. l. inſtrumento. C. eod.*

Licet de dolo paciſci. *l. iuriſgentium. ff. de pact.*

Licet quid debeatur, ſi tamen dies non venerit, peti non poteſt. *l. non tamen. ff. vt legat.*

Licet vnicuique contemnere ea, quæ pro ſe introducta ſunt. *l. ſi iudex. ff. de minor.*

Licet vnicuique ædificare vſque ad cœlos. *Bellon. conſ. 61. num. 4.*

780. Licet fiat in iudicio actus inualidus, ſemper eſt inualidus. *l. 4. C. de repud. vel abſtin. her.*

Licent omnia, nisi quæ prohibita sunt. *gl. l. si conuenerit. ff. de pig. act.*

Licent omnia, nisi contrà agatur. *l. 4. ff. de pig. act.*

Licitatio cedi potest. *Roll. à Valt. cons. 28. nu. 12. Vol. 2.*

Licitationes sunt odiosæ. *leg. num ad licitationem; ff. fam. hercisc.*

Licita non est extensio in correctoriis sed exorbitantibus. *Rip. cons. 10. num. 11.*

Licitum est illud, cuius contrarium est illicitum. *Curt. l. 3. nu. 3. ff. de iust. & iur.*

Licitum est à promisso ex causâ recedere. *cap. quemadmodum. de iureiur.*

Licitum est de iure gentium muros facere. *Præpos. Mediol. c. ius gentium. nu. 2, dist. 1.*

Licitum non semper honestum est. *leg. non omne. ff. de reg. iur. c. aliud. 11. q. 1.*

790. Licitum est cuicumque eum iuuare; qui offenditur. *Bal. § furtiuum. nu. 4. Inst. de obl. quæ ex del. nasc.*

Licitum est inimico facere damnum, nedum in corpore, sed & in rebus. *§. item ea. Inst. de rer. diuis.*

Licitum in rebus etiam licitum est in tempore. *Euerh. in Top. loco, à re ad tempus in pr.*

Licitum est quocumque modo sanguinem proprium redimere. *l. 1. ff. de bon. eor. qui mort. sibi consciu.*

Licitum est purgare moram. *l. sed si alia. ff. de const. pec.*

Licitum est negligere rem suam. *l. si quid possessor. §. sicut a. ff. de pet. her.*

Licitum iuramentum ad illicita non trahendum. *c. quinta vallis. de iureiur.*

Licitum est amicos defendere. *Ioan. Crot. de testib. part. 4. num. 181.*

Licitum est venditori emptorem decipere. *leg. 1. ff. de ædil. Edict.* (*suspect. tut.*

Licitum coarctatur, vt illicitum euitetur. *l. tutor. §. 1. ff. de*

800. Licitum quando est factum, non dicitur delictum. *Bertaz. ol. cons. 219. nu. 2.*

Licitum est arguere abusus, quæ fieri consueuerunt. *Alb. de Rosc. l. anus. ff. de vsufruct.*

Li-

Licitum confiscatur propter illicitum. *l. cum ancillis. C. de incest nupt.*

Licitum illud quod est in genere, non est licitum in specie. *Fin. lib. 5. reg. V. licitum. in fi.*

Licitum est contrahere ab initio, sed ex post facto non licet resilire. *l. sicut ab initio. C. de act. & obl.*

Licitum est vias indirectas perquirere. *Ang. Aret. §. illud. Inst. de adopt. nu. 2.*

Licitum facit aliquid iussus iudicis, quod aliàs esset illicitum. *l. quoniam. C. de appell.*

Licitum & illicitum aliter inducuntur tam in foro conscientiæ quam causarum. *Inn. c. plerique. de ren.*

Licitum est facere reprobationes. *Abb. c. licet. de prob.*

Licitum est arguere de re ad tempus. *l. iia. §. & quia. ff. de re milit.*

810. Licitum facit dispensatio de illicito. *c. quod dilectis. de consang. & ad fin.*

Licitum est arguere de contractibus ad delicta. *l. tam ex contractib. ff. de iud.*

Licitum ratione adiuncti esse potest, quod aliàs non liceret. *Aluarot. §. si verò feudum. numer. 12. de contr. feud.*

Licitum corpus legati capax est. *l. 3. C. de V. signif.*

Licita est armatorum congregatio ad bonum finem. *Bald. cons. 309. vol. 2.*

Licitum videtur esse cuilibet se commendare. *leg. 1. ff. de censib.*

Liciti prætextu illicitum non permittitur. *l. 2. ff. de extra ord. crim.*

Licita tantum veniunt in generali dispositione. *leg. quod seruus. ff. de acq. poss.*

Ligare seipsum velle nemo præsumitur. *Grau. de antiq. temp. par. 4. nu. 113.*

Ligandi & soluendi par ius est. *Fel. c. cum inferior. de maior. & obed.*

820. Ligandi potestate datâ censetur data & soluendi. *Men. de arb. iud. quæst. lib. 1. q. 43. nu. 6.*

Ligãtur homines per verba, ſicut boues per cornua. *Inſt. de oblig. in pr.*

Ligna ſiluæ cæduæ dicuntur fructus naturales, quia proueniunt ſine ſemine. *Bal. l. ancillæ. C. de furt.*

Lignorum appellatione non veniunt pali & perticæ *l. pali. & l. ligni ff. de leg. 3.*

Limina vt domûs, ſic Imperii fineni faciunt. *§. 5. Verſ. nam. Inſt. quib. mod. iur. pat. pot. ſol.*

Liminarchæ officium non facit ſeruum liberum. *l. 4. Inſt. idcirco. C. de lib. cauſ.*

Limitatus conſenſus vlterius non porrigitur. *Roman. conſ. 131. in fin.*

Limitata potentia limitatum parit effectum. *Bal. l. ſi arrogator. nu 3 ff. de adopt.*

Limitata renunciatio non extenditur vltra limites expreſſos. *l. ſi mulier. C. ad SC. vell.*

Limitata diſpoſitio extenditur ſecundum limites adiectæ rationis. *l. nomen. §. fin. ff. de leg. 3.*

830. Limitata relatio limitatum relatum declarat. *Pariſ. conſ. 102. nu. 25. vol. 1. Seb. Med. reg. 10.*

Limitata cauſa limitatum producit effectum. *l. in agris. ff. de acq. rer. dom. Dec. conſ. 121. nu. 18.*

Limitatum tempus habens non habet pepetuum. *l. iuriſperitos. ff. de excuſ.*

Limitatũ ſemper cedit limiti. *l. inter eos. ff. de acq. rer. dom.*

Limitatoria iura recipiunt extenſionem. *gl. l. vn. C. de his, qui ant. apert.*

Limitatoria cauſa eſt potentior correctoriâ. *Menoch. de adip. poſſ. remed. 4. nu 33.*

Legitimationes & ampliationes debent eſſe de genere regulæ. *Men. de arb. iud quæſt. lib. 2. Caſ. 319. nu. 26.*

Limites domorum qui ſint, relinquitur arbitrio iudicis. *Inn. c. cùm cauſam, de probat.*

Limites cum fundo menſurari non debent. *Bar. tract. Tyber. col. 3.*

Limites vel fines vſurpans perdit ius ſuum, quod intendebat. *ibid. V. ceterum.*

Li-

840. Limites iurisdictionis sunt limites territorii. *l.3. C. vbi & apud quem cognit.*

Limites sunt communes. *l. arbor. C. con. diuid.*

Limitum contruersia dirimitur per inspectionem oculorum. *Spec. de prob. § 3. V. 4.*

Lingua est cordis nuncia. *l. Labeo ff. de supel. leg.*

Lingua maledica omni ferro nocentior. *iurib. vulg.*

Lingua extranea in Senatu admittenda non est. *l. vn. Cod. de monopol.*

Linguâ Græcâ tutor testamento dari potest. *leg. fin. Cod. de test. tut.*

Lingua hominis fallax. *l. diuus. ff. de mil. test.*

Lingua est tuba cordis. *Bal. cons. 160. vol. 1.*

Lingua est cordis præco. *Chassan. cons. 48. nu. 7.*

850. Linguæ lubricum ad pœnam trahi non debet. *l. famosi. ff. ad l. Iul. Maiest.*

Linguæ Imperator est cor. *Bal. c. mandatum. de rescript. Marsc. cons. 20. nu. 17. Decian. cons. 104. nu. 6. vol. 3.*

Linguæ lubricum domari nequit. *Id. ibid. Cas. 377. n. 11.*

Linguæ lubricum non est trahendum ad consequentiã. *ib.*

Linguæ fuerunt septuaginta. *c. septuaginta. dist. 16.*

Linguas fieri oportet eruditus, sed prius animas. *Spec. de Aduoc. §. 6. post modum.*

Linea circularis, ex qua fit arbor actionũ & cõsãguinitatis, est nobilior lineâ angulari seu quadratâ. *Cepol. de arb.*

Liquamen transferri non debet ad Barbaricũ, ne gustandi quidem causâ. *l. 1. C. quæ res export. non dib.*

Liquidari debent priús damna quàm exequi. *Boër. decis. n. 8. Bal. cons. 393. Vol. 2.*

Liquidatio Instrumentorum debet fieri parte citatâ. *Bal. l. 2. C. de exec. rei iud.*

860. Liquidatio fit quandoque ex coniunctione duorũ Instrumentorum. *Bal. l. 1. C. de falsc. cauſ. adiect. leg.*

Liquidum quod non est, non constituit in morâ. *l. in fideicommissi. in pr. ff. de vsur.*

Liquidum cedit arido, si ei vniatur. *Bar. l. in rem. actio. §. sed & id. ff. de rei vend.*

Liquidum debitum dicitur, de cuius quantitate constat. *Coler. de proceſſ. exec. part. 3. cap. 1. nu. 3.* (*comp.*

Liquidum per non liquidum non retardatur. *l. fin. C. de*

Liquidi ad non liquidum non fit compensatio. *l. fin. §. 1. C. de compensat.* (*cauerunt. de testib.*

Liquida causa dicitur post conclusum in causâ. *gl. c. signifi-*

Lis nulla esse potest cum eo, quem in potestate habemus, nisi ex Castrensi peculio. *l. lis nulla ff. de iudic.*

Lis inter patrem & filium regulariter esse non potest. *ibid.*

Lis propriè dicitur quando esset facta contestatio. *Cast. leg. causas. C. de transact.*

870. Lis mota non impedit executionē sententiæ, à qua non appellatum. *Inn. c. cùm in iure. de off. de leg.*

Lis pendere dicitur per relationē vel consultationē. *Mascar. de prob. Vol. 2. conclus. 986. nu. 8.*

Lis pendere dicitur per iudicis recusationem. *ib. num. 9.*

Lis pendere dicitur per rest. in integrum. *ibid. nu. 10.*

Lis pendere dicitur per iudicis impetrationem. *ibid. n. 11.*

Lis pendere dicitur per Commissionem causæ. *ibid. nu. 12.*

Lis & spes de lite idem operantur. *Sim. de Prat. de interp. vlt. vol. lib. 3. interp. 2. dub. 2. nu. 328.*

Lis finitur sententia. *Herculan. de attentat. capit. 6. num. 3.*

Lis præsumitur causa inimicitiæ. *Auth. de test. §. si verò aliter.* (*ptum ff. de iud.*

Lis debet finiri coram iudicè, coram quo cepta est. *l. vbi ca-*

880. Lis iam sopita per defunctum non potest retractari per heredem. *Bar. l. Polla. C. de his quib. vt indig.*

Lis incipit etiam ante lit. contest: sed causa incipit post lit. cont. *Bal. l. causas. C. de transact.*

Lis inter patrem & filium esse potest de iure Can: ex omni causâ. *gl. c. si Ecclesia. 23. q. 4.* (*C. de postlim. reu.*

Lis inter matrem & filium de dote esse potest. *Bal. l. liber.*

Lis nascitur. vbi de lucro agitur. *Card. clem. dudum. §. huiusmodi. de sepult.* (*de prapar. iud. V. in summa.*

Lis fugienda est, etiamsi oporteat dimittere rem tuā. *Spec.*

Lis debet exerceri per illum, qui eam inchoauit. *Bar. l. Titius. §. sed si ita. ff. de excus. tut.*

Lis

Lis de reb, breuissimo tempore corruptibilibus debet adeò celeriter expediri, & leuato velo, vt rerum corruptio euitetur. *Fel. c. significauerunt. ad fin. de ind.* (*V. 17.*

Lis inter dominum & seruũ esse nequit. *Spec. de confess. §. 2.*

Lis vna non potest esse exordiũ alterius litis. *Spec. de sent. §. 5. V. verùm.* (*ibid. §. 4. V. sed nunquid. Abbas.*

890. Lis propriè nõ potest dici inter Abbatẽ & monachos.

Lis pendet, & pendere dicitur, etiam, quando pendet super sententiâ, quæ dicitur nulla. *gl. & DD. c. tenor. de re ind.*

Lis pendens suspendit. *Bal. l. cùm aliquis. C. de iur. delib.*

Lis pendet, licet opponitur exceptio incompetẽtię, scilicet, quousque non doceatur de incompetentiâ. *Card. clem. 2. q. 3. Vt lit. non cont.*

Lis dicitur pendere vsque ad sententiem, à qua appellatum est. *ibid. q. 2.*

Lis dicitur pendere primò per oblationem libelli. *l. 1. C. Vt lit. pend.*

Lis mota non impedit accusationem. *Inn. c. cùm in iure. de off. deleg.*

Lis mota non constituit in malâ fide. *Cast: cons. 48.*

Lis dicitur pendere, cùm Citatio peruenit ad citatũ. *Card. clem. 2. Vt lit. non cont.*

Lis non contestatur per exceptiones dilatorias, nec per exceptionem iuramenti. *Bar. l. 1. C. de lit. cont.*

900. Lis non contestatur per oppositionem exceptionis præiudicialis impeditis litis ingressum vel processum. *Bal. c. 1. de cont. int. Vas. & Epis.*

Lis contestatur per negationem petitorum. *Bald. Auth. auferatur. C. de lit. contest.*

Lis non contestatur, si actor sit absens tempore, quo reus respondet libello. *Bal. & DD. l. 1. 2. col. C. eod.*

Lis finita non dicitur, nisi sententia trànsiuerit in rem iudicatam. *Phil. Franc. c. 2. nu. 5. Vt lit. pend.*

Lis ex lite resuscitari non debet. *Coler. de proces. execut. parte. 1. cap. 6. nu. 123.*

Lis super matrimonio non efficit illud litigosum. *Menoch. de arb. iud. quæst. lib. 2. cas. 2. nu. 19.*

Lis

Lis ſuper poſſeſſione non efficit propietatem eſſe litigioſam. *ibid. nu.* 18.

Lis eſt in facto cõſiſtere. *l. in bello. §. facta. ff. de capt. & poſtlim. reu. c. cùm in iure. de off. deleg.*

Lis pendere non dicitur, niſi lite conteſtatâ. *l. amplius. ff. rem. rat. hab.*

Lis eſſe non poteſt, niſi ſit, qui onera petitoris ſuſtineat, & commodo poſſeſſoris fungatur. *l. inter. ff. de iud.*

9to. Lis inchoatur Citatione. *gl. l. ex cõſenſu. §. Eũ. ff. de app.*

Lis ficta habetur pro nõ lite. *Caſt. l. cùm ii. n. 5. ff. de trãſact.*

Lis ſemel finita non debet retractari. *l. poſtquam. C. de pact.*

Lis rebus iudicatis tollitur. *l. 1. ff. de re iud.*

Lis nulla eſt, niſi ſit nota. *Donell. l. poſtquam. n. 4. C. de pact.*

Lis conteſtatur per verba nego narrata, prout narrantur. *Fel. c. vn. de lit. cont. Rot. deciſ. 12.*

Lis haberi debet pro conteſtatâ, quando eſt præcluſa via exceptionibus, dilatoriis & declinatoriis. *l. 2. C. vbi in rem actio.*

Lis præſũitur conteſtata animo conteſtandi, ſi verba ſunt apta ad eam. *Inn. c. 1. de lit. cont.*

Lis debet conteſtari per præſentes. *Bal. Auth. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hered.*

Lis debet cõteſtari coram ſuo iudice. *c dudũ. & 2. de Elect.*

9to. Lis conteſtatur corã arbitro, ſed non coram arbitratore. *Bapt. de S. Blaſ. de arbit. q. 30. princip.*

Lis conteſtatur per reſcriptum Principis, ad libellũ ſupplicẽ in actionibus annalibus. *l. 1. C. quand. lib. Princ. dat.*

Lis cõteſtanda intra duos menſes à libelli oblatione. *Auth. libellum. C. de lit. cont.*

Lis tollitur arrogatione. *l. ſi à me fuerit. C. de iud.*

Lis æquâ lance trutinanda. *l. generaliter. C. de reb. cred.*

Lis agenda eſt hodie ſtatim ſine denunciationibus. *l. 2. C. ſi ex plurib. tut.*

Lis cõteſtari oebet intra bimeſtre tempus, ab actione motâ. *l. pen. C. de fideiuſſ.*

Lis non conteſtatur per libellũ Principi oblatũ in accuſatione. *l. 1. C. quand. libell. Princip. del.*

Li-

Lis pendere dicitur per Citationem ad inſtantiam actoris emenatam. *Fel. c. ſuper literis. de reſcript.*

Lis ſapitur per reuiſionem. *Afflict. deciſ. Neap. 341. nu. 2.*

930. Lis pendere non dicitur, vbi inſtantio eſt peremptа. *Gram. deciſ Neap. 103, num 114. & ſeq.*

Lis pendere dicitur, donec diffinitiuè ſententiatum non eſt. *Rot. deciſ. 43.*

Lis conteſtata impedit tutelæ adminiſtrationem ſuſpecto. *Afflict. deciſ. Neap. 357. nu. 6.*

Lis creſcit inficiando. §. 7. *Inſt. de obl. quaq. ex cont.*

Lis deciditur iureiurando iudiciali, ſi inopia ſit probationum. *l. 3. C. de reb. cred.*

Lis definienda non eſt, niſi cognito negotio. *l. ne cauſas. C. de appell.*

Lis non debet extendi in infinitum. *leg. apertiſſimi. Cod. de iud.*

Lis finem accepit pleniſſimum, ſi neque per appellationem ſuſpenſa eſt, neque per ſolitam retractationem adhuc viuere ſperetur. *l. cùm quidem. C. de fid. inſt.*

Lis finitur iure iurando. *l. 4. C. de pact.*

Lis finitur pacto. *ibid.*

940. Lis finitur re iudicatâ. *ibid.*

Lis finitur tranſactione. *ibid.*

Lis moritur, cùm legitimis temporibus tranſactionis perit. *l. properandum. §. huiſmodi. C. de iud.*

Lis nulla eſt, niſi mota. *l. 4. C. de pact.*

Lis nulla eſt cum minore ſine curatore. *leg. 4. Cod. de auctor. præſt.*

Lis perpetuatur, cùm exordium cepit, licet ſtatim non expediatur. *l. fin. §. 3. C. de temp. & rep. app.*

Lis prorogari non poteſt inuito iudice. *l. properandum, in fi. C. de iud.*

Lis protrahenda non eſt multis appellationibus. *l. oportet. C. de appell.*

Lis ſuſpenditur prouocatione. *leg. pen. in pr. Cod. de reb. cred.*

Lis vendi nequit. *l. per diuerſas. C. Mand.*

950. Lis dicitur viuere. *L.cùm quidam. C.de fid.inſtr.*

Lis aliena non debet eſſe præda iudici. *leg. 3. Cod. ad leg. Iul. repet.*

Lis altera conſurgere non debet ex litis primæ materiâ. *l.3. C.de fruct.& lit.expenſ.*

Lis ab altero mota alteri non nocet. *leg. nec filius. Cod. de reb.cred.*

Lis deciſa facilè retractari non debet. *l.properandum.§.2.in fi.C. de iud.*

Lis domeſtica inter patrem & liberos domi terminanda. *l. 4.C.de pat.pot.*

Lis finita inſtaurari non debet propter autoritatem rerum iudicatarum. *l pen. C. de re.iud.*

Lis finita etiam reſcripto Principis non debet reſuſcitari. *l. 3.C.ſent.reſcind. non poſſ.*

Lis finita iureiurando non retractatur prætextu periurii: *l.1.C.da reb. cred.*

Lis finita legitimâ tranſactione Principis reſcripto reuocari non poteſt. *l.cauſas. C. de tranſact.*

960. Lis finita ſententiâ vel tranſactione non ſuſcitatur per legem poſtea latam. *l.fin.§.fin. C.de leg.her.*

Lis inceptaab actore debet perfici. *Auth. qui ſemel. Cod. quom. & quand. iud.*

Lis inchoata per vnum, per alium finiri non debet. *l.1 .C. de ſportul.*

Lis Iudæorum cum Chriſtianis à iudice Chriſtiano dirimend. *l.ſi qua inter. C.de Iud. & calicol.*

Lis mortua reſuſcitari non debet. *l. properandum.§. 2. in fi. C. de iud.*

Lis pecùniaria inter parentes & liberos, ſi domi terminari nequit, conſueto ordine peragenda eſt. *l.4.C.de pat pot.*

Lis propriè dicitur, quando eſt facta conteſtatio. *Caſt. leg. cauſas. C. de tranſact.*

Lites inter ciues ſunt damnoſæ reipublicæ, quæ ex eis læditur. *l ſi quis 6.in ciuilib.ff. de pact.*

Litis æſtimatio eſt ſimilis venditioni. *DD. l.litis æſtimatio. ff. pro empt.*

Li-

Litem non perdit actor trahens reum coram diuersis iudicib. *Alex. l. pretor. §. Celsus. ff. de dam. inf.*

960. Litis appellatione venit tota instantia vel causa. *DD. & gl. l. postquàm liti. C. de pact.*

Litium abbreuiatio est de vtilitate publicâ communi. *c. constitutio. de re iud.*

Lites breuiari debent. *c. 2. de re iud.*

Litibus est obuiandum. *Card. clem. 1. de conces. prab.*

Litibus est finis imponendus. *Spec. de arb. §. 8. V. quia si in compromisso.*

Litis euentus est dubius. *Bar. l. quo tempore. ff. de pecul.*

Litis initium dicitur ante litis contestationem, in cõtestatione & post in continenti. *Bal. leg. exceptionem. Cod. de probat.*

Litium dirimendarum gratiâ fit quod aliâs non fieret. *Spec. de legat. §. 2. post. med.*

Litis redemptor non dicitur, qui tanti emit, quanti valet. *Bal. l. per diuersas. 12. q. C. mand.*

Litem qui deserit iterum, ipso iure priuatur actione sua. *Spec. de act. V. item actor.*

980. Litem dirimere pertinet ad iudicem. *Spec. de aduoc. 6. V. ita euidentur.*

Litem abbreuiare cum aliqua protestatione vtilius est, quàm variis disputationibus protrahere. *Spec. de posit. §. 7. V. & nota.*

Litem protrahi est contra mentem iuris. *Spec. de appellat. §. 6. V. Et nota tertiò.*

Litis motio non debet aliquem suâ possessione priuare. *Spec. de appell. §. 6. V. illud.*

Litis agnoscendæ gratia datur bon. poss. *Spec. de concept. lib. §. 10. V. 30.*

Litis sumptibus non vexari interest. *Spec. de homicid. V. illud autem.*

Litis pendentia non impedit quem ædificare in suo loco. *Ias. l. 1. col. 2. ff. de op. nou. nunc.*

Lite pendente non potest aliquid innouari. *Bar. l. cùm aliquis. C. de iur. de lib.*

Litis pendentia nõ impedit executionem. *Inn. c. cùm in iure. de off. deleg. Ang. conſ. incip. Executio.*

Lite pendente non debet quis priuari ſuâ poſſeſſione. *Inn. c. cùm veniſſent. de reſt. in int.*

990. Lite pendente poteſt quis vti poſſeſſione licitè, non illicitè cum præiudicio partis. *Alex. l. 1. ff. de litig.*

Lite pendente. 1. poſt commiſſionẽ impetratam per actorem attentata reuocantur. *Rot. deciſ. 78. in nou.*

Litis conteſtatio eſt de ſubſtantiâ iudicii. *gl. c. dudum. & 2. de Elect.*

Litis cont. eſt principium iudicii. *Bal. in add. Spec. de ſent. V. litis conteſtatio.*

Litis cont ſieri poteſt per verbum credo vel non credo. *c. cùm ad ſedem. de reſt ſpol. Bal. l. 3. C. de iur. col.*

Litis cont. non fit, niſi animo conteſtandi. *Rot. deciſ. 44. in nou.*

Litis cont. in dubio non fit per negationem. *Ang. Auth. de trien. & ſemiſſ. §. illud col. 3.*

Lit. cont; inducitur per libelli correctionem Principi. *Bar. l. 1. C. de off. præfect. præt.*

Lit. cont. fit, ſi reus abſente actore partim negat, partim confitetur. *Rot. deciſ. 357. in nou.*

Lit. cont: in ſummariis cauſis fit per primum actum, qui ſolet fieri in cauſis ordinariis poſt lit. cont. *gl. c. 1. de Elect. lib. 6. Alex. conſ 50. vol. 2.*

1000. Lit. cont. ſine ſcriptis fieri non poteſt. *Spec. de lit. cont. §. 2. V ſed nunquid.*

Lit: cont, inducitur ex eo, quod quis negat competere ius agendi actori. *Inn. c. 1. de lit. cont.*

Lit: cont. non fit per reſponſionem conditionalem libello puro. *Bal. l. ſi quidem. C. de except.*

Lit: cont. fit, licet accuſatur compareat abſente accuſatore. *Bar. & Alex. l. is qui reus. ff. de pub. iud.*

Lit: cont: inducitur etiam per dubitationem. *DD. cap. 1. de lit. cont. & l. ſi debitor. ff. de pet. her.*

Litem conteſtari præciſè quis cogitur indiſtinctè. *Alex. & DD. l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. inf.*

Lit:

Digitized by Google

Lit:cont:indicitur etiam per confessionem, si libellus est porrectus. *gl. c. dudum. de Elect.*

Lit:cont:non fit per responsionem rei ex interuallo. *Bar. & DD. l. 1. C. de lit. cont.*

Lit:cont:non fit per verba. *Nolo litigare. Spec. de lit. cont. §. sed nunquid. V. quid si reus.*

Lit:cont:non fit per responsionem tertii. *ibid. V. quid si in libello.*

1010. Lit:cont:non fit per iuram. Calumniæ. *ibid. V. quid si omissa.*

Lit:cont:fieri potest saluis exceptionibus. *ibid. V fin.*

Lit: cont:fieri nequit per filiumfam; maiorem consensu patris. *Bal. l. fin. §. necessitatem: C. de bon. quæ lib.*

Lit:cont:potest fieri ab adulto cum autoritate curatoris. *l. 1. §. sufficit. ff. de admin. tut.*

Lit:cont: valet per procuratorem facta, licet libellus sit porrectus per principalem. *Bart. leg. licet. §. idem. ff. de pecul.*

Lit:cont:fit per tutorem, curatorem & Syndicũ vel actorem. *l. rem non nouam. C. de iud.*

Lit:cont:fit etiam per confessionem Aduocati etiam illicitam, nisi sit reuocata. *c. cùm causam. de app:*

Lit:cont:post terminum à iure vel iudice præfixum non valet, nihilque operatur. *Spec. de lit. cont. §. pen.*

Lit:cont:potest omitti de consensu partium. *Spec. ibid. V. & nota.*

Lit:cont:in Interlocutoriâ non requiritur. *Bal. Auth. si omnes, C. si vt se ab her. abst.*

1020. Lit:cont:nõ requiritur in causâ appellationis. *DD. c. per tuas, de appell*

Lit:cont:in appellatione ab interlocutoriâ semper requiritur, licet quis sit contumax. *Rot. decis. 456.*

Lit:cont: debet iterum fieri super libello mutato in substantialibus de partium voluntate, aliàs non. *Bal. Auth. hodie. C. de iur. Cal.*

Lit:cont:super quæstione incidenti vel emergenti non requiritur. *Bal. l. 2. C. de vsur.*

Lit:cont:non eſt neceſſaria, vbi de nullitate proceſsûs vel ſententiæ agitur. *Rot. deciſ. 340. innoc.*

Lit:cont:procedit etiam ſuper parte petitionis. *Bal. l. ſi non tranſactio. C. de iur. & fact. ignor.*

Lit: cont: cõtra abſentem in causâ Ciuili non fit negando, ſecus in criminali. *Bal. l. 1. C. de lit. cont.*

Lit:cont: in poſſeſſoriis requiritur. *Bar. l. fin. C. de Edict. D. Adr. toll.*

Lit:cont:ſuper inepto libello nulla eſt. *Bal. l. edita, 11. col. C. de Edend.*

Lit:cont:non requiritur in publicatione Inſtrumentorum vel teſtium: *Bal. l. publicati. C. de teſtam.*

1030. Lit:cont:requiritur in actione iudicatî. *l. 2. C. de except. rei iud.*

Lit:cont:non requiritur in Inquiſitione generali. *Abb. c. cùm l. & A. de re iud.*

Lit:cont:in causâ querelæ non requiritur. *Bar. Auth. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab. her. abſtin.*

Lit: cont: non requiritur contra Prælatum dilapidatorem bonorum Eccleſiæ. *Inn. capit. cùm ex officii. de præſcript.*

Lit:cont:requiritur, quando vxor agit contra virum vergentem ad inopiam. *Bald. add. Spec. de don. int. vir. & vx. V. ſi vir.*

Lit:cont: in actione de dote requititur. *l. 1. ff. ſol. matr: vbi Bart. & Alex.*

Lit:cont:in causâ nullitatis ſententiæ nõ requiritur. *Oldr. conſ. 12.*

Lit:cont:non requiritur in bon. poſſ. quando non ſit contradicta, aliàs ſecus: *Bal. l. pendente. C. de bon. poſſ.*

Lit:cont:nõ requiritur, niſi vtraque parte præſente. *Card. clem. 2. oppoſ. 4 de iud.*

Lit:cont:non requiritur, vbi perſona rei non eſt neceſſaria, *Bal. l fin. q. 6. C. de Ed. D. Adr. toll.*

1040. Lit: cont: requiritur ſuper actione ex teſtamento: *Bal: l. pen. §. cùm a. C. ad Trebell.*

Litis conteſtationi neque tacitè neque ex preſsè renunciari poteſt, *Franc. Aret. conſ. 109, vol. 1.* Li-

Lites debent procedere ſine ſuſpicione. *l. prætor. ff. de iuriſd. omn. iud.*

Litis pendentiæ mentio fieri debet in reſcripto ad lites. *gl. c. prudentiam. § 6. V. ob cauſam de offic. De leg.*

Litis conteſtatio fit in dominũ à perſona defenſoris cauſa cognitâ. *l. is cuius nomine. ff. de procur.*

Litis conteſtatio non prodeſt poſtea deſiſtenti. *l. Papinianus § ſi quis. ff. de Minor.*

Litis dominus debet in litem iurare, nõ alius. *Bar. l. vulgo. ff. de in lit. iur.* (*accuſ. poſſ.*

Litis & itineris expenſas ſoluit accuſator. *l. 3. C. de his qui*

Litis particeps non poteſt teſtificari ſuper eadem. *Steph. Aufrer. de teſtib. n. 75.*

Litis conteſtatio præcidit locum pœnitentiæ circa iuriſdictionem iudicis. *Coler. de proceſſi. Exec. par. 2. Cod. 3. numer. 217.*

1050. Litis pendentia poſt fori declinationem ceſſet *Card. clem. 2. vt lite pend. nihil. innou.*

Lit; cont; etiam facta per procuratorem interumpit præſcriptionem. *l. procuratorem. ff. de procur.*

Liet; cont: non facit conditionem actoris deteriorem. *Bar. l. 1. C. de iud.*

Lit; cont: in querelâ non prodeſt in petitione hereditatis. *Bal. l. ſi ex multis. C. de ann. except.*

Lit; cont; non poteſt opponi contra accuſationem. *Inn. c. ſuper his. de accuſat.*

Lit: cont; cauſat malã fidem, quoad fructus. *Bar. l. ligotor. C. de fruct. & lit, expenſ.*

Lit; cont; perpetuat actionem in annos. 40. *Bar. l. 1. Cod. de præſcript. 30. vel. 40. ann.*

Lit: cont: in actione ad exhibendum non interrumpit præſcriptionem, *Bar. l. Iulianus. ff. ad exhib.*

Lit; cont; facit fortiùs puniri rei contumaciam. *c. prout. de dol. & contum.* (*ſin. in pr.*

Lit; cont: impedit iudicis recuſationem. *Spec. de lit. cont. §.*

1060. Lit: cont: facit actionem vſurariam, quæ priùs non erat. *l. lite. ff. de vſur.*

Lit:cont:coram arbitratore facta non interrumpit prę ſcriptionem. *Io: And. add. Spec. ibid. § fin.*

Lit:cont: præcludit viam opponendi except. dilatorias. *c. inter monaſterium. de re iud.*

Lit:cont:facit tutorem & procuratorem dominos litis, vt ſubſtituere poſſint alienæ. *l. neq. C. de proc.*

Lit:cont: impedit deliberationem. *Spec. de recuſ. §. 4.*

Litis deſertio fit tam ab actore quam reo. *l. properandum. §. 4. C. eod.*

Litis incertum redimere non licet. *l. ſi contra. C. Mandati.*

Litis occaſio inter fratres vitanda. *l. cum oportet. §. 2. in fin: C. de bon. quæ liber.*

Litis procurator tranſigere nequit. *leg. tranſactionis. C. de tranſactio.*

Litis æſtimationem offerre eſt rei litigioſæ precium ſolue re. *l. ſi propter. ff. de Actio. rerum amot.*

1070. Litis commutatione alia res eſſe incipit. *leg. 3. C. de Noxal: act.*

Litis conteſtatio conſtituit aliquem in mala fide. *l. 2. C. de fructib. qui lit: expenſ.*

Litis conteſtatio efficit, vt exceptio non numer. pec. perpetuetur hæredi qui in hæredem. *l. ſi inter. Cod. de non numer. pec.*

Litis conteſt. impedit præſcriptionem futuram non præteritam. *l. motæ litis. C. de Rei Vind.*

Litis conteſt, interrumpit vſucapionem. *leg. 2. Cod. de ann. Except.*

Litis cont. contra leges pro nihilo habenda. *Auth. offeratur. C. de lit. conteſt.*

Litis cont. tollit creditori electionem. *l. liberum fuit. Cod. de fideiuſſ.*

Liti ſe offerens aduerſario ſciente non ab alio ſed à ſe decipitur. *l. nam ſi actor. ff. de Rei Vindic.*

Litem inſtituere non ſufficit, niſi quis in ea perſeueret. *leg. nam et ſi parentibus. ff. de inoffic. teſtam.*

Lit: cont: facit, quod delegatus ab inferiori à Principe poſſit alteri cauſam committere. *c. cùm Bertoldus. de re iud.*

1080. Li-

1080. Lit:cont: facit poſt cauſam admitti iuramentum & probationes. *Spec. de lit. cont. § fin.*

Lit:cont:claudit viam multis malitiis,facit reum ſubiectũ iudici,& obligatum eſſe actori. *ibid. V. pen.*

Lit;cont:impedit mutari petitionem. *Spec. de 1. & 2. decret. §. 3. V. item ſi agatur.*

Lit:cont:impedit ante recipi probationes. *Spec. de Inſt. edit. §. 5. V. ſed quid ecce.*

Lit: cont:impedit rei alienationem, qui inhiberi poteſt. *Spec. de empt. §. 6. V. ſed nunquid.*

Litis conteſtationis effectus eſt,vt bonæ & malæ fidei poſſeſſor eiuſdem iuris ſint. *l. 1. §. 1. C. de pet. her.*

Litis cont: ſcopus eſt, vt iudex ſtatum cauſæ cognoſcat, atque ita iudicet. *l. 1. C. de lib. cont.*

Litis cõteſtatione approbatur iudex. *l. apertiſſimi. C. de iud.*

Lit:cont:in breuibus & paruis non requiritur. *Spec. de lit: cont. §. pen. V. quid de breuib.*

Lit:cont: non requiritur contra non ſoluentem collectas. *Bal l. 2. C. vbi quis de Curia.*

1090. Lit:cont:requiritur in causâ liberali. *Bal. l. 1. C. de teſt.*

Lit:cont: in causâ illegitimitatis non requiritur. *Spec. de ſent. §. 6. V. ſi autem.*

Lit:cont:non requiritur,quando eſt quæſtio iuris. *Innoc. c. cùm inter de conſuet.*

Lit;cont:non requiritur in probatione famæ. *Card. clem: 1, q. 7. de off. ord.*

Lit: cont; non requiritur ſuper officio iudicis implorato pro tutore dando. *Spec. de off. om: iud: §. 2. V. porrò.*

Lit: cont: requiritur in causâ damnorum datorum & iniuriarum: *Archid. c. cùm olim. de iniur.*

Lit;cont;non requiritur in examinatione teſtium ad perpet:rei mem: *Bal. Auth. ſi quis. C, de teſtib.*

Lit: cont: fieri debet ſuper omni petitione partibus præſentibus. *c. per venerabilem: qui fil. ſint legit.*

Lit;cont:per errorem facta poteſt reuocari. *Ang l. 2. §. conuenire. ff. de iud.* {*his, qui ad Eccleſ. confug.*

Lit;cont:impeditur per except. iuſtam. *Bar. l. ſi ſeruus. C. de*

1100. Lit: cont: inualida nihil operatur. *Auth. offeratur. C. de lit: cont.*

Lit: cont: valida interrumpit præscriptionem longi temporis *l mora. ff. de præscript.*

Lit: cont: etiam coram arbitro facta perpetuat actionem, sicut coram iudice. *DD. l. cùm antea. C. de arb.*

Lit: cont: coram iudice incompetente non interrumpit præscriptionem. *c. illud. de præscript.*

Liti non videtur se obtulisse, qui discessit ante litem contestatam. *l pen ff. de dol.*

Liti se opponentes habentur loco accusatorum. *Authent. quos oportet Episcop. §. Et si quis a.*

Liti cedens non fatetur aduersarium ius habere. *Fely. cap. olim nu. 15. de Rescript.*

Liti renuncians non dicitur succumbere. *Bart. l. post legatum. ff. de his quib. vt ind.*

Litem prosequi nemo impediendus est. *Frid. Mindan. de mandat. Iudic. lib. 2. c. 29 nu. 1.*

Litem ex lite oriri iura abhorrent. *Specul. de Ex sent. lib. 2. part. 2. V. breuiter, nu. 6.*

1110. Litem mouens iniustè tenetur ad expensas. *l. omnes in fin. C. de Epis. & cler.*

Litem contestandi animus in dubio tam ex parte rei quã actoris præsumitur. *DD. c. 1. ext. de lit. contest.*

Litem esse motam non sufficit scire. *Inn. c. suborta de sent. & re Iud.*

Lite pendente impetrans dicitur innouare. *gloss. clem. 2. vt lit. pend.*

Lite non contestata contra absentem regulariter procedi nequit. *Innoc. c. veritatis ext. de dol. & contum.*

Lite non contestata in causa appellationis ad sententiam diffinitiuam peruenire potest. *leg. fin. §. illud. C. de temp. Appell.*

Lite contestata aliquid quandoque venit in iudicium. *l. 4. ff. de her. pet.*

Lite nondum contestata potest quis cedere liti. *l. si seruus communis. ff. de noxal. actio.*

Li-

Digitized by Google

Lite cepta curator dari poteſt ad litem indigentibus. *l. ſancimus. C. de adminiſt. tutor.*

Lite creſcente creſcit iuriſdictio. *l. fin. §. 2. C. de Appell.*

1120. Lite pendente alienata ipſo iure poſſunt reuocari. *Menoch. conſ. 2. nu. 290. Vol. 1.*

Lite non conteſtata ſententia ferri non debet. *l. fin. §. illud. C. de tempor. appell.*

Lite conteſtata de veritate & calumnia iurandum eſt. *l. 2. in pr. C. de iur. prop. cal. dand.*

Lite conteſtatâ currunt vſuræ: *l. lite conteſt. C. de vſur.*

Lites protelandæ non ſunt. *leg. ſancimus. Cod. de adminiſt. tutor.*

Lites terminari debent intra triennium à lite conteſtata. *l. properandum. §. 1. C. de Iudic.*

Lites breuiores & viliores ſine ſcripto decidendæ ſunt. *Nouell. 17. c. 3.*

Lites decidendæ ſecundum leges antiquas. *Nouell. 113.*

Lites dirimendæ ex legibus non abrogatis. *Nouell. 1.*

Lites Monachorum citius dirimendæ. *Nouell. 79, c. 2.*

1130. Litium compendia ſunt quærenda ergò comperendinationes ſunt fugiendæ. *l. 2. C. de Iureiur. propter cal. dand.*

Litium finis diligenter inueſtigandus. *l. cum ſeruum. C. de ſer. fugit.*

Lites execrantium voluntas non eſt vituperanda. *l. 4. §. 1, ff. de alien. iud. mut. cauſ. fact.*

Lites redimere non licet. *l. ſi contra licitum. C. mandat.*

Lites dirimendæ quandoque tortura. *l. cum ſeruum. C. de ſeru fugitiu.*

Lites non debent fieri immortales. *l. properandum in pr. C. de Iudic.*

Lites protrahendæ non ſunt ab Aduocatis. *leg. quisquis. §. apud vrbem. C. de poſtul.*

Lites potius reſtringendæ ſunt quam laxandæ. *c. nonnulli. cum a. de reſcript.*

Lites ex litibus non debent oriri. *leg. quidam. ff. ſi certum. pet.*

Digitized by Google

Litispendentiam asserens debet id probare. *Mascard. de prob. conclus. 986. nu. 1.*

1140. Lites finiuntur sententia. *Hercul. de attent. cap. 6. num. 3.*

Litium finis est transactio. *l. fratris. C. de transact.*

Litium finis prodest iurgantibus. *l. cum seruum. Cod. de ser. fug.*

Litera non valet, ex quo stylus curiæ non seruatur. *Host. c. mandatum Apostolicum de rescript.*

Literæ ad beneficia habentur loco tituli. *Socyn. cons. 120. nu. 27. Vol. 9.*

Litera videtur acceptata cum retinetur. *l. si filius. ff. ad Macedon. c. 1. ext. de procur.*

Litera repræsentat mittentis præsentiam. *Bart. l. nuda. ff. de donat.*

Litera mutatur ex mutatione calami. *Bar. leg. scripturas, qui pot. in pig. hab.*

Litera debet continere locum tamen tempus. *Specul. de script. præsent. §. 4. V. item quod non est.*

Litera illa dicitur, quæ oculis legi potest. *l. 1. §. 1. ff. de his q. a inteſt. del.*

1150. Literæ beneficiales subreptitiæ sunt ipso iure nullæ. *Innoc. & DD. in c. ad audientiam de rescript.*

Literæ ad lites impetratæ sine speciali mandato non valēt nisi impetrentur per coniunctam personam. *c. nonnulli. §. sunt & alii de rescript.*

Literæ non transferunt iurisdictionem, antequam præsententur. *Bal. Marg. V. libera. Vers. 12.*

Literas non præsentans ei, ad quem sunt directæ, sed alteri, tenetur de falso. *gl. & Bar. l. Titio. ff. ad municipal.*

Literæ commendatitiæ non habent vim mandati, nec obligant. *Bar. l. dominos. C. quod cum eo.*

Literæ facultatis per mortem illius, cui concessæ sunt non expirant. *Rot. decis. 285. in nou.*

Literæ monitoriæ obligant. *l. si filius. ff. de tutel.*

Literæ, nisi præsententur, non obligant mittentem. *leg. qui absenti. ff. de acq. poss.*

Literæ transmissæ obligant acceptantem. *leg. Publia. §. fin. ff. depos.*

Literæ male formatæ non debent exire de Cancellariâ. *Bal. l. fin. ff. de diu. rescript.*

1160. Literæ aureæ cedunt chartæ. *§. 33. Inst. de rer. diuis.*

Literæ aureæ coram quinque testibus Codicillorum vim obtinent. *l. 1. C. de codicill.*

Literæ prehensionis non tolluntur anno. *leg. 2. Cod. de off. Com. rer. priuat.*

Literæ regiæ requiruntur in reuocatoria. *l. 1. C. de reuoc. his, quæ in fraud. cred.*

Literæ syllacticæ debent esse signatæ, aliàs fidem non faciunt. *l. si qua per calumniam. §. 2. C. de Episc. & cler.*

Literas sufficiunt quandoque ad citationem rei. *l. 2. Cod. quom. & quand. iud.*

Literis approbatis statur. *leg. si procuratorem. ff. de procurat.*

Literæ possunt approbari etiam domino absente. *Bartol. l. si procuratorem. ff. de procur.*

Literæ principum faciunt fidem. *capit. fin. de rit. & honest. cleric.*

Literæ emanantes contra studium præsumuntur falsæ. *Abb. c. quam graui de crim. falsi.*

1170. Literæ officialium probant etiam sine testibus. *DD. l. si publicanus. §. de rebus. ff. de public.*

Literæ plures ad diversas Ecclesias sub eadem datâ impetratæ non valent. *DD. c. in nostra, de rescript.*

Literæ principium geminatæ, habent vim motus proprii. *Bald. l. nec damnosa. C. de precib. imper. offer.*

Literæ priores in data regulariter præualent. *c. capitolium de rescript.*

Literæ missæ soluuntur morte si mors præuenerit antequam sint acceptæ, nec obligant hæredes. *Bartol. l. Arethusa. ff. de stat. homin.*

Literæ monitoriæ, Executoriæ, tributoriæ, non tribuunt ius in rem sed officium iudicis implorant. *c. veniens de renunciat.*

Digitized by Google

Literæ probant donec contrarium probetur. *Bartol.l. non Epistolis.C.de probat.*

Literæ non probant præsumtione, possessionem in rebus corporalibus.*ibid.*

Literæ iudicis sine testibus fidem faciunt.*Abb.cap.ànobis. de testib.*

Literæ sunt signa voluntatum & consensus. *Lag. method. Iur.ciuil.par.3.c.17.nu.3.*

1180. Literæ principum non semper exequendæ sed illi referibendum. *Bald.cons.64.Vol.1.*

Literæ continentes aliquid contra consuetudinem erroneæ præsumuntur,nec illis creditur.*Bar.l.fin.C.de præst. Can.lib.10.*

Literæ solæ non dant ius nec probant. *l.nec Epistolis.Cod. de probat.*

Literarum comparationi creditur.*Coler.de proceff.Execut. part.1. c.10.ad fin.*

Literarum diuersitas in eodem Instrumento facit suspicionem falsitatis.*c.cùm olim,de priuileg.*

Literas mittens ad hostes incidit in crimen læsæ maiestatis *Bar.l.fin.ff.ad l.Iul.maiest.*

Literas priuatas falsificans tenetur de falso. *leg. Titio. ff.ad Municipal.*

Literas recipiens & non contradicens sibi præiudicat. *Schurph.cons.84. nu.9. cent.3.*

Literas non viciat falsa orthographia. *cap.ex parte.de fid. instrum.*

Literas sequens creditor negotiorum gestorum actionem habet contra dominum.*l.liberto.ff.de neg:gest.*

1190. Literas sciens potest testari, etiamsi mutus & surdus sit.*l.discretis.C.qui test.fac.poss.*

Literis contrahitur mandatum.*l.si literas.C.mand.*

Literis eruditi postulare possunt.*l.2.C.de postul.*

Literis ordinarii iudicis credendum. *capit. quoniam. de probat.*

Literis ordinarii creditur sine subscriptione testium, si de modico præiudicio agitur. *Calder.cons.3.*

Li-

Digitized by Google

Literis priuatæ perſonæ non creditur in facto alieno ſed in proprio ſic. *Spec. de proc. § 3. V. item non ſunt.*

Literis ſigillatis derogatur per duos teſtes. *Abb. cap. cum à nobis de teſtib.*

Literis antiquis credendum. *Dec. conſ 135.*

Literatus præfertur illiterato. *l. 2. C de poſtul.*

Literati homines rarò inueniuntur in agris. *leg fin. Cod. de teſtam.*

1200. Literati tantùm poſſunt eſſe Cancellarii. *l. 1. Cod. de off. quæſtor.*

Literati variis caſibus & audiendi & loquendi facultatem amittunt. *§ 3. Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſt.*

Literati cenſentur nobiles. *c. de multa. de præbend.*

Literatis facilius tribuuntur beneficia. *cap. de multa in fin. de præbend.*

Literatura & ſufficientia alicuius poteſt probari per teſtes. *Rot. deciſ. 270. in nou.*

Litigare prohibitum eſt, cum nemini expediat. *Specul. de præpar. Iud. V. fin.*

Litigans facilè repellitur ab accuſatione. *Spec. de Accuſ. V. item quod eſt ſuſpectus.*

Litigare volens cum minore, eum ad monere debet, vt curatorem petat *l. 1. C. qui pet. tut. vel cur.*

Litigandi injuſtam cauſam habere incipiens in dolo eſt. *l. ſi quis inficiatus. ff. depoſ.*

Litigando conſumitur pecunia in aliam rem repoſita. *l. ex quo pati frui. §. Et hoc quidem. C. de ædif. priu.*

1210. Litigare cum pluribus procuratoribus nemo cogitur. *Alberic. de Malat. de teſtibus part. 1. cap. 1. nu. 27.*

Litigare ſub offenſo iudice eſt periculoſum. *l. non diſtinguemus. §. cum quidam ff. de arbit.*

Litigare in iudicio eſt actio. *Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 4. num. 60.*

Litigare nemo poteſt per procuratorem in crimine publico. *Salic. l. tunc conuenerit. C. de accuſ.*

Litigare quis per ſe in iudicio tenetur maximè criminali. *l. fin. C. de procur. c. paſtoralis de Iudic.*

Litigare rem ſuam petere licit omni iure. *Col. c. nihil prodeſt de præſcript.*

Litigandi iuſtam cauſam poteſt reus prætendere, ſecus eſt in actore. *DD. l. qui alterius. ff. de reg. iur.*

Litigans non dicitur ſe offerre defenſioni rei niſi dixerit ſe poſſidere. *Bart. l. is qui ſe ff. de Rei vend.*

Litigans & liti cedens debet in expenſis condemnari. *leg. poſtquam liti. C. de pact.*

Litigans in re dubia non eſt calumniator & in expenſis nō condemnatur. *l. 5. §. 1. C. de fruct. & lit. Expenſ.*

1220. Litigans de iure non turbat poſſeſſionem. *Molyn. conſ. 10. nu. 3. & ſeqq. Vol. 1.*

Litigans extra domicilium ligatur ſtatuto loci vbi litigat. *Bald. l. cum clericis. C. de Epiſc. & cleric.*

Litigans non præſumitur diffidere de victoriâ vſque ad finem litis. *Bal. l. fin. C. de Ed. D. Ad. toll.*

Litigans per procuratorem non fit infamis, etiam in causâ famosâ. *l. furti. ff. de infam.*

Litigans cū tutore debet habere copiam tutelæ & inuentarii. *Bal. l. ſi tutor. C. in quib. cauſ. in int.*

Litigans debet ſatisdare in loco in quo agitur. *Bar. l. de die. §. iubetur. ff. qui ſat. cog.*

Litigantes patrocinii cauſa nihil iudicibus vel aliis dare debent. *Auth. principales. C. de iur. propt. cal. dand.*

Litigantes debent reſpirare die Domini à iurgiis. *l. pen. C. de Fer.*

Litigantes partes iudex cogere nequit ad faciendum compromiſſum. *gloſ. & Bar. l. fur. ff. de his qui not. infam.*

Litigantes poſſunt cogi à iudice ad pacem. *gloſ. l. ſi cuius. §. 3. ff. de vſufr.*

1230. Litigantium contentioſa inſtantia eſt compeſcenda. *leg. 1. Cod. de iur. propt. cal. dand.*

Litigantium temeritas cohercetur iureiurando & pœnâ pecuniariâ. *§. 1. Inſt. de pœn. tem. litig.*

Litigantium conſenſus modum iudici in iudicando tribuit. *l. de qua re. ff. de iudic.*

Litigantium abſentia non nocet conſultationi principis. *l. iubemus, C. de Appel.*

Li-

Litigatio facit omnes esse pares possessores. *leg. sed etsi. § si ante litem. ff. de petit. hered.*

Litigator potest eligere alium patronum pro alio. *l. properandum. §. 9. C. de iud.*

Litigator affiduus præsumitur calumniari. *capit. nullus. 1. quæst. 5.*

Litigatoris absentia suppletur Dei & Iudicis præsentia. *l. properandum. §. 4. C. de Iudic.*

Litigatore vno absente litis persecutio continuanda ad alterius præsentis petitionem. *ibid. §. 2.*

Litigatores compelluntur eligere arbitros, si iudices delegatos recusent. *l. apertissimi. C. cod.*

1240. Litigatores trahendi non sunt ad loginqua examina. *Auth. si verò. C. eod.*

Litigiosa res prohibetur alienari. *capit. Ecclesia. 3. vt lite pend. 11. q. 1. c. vlt.*

Litigiosa res potest alienari ex causa necessitatis. *l. alienationes. ff. fam. herciscæ.*

Litigiosa res non potest dedicari in sacrum. *leg. 3. ff. de litigat.*

Litigiosa res cedi potest à domino possessori eiusdem. *l. per diuersas. C. mand.*

Litigiosa res potest diuidi inter heredes. *Nou. 112. cap. 1.*

Litigiosa res potest legari. *ibid.*

Litigiosa res non fit ex speciali hypothecâ. *ibid.*

Litigiosa res minoris venit quam non litigiosa. *Coler. ibid. part. 3. c. 9. nu. 124.*

Litigiosa bona non distrahuntur. *Burs. cons. 140. nu. 19.*

1250. Litigiosa res non dicitur coram delegato antè rescripti præsentationem. *Bald. Authen. Litigiosa. Cod. de Litigios.*

Litigiosa res fit per litis contestationem. *DD. leg. 1. Cod. Com. diuid.*

Litigiosa res non fit per protestationem vel nunciationem inualidam. *Bald. l. 1. C. de Litig.*

Litigiosa res fit in actione reali per solam citationem. *ibidem.*

Litigiosæ rei precium soluens rei controuersiæ dominus fit. *l. eius rei ff. de rei. vind.*

Litigiosam rem alienator non potest reuocare. *Innoc. in c. inter dilectos de donat.*

Litigiosum diuisionis nomine potest addici. *l. 4. in fi. Cod. de litig.*

Litigiosum donari non potest. *l. 2. C. eod. tit.*

Litigiosum donationis propter nuptias causâ transferri potest. *l. 4. C. eod.*

Litigiosum dotis nomine transferri potest. *ibid.*

1260. Litigiosum fit litis contestatione. *l. 2. C. eod.*

Litigiosum non fit denunciatione simplici extraiudiciali. *l. 1. C. eod. tit.*

Litigiosum hereditatis aditione acquiri potest. *leg. 4. Cod. eod. tit.*

Litigiosum debitum potest in compensationem deduci. *Bartol. in l. in compensationem. ff. de compens.*

Litigiosum transactionis causâ transferri potest. *ib. in fin.*

Litigiosi pœna non cuitatur ratione consanguinitatis. *Spec. de Litigios.*

Litigiosi vitium non impedit alienationem necessariam & bonorum confiscationem. *Alex. l. 1. ff. de Litigio.*

Litigiosi vitium afficit ignorantem. *l. fin. C. eod.*

Litigiosi vitium purgatur transactione facta super re, non super instantia. *Bart. l. 1. C. de præscrip. long. temp.*

Litigiosi vitium non officit libertati. *leg. 3. Cod. de ingen. manumiss.*

1270. Litigiosi vitium non habet locum in actionibus personalibus. *Auth. Litigiosa. C. de Litig. vbi Bald.*

L o.

Locare ad longum tempus non potest alienare prohibitus. *l. codicill.*

Locare seruitutem nemo potest. *l. locare. ff. locati.*

Locare quilibet rem potest suam cui voluerit. *D D. l. ne cui C. de loc. & conduct.*

Locans operas suas per iter periculosum sibi imputet. *Spec. de ind. § 3. V. illud a.*

Lo-

Locans domum vsurario punitur. *Clem.1.§.1.de vsur.*

Locari res prohibita & conduci prohiberi dicetur. *gloss. leg. cetera.§ hoc senatus ff.de legat.2.*

Locatio non potest fieri pro vno nummo, *Nicas.verdu.§. locatio.nu.8.instit.de locat.*

Locatio constituit precium respectu fructuum sicut venditio respectu rei. *Socyn.cons.156.Vol.2.*

Locatio præsumitur ex solutione pensionis annuæ. *Castr. cons.99.*

10. Locatio ad centum annos non dicitur alienatio. *gl.l. codicillis.§ instituto ff.de leg.2.*

Locatio potest fieri alteri, quando heres conductoris non reperitur. *Bar.l.si vno.ff.locat.*

Locatio simplex dicitur translatio. *Alex.l.alienationis.ff. de V.signif.*

Locatio sine expressione pensionis non valet. *leg.2.ff.loc. Cast.cons.315.ad fin.*

Locationis successor recipiendo pensionem rei locatæ contractum locationis ratificare videtur. *Roter. decis.233.*

Locatio indistincta reprehenditur. *gloss.l.fin.ff.ad l.Rhod. de iact.*

Locatio seruitutis realis non valet, sed personalis sic. *Bar.l. locare.ff.locat.*

Locatio iuris exigendi pedagii valet, *ibid.*

Locatio pro quinquennio intelligitur continuo. *Bald.l.si cum Hermes.C.de loc.*

Locatio videtur facta pro pensione solitâ. *gl.& Bar.l.excepto.C.eod.*

20. Locatio dicitur propriè, quando venduntur in herbâ fructus. *Bal.l.2.C.de contrab.empt.*

Locatio incorporalium habetur pro cessione. *l.debitor.ff. de act.empt.*

Locatio contra bonos mores vel rei turpis non parit actionem. *Bal.l.si fideiussor.C.mand.*

Locatio ad beneplacitum intelligitur perpetua. *l.iurisperitos.vbi Bar.ff.de excus.tut.*

Locatio fructuum Ecclesiæ valet. *c. vestra. de loc.*

Locatio fundi comprehendit etiam necessaria instrumenta. *l. sed addes. §. illud. ff. locat.*

Locatio propriè dicitur, quæ nummis constat. *l. si vrbana. ff. de cond. indeb.*

Locatio ad locum tempus transfert vtile dominiũ. *Boer. decis. 234. nu. 2.*

Locatio redditur nulla destructa re locata. *Bal. l. licet. C. de locat. & cond.*

Locatio nudo & tacito consensu conualescit. *l. qui ad certum ff. locat.*

30. Locatio contrahi potest à conductore. *l. nemo prohibetur. C. de loc. & cond.*

Locatio potest contrahi à dominis. *l. ne cui liceat. C. eod.*

Locatio potest contrahi à fructuario. *l. 3. C. eod.*

Locatio potest contrahi à tutore. *l. emptorem. C. eod.*

Locatio operarum non nocet statui. *l. si vestram. C. de ingen. manumiss.*

Locatio est contractus bonæ fidei. *l. 2. C. de locat.*

Locatio facit dominiũ rei necessariò ad locatorem spectare. *l. qui rem propriam. C. eod.*

Locatio probare nequit ingenuitatem vel seruitutem. *l. ad probationem. C. de lib. caus.*

Locatio finitur finito tempore contractûs. *leg. 3. §. 6. ff. de iur. fisci.*

Locatio non mutat dominium. *l. non solet. ff. locat.*

40. Locatio finitur morte conductoris. *l. viam veritatis. C. de loc. & cond.*

Locatio defuncti obligat heredem. *ibid.*

Locatio fructuarii à proprietario tenenda non est. *l. emptorem. C. eod.*

Locatio mariti non est præcisè tenenda ab vxore *ibidem.*

Locatio in scriptis inita non præsumitur continuata tacito consensu. *l. legem. C. eod.*

Locatio tutoris à minore tenenda. *leg. emtorem. Cod. eod. tit.*

Lo-

Locatio nulla est sine pretio. *Spec. de caus. poss: & proprietat.* §.4.

Locare operas suas licitum est Aduocato & iurisperito. *Spec. de salar.* §. *3. in pr.*

Locatio impeditur, etiam prohibendo conductoribus. *Bart. l. 1.* §. *1. ff. ne vis fiat ei.*

Locatio omnium prædiorum mariti non comprehendit dotalia, nisi facta sit ad modicum tempus. *DD. l. si constante.* §. *si maritus. ff. sol. mat.*

30. Locatio vltra nouennium est alienatio. *Mart. Laud. cons. 16. nu. 1.*

Locationis & conductionis fideiussor datus intelligitur tantum de vice prima, qua conducitur & locatur. *l. item quaritur. ff. locat.*

Locationis contractus non debet claudicare. *Nou. 64. cap. 1.*

Locatione non alienatur dominium. *ibid.*

Locatione finitâ res alii locari potest, nisi aliter sit pactum. *l. ne cui liceat. C. de loc. & cond.*

Locator petere mercedem non potest, si alii operas suas locauit. *l. sed addes. ff. locat.*

Locator casum fortuitum accidentem in rebus coloni præstare non tenetur; *l. damnum. C. de locat.*

Locator casum non præstat, sed culpam. *l. 1. C. eod.*

Locator custodiam stipulatam præstare debet. *leg. 4. Cod. eod. tit.*

Locator potest discedere à conuentis propter casus inopinatos. *l. 3. C. eod.*

60. Locator effracturam latronum non præstat. *l. 1. C. eod.*

Locator fidem fallere non debet, mercede acceptâ. *l. si hi, qui. C. eod.*

Locator interitum rei præstat, si extra casum vel vim maiorem accidat. *l. 1. C. eod.*

Locator mercedem pro rata temporis remittere debet, si necessitate compulsus conductorem expellat. *leg. 3. C. eod.*

Locator debet remittere pensionem propter locustarum edacem perniciem. *l. excepto. C. eod.*

Locator restituere tenetur non inducta vel illata, si aliter ad munus eius peruenerunt. *l. si non inducta. C. in quib. caus. pig. vel hyp.* (*ibidem.*

Locator retinere nequit bona conductoris pro pensione.

Locator potest reuocare pignus tacitum, alienatum à colonis vel inquilinis. *l. 1. C. de precar.*

Locator tenetur custodiam præstare effractorum horreorum. *l. 4. C. de loc. & cond.*

Locator non tenetur de effractis horreis. *ibid.*

70. Locator damnum inferens colono propter inimicitias, ei tenetur. *l. damnum. C. eod.*

Locator demoliens aliquid, vt commodius ædificet tenetur conductori ad interesse. *l. 3. C. eod.*

Locator interesse præstans locationem ante tempus reuocare potest. *l. Emtorem. C. eod.*

Locator iurans conductorem expulsum non iri, debet factum & patientiam præstare. *ibid.*

Locator prædii vrbani illata & inuecta etiam ignorans habet obligata. *l. certi iuris. C. eod.*

Locator totorum bonorum non tenetur de custodia, quã debet horrearius. *ibid.*

Locator non tenetur de casu fortuito vel violento. *Bal. l. 1. C. de loc.*

Locator tenetur reficere domum dirutam, non cõductor. *DD. l. ex conducto. ff. loc.*

Locator debet defendere conductorem à violentiâ facti. *Bal. l. si filio §. fin ff. sol. mat.*

Locator tenetur ad interesse conductori impedito vti re conductâ. *Bar. l. si tibi: ff. locat:*

80. Locator cogitur præcisè stare locationi. *Abb. c. fin. ne prælat. vi fu.*

Locatos non potest fine iustâ causâ conductorem expellere de domo *DD. l. si filio. ff. sol. mat.*

Locator & conductor ad imparia non iudicantur. *Bart. decis. 249. nu. 9.*

Locator potest expellere conductorem si re conductâ opus habet. *l. idem. C. de locat. & cond.*

Lo-

Locator non potest obscurare domum locatam. *Cepoll. de seruit. vrb. prad. cautel 62.*

Locatoris voluntati standum est, quandò erratum est in mercedis quantitate. *l. si decem. ff. locat.*

Locator potest propriâ autoritate expellere ductorem, qui non facit, quod debet. *Spec. de feud. §. 3. V. 18.*

Locator operarum non tenetur de culpâ leuissimâ: *Bar. l. quod Nerua ff. depos.*

Locator præsumitur dominus rei. *Bald: leg non ab re. Cod. vnde vi.*

Locata res vendi potest. *l. emptorem: C. de loc. & cond.*

90. Locatam domum potest conductor dimittere ob superuenientem pestem. *c. propter. de locat.*

Locatarum rerum duo sunt genera vt aut idem reddatur, aut eiusdem generis. *l. in nauem. ff. locat.*

Locatum omne debet esse suo loco proportionatum. *l. Titia. §. fin. ff. de aur. & arg. leg.*

Locati conducti actio non tollitur remissione pensionis. *l. si tibi habitationem. ff. locati.*

Locus iudicii debet esse securus. *gl. c. cùm toto ex. de sponsi.*

Locus pius non dicitur Hospitale. *Bald. Authent: Hoc ius porrectum. C. eod.*

Locus restringit dispositionem generalem. *c. vt animarum de const. in 6.*

Locus nō nobilitat hominem sed homo locum. *l. cum neq. C. de imol. lib. 10.*

Locus non sanctificat hominem sed homo locum. *cap. fin. dist. 40.*

Locus instrumenti vel contractus non est de substantiâ, sed de solennitate instrumenti. *Alex. leg. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de op. nou. nunc.*

100. Locus præsumitur appositus in Instrumento propter continuationem causæ. *Bal. cons. 208. Vol. 1.*

Locus in instrumentis poni debet. *Cyn. l. optimam; 4. q. C. de cont. & committ. stip.*

Locus publicus non dicitur, licet per eum publicè eatur. *Bar. l. 1. §. summa. ff. de his qui effud.*

Locus debet inſpici, in quo eſt pars principalior. *Bar. l. cùm in diuerſis. ff. de relig. & ſumpt. fun.*

Locus omnis regulariter eſt immunis & liberà pedagiis. *Bal. l. pen 3. col. C. de cond. inſert.*

Locus publicus vendi nequit. *Bart. l. ſed Celſus. ff. de contrah. empt.*

Locus pius non debet alienare ſtabilia bona. *Ang. Auth. de non alien. §. vt a. col. 2.*

Locus conſtituitur ad voluntatem. *gloſſ. l. locus. ff. de Verb. ſignif.*

Locus facit memoriam. *Bertach. repert. Vol. 3. lit. Locus. fol. 60. col. 1.*

Locus pœnitentiæ non eſt in contractibus nominatis. *leg. ſicut. ff. de act. & oblig.*

110. Locus eſt gratificationi ſeu prælationi in dubiis & paribus. *l. vlt. ff. de relig. & ſumpt. fun.*

Locus coniecturis non relinquitur in expreſſis. *l. continuus. § cum ita. ff. de Verb. Obl.*

Locus etiam pro indiuiſo, poteſt poſſideri. *l. locus. ff. de acq. poſſeſſ.*

Locus contractus conſideratur. *l. ſi fundi, ff. de Euict.*

Locus certus eſt, qui pro indiuiſo poſſidet. *ibid.*

Locus debet eſſe veritati etiam contra verba inſtrumenti. *Tib. Decian. conſ. 32. nu. 62. Vol. 3.*

Locus originis præfertur loco domicilii. *Idem conſ. 71. n. 11. & 18. Vol 2.*

Locus non tutus dicitur propter propriam inimicitiam. *c. cum R. de off. deleg.*

Locus non tutus eſt vitandus. *l. recuſare. ff. ad SC. Trebell.*

Locus debet eſſe tutus iudici & executori, ſic vt citatio. *Card. clem. 1. de iud.*

120. Locus iuramenti, non depoſitionis, debet poni in libello contra falſum teſtem. *Bal. l. 2. C. de SS. Eccl.*

Loci opportunitas facit quem trahi ad aliam prouinciam. *Spec. de compet. iud. §. 1. V. 13.*

Locus deſtinatæ ſolutionis dicitur locus ipſius contractus. *Rip. c. 1. nu. 62. ext. de iud.*

Lo-

Locus seruiens potest refici per eum, cui seruitus debetur. *l. refectionis. ff. Com. prad.*

Locus testamenti inspicitur. *Nic. de Neap. l. Titius. §. ratione. ff. de excus. tut.*

Locus securus partibus assignandus. *cap. accepimus. de fid. instrum.*

Locus probandus est ab eo, qui se fundat in loco. *Pacian. de probat. lib. 2. cap. 25. num. 99.*

Locus dubius in accusatione viciat. *Bart. leg. quoties. ff. de Verb. Obl.*

Locus insignis dicitur, in quo est copia Meritorum. *Spec. de Citat. §. 1. V. item quod ad locum.*

Locus loci est exprimendus. *Anchar. conf. 419. nu. 5.*

130. Loci frequentatio videtur animū præmeditatum arguere. *Blanc. l. vlt. nu. 70. & 72. ff. de quæst.*

Loci consuetudo, vbi negotium geritur, subintrat contractum. *Coler. de proces. exec. part. 2. lib. 1. nu. 70.*

Loci varietas non impedit constitutionem. *Bar. l. eum qui Ephes. ff. de const. pec.*

Loco alterius quod ponitur, debet eius naturam imitari. *Spec. de off. om. iud. §. 7. V. vlt.*

Loco eo factus videtur actus, in quem eius confertur effectus. *l. contraxisse. ff. de act. & oblig.*

Loco aliquo fuisse non dicitur, qui fuit ibi ad tempus *Spec. de inst. edit. §. 12. V. quid si.*

Loco patris habendus est compater. *Franc. Curt. de test. num. 63.*

Loco proprietatis est cautio. *Gail. lib. 2. obs. 116. nu. 2.*

Loco institutionis habetur diuisio. *ibid. obs. 116. nu. 7.*

Locus inferior certis de causis seruit superiori, nisi aliud cautum sit. *l. 2. ff. de aqua pluu. arc.*

140. Locus vendendi vel emendi non mutat causam actionis. *l. 4 ff. instit. act.*

Locus ædium sacrarum iis etiam dirutis sacer manet. *§. 8. inst. de rer. diuis.*

Locus destinatus ad vsum alicuius loci, eius conditionem sequitur. *l. 4. C. de Relig. & sumpt. funer.*

Locus destinatus ad vsum alterius loci pertinet ad illum ad quem ille locus pertinet. *ibid.*

Locus insolitus & secretus reddit sententiam nullam. *leg. cum sententiam. C. de sent. & interlo.*

Locus palatii incommodari non debet priuatis ædificiis. *l. quicumque. C. de oper. publ.*

Locus priuatus muro cingi potest. *l. per prouincias. Cod. de ædif. priuat.*

Locus religiosus pro fano proximus non est religiosus. *l. 4. C. de Relig. & sumpt. funer.*

Locus publicus fit etiam iudicis dispositione. *l. acceptum. C. de vsur.*

Locus appellatione tecti venit. *l. fin. C. de his quib. vt ind.*

150. Locus potest vsu capi. *l. pen. C. Fin. regund.*

Loci differentia esse non potest etiamsi sit qualitatis. *leg. si prædium. C. de præ. & alreb. minor.*

Locum alienum quis nō debet occupare sine licentiâ eius, cuius est. *gl. l. fin. C. de off. mag.*

Locum tenens potest ea omnia, quæ potest is, cuius locū tenet. *Idem cons. 23. nu. 66. vol. 1.*

Locum non habet pœnitentia in contractu transactionis. *Alex. l. quamuis. C. de transact.*

Locum præscribens videtur præscribere omnia iura loci. *l. si alienam. §. ita igitur. ff. de vsucap.*

Locum inter hæredes habet Euictio. *ibid. obs. 14. nu. 6.*

Locum obtinet degradatio in grauioribus criminibus *Gail de pace. pub. lib. 1. C. 1. nu. 26.*

Locum esse non tutum notorie sufficit. *gl. & Card. clem. 2. §. notorium. de reiud.*

Locum tenens potest terminare etiam causas criminales. *Cast. l. 2. ff. de off. eius cui mand. iur.*

160. Locum tenens absentis vel mortui dicitur ordinarius, non delegatus. *Bar. l. noc quicquam. §. vbi decretum. ff. de off. proconf.*

Locum tenens potest dare tutores. *Bar. leg. 1. ff. de tut. & cur.*

Locum tenens potest deportare. *Bar. l. 1. ff. de leg. 3.*

Lo-

Locum tenens non potest vti etiam voluntaria iurisdictione inter non subditos. *Bald. leg. 1. ff. de iur. aur. annul.*

Locum tenens non est tantùm honorandus, quantùm principalis. *Alex. l sed hæc ff. de in ius voc.*

Loca indefinitè prolata vniuersaliter prolata intelliguntur. *Abb. cons. 114. nu. 4. vol. 2.*

Loca publica sunt sacra. *l. sacra. ff. de rer diuis.*

Loca religiosorum dicuntur, quicquid includitur intra sæpta eorum. *Card. clem. 2. §. ab olim. de sepult. 2. q.*

Loca exempta sunt in diocesi, non de diocesi. *Card. clem. 2. §. 1. in fi. de priuil.*

Loca pia non dicuntur scholæ. *Bald. leg. illud. Cod. de sacros. Eccles.*

170. Loca vnita iisdem regulantur legibus. *Menoch. consil. 252. num. 9.*

Locorum vicinitas minus temporis spacium exigit quam distantia. *capit. cupientes. de Elect. lib. 6.*

Locorum dignitas non attenditur. *capit. nos qui. dist. 40.*

Locorum varietas varietatem facti in ducit. *Socy. cons. 35. num. 20. vol. 4.*

Locupletari dicitur is, qui liberatur à debito. *l. 1. §. an in pupillum. ff. depos.*

Locupletari nemo debet cum alterius iacturâ. *c. locupletari de reg. iur. lib. 6.*

Locupletatur, qui non fit pauper. *leg. in pupillo. ff. de solut.*

Locuples habetur fideiussor in coniunctis personis. *l. 3. ff. in ius voc. vt caut.*

Locupletes habere subditos interest reipublicæ. *Nouell. 8. §. 1.*

Locuples est, qui satis & idonee habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit. *l. quos nec hostes. ff. de V. signif.*

249. Locuples factus dicitur etiam qui nō est factus pauperior. *l. in pupillo. ff. de solut.*

Locu-

Locuples notoriè non debet satisdare: *Auth: cui relictum. C. de iud. vid. toll.*

Locupletior dicitur factus, quando res est apud ipsum. *leg. depositi. in pr. ff. de pecul.*

Locupletior factus dicitur, etiam qui cum alienâ pecuniâ quæsiuit sibi dignitatem. *Bal. & Ang. l. si proprius C. de don int. vir. & vx.*

Locupletior dicitur, qui ex nouâ causâ acquiritur. § *admonendi. Inst. quib. alien. non lic.*

Locupletior factus præsumitur possessor. *Ang. l. illud prædo ff. de pet. her.*

Locupletior quis sit nec ne æstimatur à tempore rei iudicandæ. *l. 1 §. 1. C. de petit. hered.*

Locupletior etiam factus pupillus tenetur. *leg. 3. & 4. ff. quando ex fact. tut.*

Locupletior statim fieri quis non intelligitur, etiamsi quid ei profuerit. *leg. si proprius. Cod. de Don. inter. vir. & vxor.*

Locupletior non est factus, qui liberum acquisierit. *l. nemo prædo. ff. de reg. iur.*

190. Locupletes nos dici antequam acquisierimus præposterum est. *l. præcia rerum ff. ad Falcid.*

Locutio incautè protrahit in errorem. *Spec. de except. §. 4. V. item nota.*

Locutio generalis non comprehendit impossibilia de iure. *Corn. cons. 251. vol. 2.*

Locutio indefinita extenditur ad futura. *l. fin, C. quæ res pig. oblig. e. quia de priuil.*

Locutio pluralis non acquiescit singulari. *l. libertas. §. fin. ff. de man. testam.*

Locutio imperfecta plus nocet quam silentium *glos. Clem. constitutionem de Elect. Car. cons. 33.* (*ff. de leg. 2.*

Locutio generalis restringitur per specificata. *l. legatorum.*

Loco originis nō potest renunciari. *l. assumptio ff. ad Muni-*

Longa dilatio nō debet esse damnosa. *l. 1. ff. de iud.* (*cip.*

Longa est morum industriæ à meritorum differentia. *l. inter. ff. de solut.*

Lo-

200. Longa & indubitata possessio nulli debet auferri. *Theoph. Inst. lib. 2. tit. 6. §. & hoc quidem.*

Longa possessio ius sepulchri non tribuit ei, cui iure non competit. *l. longa. ff. de mort. infer.*

Longa patientia purgat metum. *Paris. cons. 10. n. 60. V. 1.*

Longè opprobriosior est luxuries in munere quam in viro. *Spec. de act. V. sed vtrum masculo.*

Longè grauius est æternam, quàm temporalem lædere maiestatem. *c. vergitis. de hæret.*

Longè commodius est possidere, quàm à possidente petere. *l. is qui destinauit. ff. de rei vend.*

Longè fauorabilior est causa dotis, quàm alimentorum. *Gail. lib. 2. obs. 95. nu. 15.*

Longæua consuetudo cedit rationi. *leg. 2. Cod. quæsit long. consuet.*

Longinquitas regionis facit, vt iudex appellationis remittat litigantes in suam regionem, ad delegatum aliquem. *l. cùm post sententiam. C. de app.*

Longum & diuturnum differunt inter se. *Bellam. decis. 63. num. 3.*

Longum tempus dicitur decennium. *Nam. c. 2. §. 2. de præs. dist. 1. nu. 5.*

Longum tempus dicitur decennium. *Bal. l. quacumq. Cod. de bon. qua lib.*

Longi temporis præscriptiones minoribus non currunt, sed longissimi: *l. sancimus. C. in quib. caus.*

Longi temporis possessio non dominium, sed præscriptionis exceptionem inducit. *l. 2. C. si quis ignor.*

Longi temporis præstatio inducit obligationem. *l. cùm de in rem verso. ff. de vsur.*

Longo tempore vsucapiens est dominus *leg. si finita. ff. de dam. infect.* (non dom.

Longo silentio perdimus ius nostrũ. *Bel. l. fi. C. de his qui à*

Longius quod est vel minus, in stipulationib obseruatur. *l. si ita stipulatus. ff. de V. O.*

Longissima vita hominis est centum annorum. *l. fin. C. de SS. Eccl.*

Lon-

Longissima cõsuetudo æquipollet vetitati. *gl. l. 1. Cod. de seruit. & acq.*

Longissima consuetudo inducit priuilegium: *l. quisquis. C. de Episc. & cler.*

220. Longissima possessio tribuit ius in re. *leg. 1. §. fin. ff. si ager. vectig.*

Longissimum tempus habetur loco tituli. *l. 1. §. fin. ff. de aq. pluu. arc.*

Loquacitas est parum vtilis multumque tædiosa. *Bald. cons. 155. nu. 1. Vol. 2.*

Loquacitas multum nocet. *l fin. C. de dot. promiss.*

Loquacitas comquinat suum autorem. *Specul. de Aduoc. §. 1. Vers. item quod nimium est.*

Loquacitas nimia solet ob esse. *Bald. leg. fin. Cod. de dot. promis.*

Loquela loquentem manifestat. *Anch. cons. 187. nu. 10.*

Loquens taxatiuè creditor, sibi præiudicat. *Pacian. de prob. lib. 1. cap. 26. nu. 22.*

Loquens alternatiuè dicitur indeterminatè loqui. *Phil. Franc. c. mandato nu. 3. de præb, lib. 6.*

230. Loquens conditionaliter nihil ponit, *Rip. cons. 7, numer. 5.*

Loquens indistinctè reprehenditur. *leg. fin. ff. ad leg. Rhod. de iact.*

Loquentis persona non intelligitur in generali sermone. *l. inquisitio. C. de solut.*

Loquentis persona non continetur in generali sermone. *c. non licet. 23. q. 5.*

Loquentis persona & ad quem dirigitur oratio, maximè inspicitur. *l. Aurelius. ff. de lit. leg.*

Loquentis personam continet sermo generalis. *l. Paulus. ff. de pignor.*

Loquendi vsus communis obseruandus. *leg. liberorum. §. quod tamen. ff. de leg. 3.*

Loquendi vsus communis proprio significatui derogat. *c. ex nostris. de sponsul. l. Labeo. ff. de supel. leg.*

Loquere vt te videam & cognoscam, *Grauet. cons. 294. n. 7.*

Lo-

Loqui nemo potest, nisi prius sermonem audierit. *l. discretis in fin. C. qui testam. fac. poss.* (*bium. C. de leg.*

249. Loqui sine lege est contra legem loqui. *Iaf. l. non du-*

Loqui cum bānito non dicitur qui mittit ad eum nunciū. *Bertach. repert. part. 3. fol. 63. col. 2.*

Loqui dicitur qui loquitur cum intelligente. *Alex. l. 1. col. 5. ff. de verb. obl.*

Loricæ vendi non possunt hostibus populi Romani. *l. 2. C. quæ res Export no debent.*

L v.

Lucis & veritatis ingressus est erroris exclusio. *Decian. cons. 5. nu. 3. vol. 3.*

Lucem odit malè agens. *c. consuluit de off. deleg.*

Lucerna & speculum rerum agendarum est conscientia. *idem lib. 5. tit. 14. nu. 20.*

Lucrās ex dolo alterius tenetur in subsidium. *l. fin. ff. de eo per quem fact.*

Lucrari quis non debet ob suum facinus. *leg. itaque. ff. de dol. mal.*

Lucrari est proprium mercatorum. *Anchar. consil. 238. num. 3.*

Lucrari quis non debet ex proprio dolo vel quasi. *l. 1. ff. de eo per quem fact.*

Lucrari dicitur etiam, qui illud acquirit quod est quasi debitum. *Bart. l. si emancipatu. C. de iur. & fact. ignor.*

Lucrari aliud est quam non perdere. *ibid.*

10. Lucrari aliud est quam pœnam euadere. *ibid.*

Lucratur satis qui contentatur. *l. pen. ff. de cond. ob caus.*

Lucrativa causa cum non lucrativa concurrit. *Bart. l. iubemus. §. si fundum. ff. de act. empt.*

Lucrativæ duæ causæ in vnam eandemque personam & de eadem re concurrere nequeunt. *l. quoties ff. de solu.*

Lucrativa causa facit actum iterari, qui alias simpliciter indefinitè procederet. *Alex. l. diuortio. §. ob donationes ff. sol. matri* (*est. l. 1. §. 4. C. de cad. toll.*

Lucrum amplexus repudiato onere annexo audiendus nō

Lucrum facere ex tutelâ nemo potest. *l. qui negotiotionem. ff. de admin. tut.*

Lu-

Lucrum facere ſperans in damnum incidere non debet. *l. fin. §. 4. C. de iur. delib.*

Lucrum gratis accipiens gratis dare debet. *Nou. 8. c. 11.*

Lucrum ſentire de alieno, bonæ fidei contrarium eſt. *l. illicitas. ff. de off. præſid.*

20. Lucrum ſperare ex delictis impium eſt. *leg. fin. Cod. de reb. cred.*

Lucrum quis ex ſuo delicto facere non debet. *l. hæreditaria. ff. de neg. geſt.*

Lucrum affectans non refugiat onus. *l. vnic. §. pro ſecundo. C. de cad. tol.*

Lucrum aſſumit ſibi naturam ipſam, quam habet capitale. *Corſet. ſingul. V. Lucrum in pr.*

Lucrum acquiſitum ex pecunia patris imputatur in legitimam. *gloſ. l. cum oportet. C. de bon. quæ lib.*

Lucrum ſociorum non poteſt diuidi tempore durantis ſocietatis vt nec ſors aut capitale. *Bart. l. fin. C. de fructib. vrb. conſtant. lib. 11.*

Lucrum ex pecunia habetur loco fructuum. *Iac. Mandell. conſ. 40. nu. 8.*

Lucrum ibi eſt, vbi onus eſt. *l. ſi is. ff. commod.*

Lucrum ex pecunia dicitur Profectitium. *D. D. l. cùm oportet. C. de bon. quæ lib.*

Lucrum filii in dubio præſumitur procedere à patris ſubſtantia. *Socii. conſ. 162. vol. 2.*

Lucrum aſſeſſoris dicitur quaſi caſtrenſe peculium. *Bart. l. velut C. de aſſeſſorib.*

30. Lucrum ceſſans, cùm fiebat iacturâ alterius, non dicitur intereſſe. *Bar. & Alex. l. ſi is. ff. de furt.*

Lucrum quo quis priuatur, quæritur ei, cuius contemplatione priuatur. *l. ſi legatarius. C. de legat.*

Lucrum etiam dicitur quod peruenit ex delicto. *Bald. l. 1. C. ſi quod in fraud. patr.*

Lucrum ſpectat ad eum ad quem ſpectat & onus. *gloſ. l. ſi is qui. §. 1. ff. commod.*

Lucrum debet eſſe ſine dolo. *gl. l. ſi negocia. ff. de neg. geſt.*

Lucrum præſumitur licitum in dubio. *Bal. l. cum oportet. C. de bon. quæ liber.*

Lu-

Lucrum qui sentit ex persona vnius, non debet eius personam perhorrescere. *Specul. de test. §. 1.*

Lucrum qui certat deterioris est conditionis, quam qui de damno vitando laborat. *Specul. de confess. §. 3.*

Lucrum qui respuit potest & onus respuere. *Specul. de feud. §. 2. V. 8.*

Lucrum aliud est quam sumtus quos quis esset facturus. *Specul. de vsur. ad fin.*

40. Lucrum dicitur deducta impensa & labore personę & æstimatione laboris personæ. *l. illud. C. de coll.*

Lucrum turpe est, si quis emit rem ad reuendendum pluris, necessitate non vrgente. *c. quemcunque. 14. quæ. 4.*

Lucrum ex actione pœnali venit appellatione interesse. *Alex. l. 3. ff. qui satisdare cog.*

Lucrum ex actione acquiritur domino. *l. 3. C. per quas person. nob. acq.*

Lucrum aduentitium minus est fauorabile quam repetitio. *l. fin. §. sin verò. C. de iur. delib.*

Lucrum alterius in alienum transferri non debet. *l. 3. C. per quas pers. nob. acquir.*

Lucrum cessans est id quod interest. *l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod int.*

Lucrum donationis propter nuptias cedit marito. *l. fin. §. 1. C. de rei vxor. act.*

Lucrum inæquale ad æquale deducitur. *l. lege Leonis. C. de pact. conuent.*

Lucrum nuptiale totum redit ad liberos prioris matrimonii, si mater transeat ad secundas nuptias. *l. 3. in pr. C. de secundis nupt.*

50. Lucrum non cognoscitur, nisi detrahatur capitale. *Decian. cons. 60. nu. 26. Vol. 2.*

Lucrum radicatum cessans dicitur damnum. *Alex. leg. si is cui. §. eius rei ff. de furt.*

Lucrum non capere non est idem quod damnum inferre. *ibidem.*

Lucrum non reddere non est idem quod tibi tua non auferre. *ibid.*

Lucrum merum est in vltimis voluntat. *Specul. de leg. §. 8. Vers. sed nunquid.*

Lucrum non captanti, sed damnum vitanti tacitè subuenitur, si cecidit in ignorantiam iuris. *Specul. de Aduocat. §. 9.*

Lucrum amittere & damnum pati non est par ratio. *Corn. conf. 197. Vol. 3.*

Lucrum est voluntatem implere. *gloss. l. penult. ff. de Cond. ob caus.*

Lucrum pro quota parte potest quis pacisci in societate. *gloss. l. si non fuerit. §. final. ff. pro socio.*

Lucrum illicitum venit in restitutione. *Bald. l. venditor. §. solet. ff. de act. vel hared. vend.*

Lucrum illud omne censetur quod vltra sortem supersit. *Socyn. conf. 255. Vol. 2.*

60. Lucrum quod per damnum non minuitur ex pacto fieri nequit. *ibid.*

Lucrum dotis per virum non dicitur esse in hereditate mulieris præmortuæ. *Bald. l. si pro hareditariis. Cod. de hared. act.*

Lucrum dotis potest remitti per maritum legando vxori dotem. *l. 1. ff. de dot. præleg.*

Lucrum dotis perdit vir non vindicando mortem occisæ vxoris. *Bart. l. sequens. §. fin. ff. ad Syllan.*

Lucrum dotis non perdit vir transeundo ad secundas vota. *l. fin. C. de bon. mater.*

Lucrum dotis debetur etiam hereditate non adita. *Bart. l. generaliter. §. is autem. C. de secundis nupt.*

Lucrum mercatorum dicitur aduentitium. *Bart. leg. cum oportet in pr. C. de bon. quæ liber.*

Lucrum est commune inter socios, quorum vnus ponit pecuniam alter operam. *Bal. Auth: ex testam. C. de coll.*

Lucrum ex opera & industria propria dicitur aduentitium. *Bart. l. illud. C. eod.*

Lucrum cum damno compensatur in contractu emptionis. *l. si duorum. ff. de act. empt.*

70. Lucrum captans non est deceptus. *Bet. Neig. quæst. iur. ciu. & Saxon. 33. n. 112. Vol. 1.*

Lu-

Lucrum quod labore speratur, habetur pro re incerta, super quam non cadit obligatio. *c. si quis 11. q. 1.*

Lucrum est illud quod ex honestis causis initium suscipit. *l. quod autem pro socio.*

Lucrum ex præscriptione dicitur improbum. *Raph. Cum. cons. 159. nu. 4.*

Lucrum in fraude non est. *leg. ait prætor. ff. quæ in fraud. credit.*

Lucrum esse non potest, nisi omni damno deducto. *l. Lucius. ff. pro soc.*

Lucrum pecuniarium non est præferendum honestæ vindictæ. *l. miles §. 3. ff. ad l. Iul. de adult.*

Lucrum triste patri est hereditas filii. *leg. fin. Cod. Com. de succes.*

Lucrum ab Aduocato negligendum. *l. quisquis igitur. C. de postul.*

Lucrum consideratur in non acquisitis. *l. quicquid. C. arbit. tut.*

80. Lucrum habet adiunctum grauamen. *l. fin. §. 4. Cod. de legit. hered.*

Lucrum postponitur concordiæ maritali. *l. reprehendenda. C. de inst & substit.*

Lucrum quo redit, eò onera tutelæ redire debent. *l. nè lucrum quidem: C. de cur. fur.*

Lucrum sequitur onus annexum. *l. 1. §. 4. C. de cad. toll.*

Lucrum vbi est, ibi periculum collocatur. *leg. fin. §. 3. Cod. de furt.*

Lucri causâ nihil debet fieri contra leges. *l. comparationes. C. de fid. instr.*

Lucri definitio in societate facit definiri damnum. *§. 3. Inst. de Societ.*

Lucri ratio non habetur in præstatione eius, quod interest. *l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod int.*

Lucri ratio in arbitratis habenda est. *leg. 3 §. fin. ff. quod cert. loc.*

Lucri cessantis ratio non habetur, quando lucrum est extrinsecum. *l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod inter.*

90. Lucri & onerum defuncti successor est heres. *leg. cum heres. ff. de diuers. temp. præscript.*

Lucri cupidi censentur omnes. *Mantic. de coniect. vlt. Vol. lib. 11. tit. 17. nu. 9.*

Lucri appellatione non venit propriè lucrum dotis. *DD. l. si donaturus. §. 1. ff. de cond. ob caus.*

Lucri species est ex alieno largiri, & beneficii debitorem sibi acquirere. *l. qui eâ mente. ff. de furt.*

Lucri sui causa contrahit quilibet. *leg. actionum. ff. de act. & obl.*

Lucri spes promittitur in contractibus. *Goden. cons. 40. num. 10.*

Lucri futuri spem perdens non dicitur damnum pati. *leg. proculus. ff. de dam. inf.*

Lucri ratio quod honestè & licitè percipi potest, habenda est. *c. per vestras ext. de don. int. vir. & vx.*

Lucri cessantis interesse potest peti etiam iure canonico. *Abb. c. cum venerabilis de Except.*

Lucri remissio dicitur donatio. *Dec. cons. 102. nu. 5.*

100. Lucro præferenda concordia. *l. reprehendenda. C. de inst. & subst.*

Lucro potius videtur fauendum quam repetitioni. *l. 2. in pr. ff. de donat. int. vir. & vx.*

Lucra dotis & donationis debent esse æqualia. *Auth. æqualitas. C. de pact. conu.*

Lucra nuptialia alienari vel consumi possunt, si non eatur ad secunda vota. *l. generaliter. C. de sec. nupt.*

Lucra nuptialia alienari nequeunt. *l. 4. C. de bon. quæ lib.*

Lucra nuptialia auferri non debent liberis innocuis. *l. cùm apertissimè. C. de sec. nupt.*

Lucra nuptialia possunt auferri liberis ingratis. *ib.*

Lucra nuptialia patri non acquiruntur, quoad proprietatem, sed quoad vsumfructum. *l. 1. C. de bon. quæ lib.*

Lucra nuptialia transferuntur ad nepotes mortuis filiis. *l. 5. C. eod.*

Lucra turpia bonus Imperator non admit. *Nouell. 28. cap. 4. §. 2.*

110. Lucra personalia communicantur inter socios inter quos simpliciter est contracta societas. *Bart. leg. cotri. ff. pro socio.*

Lucra nuptialia per filium familias vel filiam quæruntur patri in vsufructu tantùm. *Bald. l. 1. C. de bon. quæ lib.*

Lucra non semper sunt vniformia sed variantur. *l. ideoque. ff. de eo qui cert. loc.*

Lucra turpia improbantur à legibus. *c. quicunque. 4. q. 4.*

Lucra turpia ab heredibus quoque sunt extorquenda. *l. in heredem. ff. de calum.*

Lucrorum pluralitas in eadem persona euitanda est. *Natt. cons. 100. nu. 8.*

Lucratiuæ duæ possunt concurrere in diuersis rebus. *l. non quocumq. ff. de leg. 1.*

Lucrosa causa in debitis soluendis non præfertur onerosæ. *l. fin. § 5. C. de iur. delib.*

Lucrosa causa multum secernitur ab onerosa. *l. si quis legatum. § fin. ff. ad l. cornel. de falsi.*

Ludere est lata culpa. *Bal. Auth. ex testamento. C. de coll.*

120. Ludens maiorem summam in lusu licito, quàm legibus est permissum, non tenetur soluere, & solutum repetit. *l. 1. in fi. C. de aleat.*

Ludens ad lapides, si occidat quem, non tenetur de sicariis. *Ang. c. cùm venerabilis. de consuet.*

Ludens pecuniam patris sui potest repetere. *Bald. l. fin. ff. de aleat.*

Ludens falsis taxillis tenetur falso. *l. falsus. ff. de furt.*

Ludens præsumitur dilapidare bona. *Bald. Auth. quod locum. in fi. ff. de collat.* (*pro empt.*

Ludens secum ludenti potest mutuari. *gloss. leg. si quis. ff.*

Ludicra verba pro seriis non habentur. *l. vlt. ff. de testam.*

Ludimagistri habent iurisdictionem in scholares. *Bart. l. omnes. nu. 12. ff. de iust. & iur.*

Ludus pilæ & pugnæ permissus. *l. 2. § fin. ff. de aleat.*

Ludus sortis & fortunæ permissus. *l. fin. C. Com. de leg.*

130. Ludus patris turpis nocet filio. *Bal. l. 1. C. de his quæ in fraud. patr.*

Ludus non dicitur, ex quo crimen oritur, *l. nam ludus. ff. ad l. Aquil.*

Ludus introductus causa virtutis exercendæ prohibitus non est. *l. 2. & 3. ff. de aleat.*

Ludus noxius est in culpâ. *l nam ludus ff. ad l. Aquil.*

Ludus tabularum est prohibitus. §. *inter dicimus. Auth. de sanctiss. Episcop. coll. 9.*

Ludus perniciosus non debet esse impunitus. *leg. in furti. ff. de furt.*

Ludus in se regulariter & prohibitus. *Pet. Sant: de assecur. part. 7. num: 30.*

Ludus vbi de consuetudine toleratur, non tenetur quis ad pecuniæ restitutionem: *lo: Petrus. l. 1. C. de aleat. Satern. ibid. nu. 24.*

Ludo dictum non debet ad iniuriam reputari. *Spec. de iniur. §. 1. Vers. vnde actio.*

Luere se debet redemptus ab hostibus priusquàm effici potest miles. *l. qui status. ff. de re mil.*

140. Luens pignus alienum non fit dominus. *Bal. l. res. C. de pignor.*

Lues tempestatis facit diminui pensionem. *l. licet. C. de loc. & cond.*

Lugere maritum quandoque fœmina non tenetur. *l. liberorum. ff. de his qui not. inf.*

Lumen rationis facile ab extra potest corrumpi. *Benkendorf. de reg. iur. part. 4. memb. 4. nu. 320.*

Lumen auferri non debet vicino ædificando vltra veterem formam. *l. pen. §. 1. C. de ædif. priu.*

Lumen vberius vicinus à vicino exigere non debet. *l. 1. C. de seruit.*

Lumen est, videre cælum per aërem. *Bar. l. eum debere. ff. de seru. vrb. prad.*

Lumen de loco publico veniens non debet obscurari. *Spec. de caus. poss. & propr. §. 1. V. si a.*

Lumine maiore obfuscatur minus. *c. vn. de conc. Eccl.*

Lupus mordet carnes alienas, suas lambit. *Afflict. cap. 1. §. contra omnes. nu 6. Alnar. ib. nu. 4.*

150. Lu-

150. Lupus si fiat pastor, furti tenetur. *leg. si seruum. Cod de furt.* (*nu* 3.
Lusor à collusore potest repetere solutum. *Viu. concl.* 100.
Luxuria non debet esse melioris cõditionis quam castitas. *Bertrand. cons.* 33. *nu.* 7. *Vol.* 2.
Luxuriam facit nimia vini perceptio, non nutura. *l. luxuriam,* 35. *dist.*
Luxuria est lata culpa. *l. si fortuito. ff. de incend.*
Luxuria contra naturam prohibita est. *Nou.* 77.
Luxuria immoderata non est sequenda. *leg. ex damni, ff. de dam. infect.*
Luxuriosæ mulieri interdicitur bonis. *leg. & mulier. ff. de cur. fur.*

M A.

Maceriem in confinio faciens debet pedem relinquere. *leg. fin. ff. fin reg.*
Machinatio nulla legi damno esse debet. *leg.* 2, §. 5 *C. de iur. propt. cal. dand.*
Machinatio fit arte verborum. *l.* 1. *C. de plus pet.*
Machinatio & dolus euitari debet, quantum potest fieri. *Menoch. cons.* 121. *nu* 5.
Maculatus honor denigrat nobilitatem. *Decian. cons.* 5. *nu.* 21. *Vol.* 2.
Magica ars est prohibita. *l.* 4. *C. de Malef. & mathem.*
Magister prohibita docens punitur. *l fin. C. eod.*
Magister in disciplina seruum vulnerans occidens vel eluscans tenetur. *Aquil. l sed etsi. ff. ad l. Aquil.*
Magister militum delegari non potest ab incompetente iudice. *l.* 2. *C. si non à compet. Iudic.*
10. Magister militum donat sine insinuatione. *leg. si quis pro redemtione. C. de donat.*
Magister militum est iudex militis accusati. *l.* 1. *C. de exhibend. & transmit. reis.*
Magister militum habet iurisdictionem inter milites. *leg. pen. C. de iurisd. omn. iud.*
Magister militum potestatem non habet in prouinciales. *l.* 1. *C. de off. mag. mili.*

Magiſter nauis cuius conditionis ſit nihil refert. *l.1. §.4 ff. de Exercit.act.*

Magiſter ordinem militiæ vel ſtipendia præuertere non debet. *l.2. C.de offic.mag.milit.*

Magiſter militum habet poteſtatem in milites ciuiliter & criminaliter reos *l.2. C.de off.quæſt.*

Magiſter militum teſtari poteſt priuilegio militari. *l.Scriniarios. C.de teſt.milit.*

Maior poteſt impunè corrigere & verberare diſcipulos ſuos. *c.nullus.17.q.4.*

Magiſter habet plus iuris in correctione ſcholaris, quàm pater in filium. *gl.c. circumcelliones.23.q.5*

Magiſter præſumitur percuſſiſſe diſcipulum diſciplinæ gratiâ, *Bar.conſ.incip.Vilis teſtib.*

20. Magiſter ſcholæ non confert lucrum ſuum fratribus nec libros. *Nic.Matarell.l.ſi donatione. C.de collat.*

Magiſter quis non debet eſſe antequàm diſcipulus. *gl. cap. officii. de Elect.*

Magiſter debet eſſe doctior diſcipulo. *c.relatum.26.diſt.*

Magiſter nauis contrahens tenetur. *Caſt.conſ.47.*

Magiſter non obligatur ex facto diſcipuli ſui, niſi ex talibus conſueuerit negotiari. *Bal.rub.C.de conſt.pec.*

Magiſter poteſt caſtigare modicè. *gloſſ.l.ſed ſicuti.§.1.ff.de vſufruct.*

Magiſtri officium renumerandum eſt præmio & mercede. *l.cum plures.§.tutor.ff.de adim.*

Magiſtri doctrina debet eſſe humilis. *cap.humilis de mai. & obed.*

Magiſtri ſui opinionem debet diſcipulus defendere. *Ioan. And.c.cùm beatiſſimus.vbi gl.24.q.1.*

Magiſtro debetur reuerentia. *Spec.de actor.V.ſed nunquid.*

30. Magiſter creditur de ſuo diſcipulo. *Spec.de probat.§.3.*

Magiſtris pro dignitate natalium merces præſtatur. *l.quaro.ff.de iur.dot.*

Magiſtratibus permiſſum eſt defendere ſuam iuriſdictionem pœnali iudicio. *Spec.de ſent.§.2.V.ſed nunquid.*

Magiſtralia nomina ſunt pertinacibus relinquenda. *Rubr. ff.ſol.matr.*

Ma-

Magistratus est legum interpres & custos. *Pacian. de brobat lib. 2. c. 44. nu. 61.*

Magistratus nulli debet iniuriam facere. *l. nec magistratibus. ff. de iniur.*

Magistratus potest iubere & iudicare. *l. Eum qui in pr. ff. de iurisd. omn. iud.*

Magistratus quod facit, non permittitur singulis. *l. Nan est singulis: ff. de R. I.*

Magistratus dare potest arbitrum. *leg. 2. Cod. de sent & interloc.*

Magistratus debet idoneè cauere pupillis. *leg. 2. Cod. de Magist. conuen.*

40. Magistratus communium rerum vtilitatem procurare debet. *l. communium. C. de nat. lib.*

Magistratus consentire videtur qui scit & non prohibet. *l. 3. C. de ædif. priu.*

Magistratus constitutiones principum omnibus publicare debet. *l. 1. §. fin. C. de ead. toll.*

Magistratus compescere debet certo fœdere dissentientes. *l. cum furiosus. § 3. C. de curat. furios.*

Magistratus curare debet res ludicras. *l. 3. C. de aleat.*

Magistratus diuidere potest tutelam. *l. 2. C. de diu. tut.*

Magistratus est lex loquens & viua in terris. *Auth. de consul. in pr.*

Magistratus publicus in iudiciis causarum matrimonialium debet esse seuerus. *Beust. de matrim. Cod. 34. alleg. Phil. Melauth.*

Magistratus minister Dei. *const Frider. Habita. Cod. Ne filius pro patre.*

Magistratus debet plebi vicem parentis exhibere. *l. 4. C. de fens. ciuit.*

50. Magistratus pati non debet, vt subiecti suo imperio inquietentur. *l. fin. §. fin. C. de iur. delib.*

Magistratus pœnarum augmentis delectari non debet. *leg. fin. in prin. C. de Episco. & cler.*

Magistratus debet arcere è tali sam religionem quantum potest. *l. fin. §. 2. C. de iud. & calicol.*

Magistratus tutorē dare nequit ei qui suæ iurisdictioni nō est suppositus. *l. neque à præside. C qui tutores dar. poss.*

Magistratus tutores dare debet in loco domicilii, originis vel facultatum pupilli. *l. 1. C. vbi pet. tut.*

Magistratus non est eligendus precio vel ambitione, at probatæ vitæ cum iuramento solenni. *l. fin. Cod. ad leg. Iuliam repet.*

Magistratus debet fauere tā nouis quàm veteribus ciuib. *l. 3 in fin. C de natur. lib.*

Magistratus nouum opus non debet inchoare, antequam inchoarum absoluerit. *l fin. C. de oper. public.*

Magistratus debet iurare antequam ipsi administratio committatur. *l. fin. C. ad l iuliam repet.*

Magistratus infert iustum metum. *leg. 1. Cod. si quacumq. præd.*

60. Magistratus vilescit cum obscuris hominibus defertur. *Nouel. 15. in præf.*

Magistratus mandato parendū est. *l. 1. C. vbi pupill. Educ.*

Magistratus dignitatem suam tueri debet. *l. 1. ff. de post.*

Magistratus debet prouinciam malis hominibus purgare. *l. præses. ff. de off. præs.*

Magistratus venit non ex scriptâ lege, sed ex iurisdictione. *Wesenb. parat. lib ff. 21. tit. 1. nu 2. ad fin.*

Magistratus præsumitur scire cōsuetudinem ditionis suæ. *l. 2. C. quæ sit long. consuet.*

Magistratus debet esse amator æqualitatis & iustitiæ. *Auth. ne mul. §. prospeximus.*

Magistratus qui præest ciuitati non habet merum imperium. §. *ius iurandum. Auth. de defens. ciuit. gl.*

Magistratus non gerit frustrà gladium; *l. cogruit. ff. de off. præsid. C. non frustra. 13. q. 5.*

Magistratus ostendit virum. *Pacian. de probat. lib. 2. c. 44. num. 52.*

70. Magistratus debet sequi virtutes, persequi vitia. *l. 1. §. 5. C. de off. præf. prat.*

Magistratus minor modicam habet castigationem. *l. magistratibus. ff. de iurisd.*

Ma-

Magistratus reipublicæ non absunt. *ibid.*

Magistratus inferior non impedit superiorem. *l.1.C. de off. præf. vrb.*

Magistratus Municipalis potest conficere acta. *l.2. Cod. de magist. municip.*

Magistratus maior accusari non potest durante officio, nisi in eo delinquat. *l.4.C. ad l.iul. repet.*

Magistratus est à Deo. *Nouel.78. in præf.*

Magistratus cauere debet ne seditiones excitentur, sed vt quies publica conseruetur. *Nouel.17. c.2.*

Magistratus eo honeratior est, quo titulum habeat dignior em. *Nouel.28.c.4.§.1.*

Magistratus gratis creatus, gratuitas manus præstare debet erga Deum, imperatorem & legem. *Nouel.1. 7.c.1.*

80. *Magistratus* honorandus à subditis. *Nouel.8.c.10.*

Magistratus maior restituit ea, quæ à minore gesta sunt. *Nouel. 123. c. 1.*

Magistratus regionum ciuilis non vilescit præ militari. *Nouel.102. in præfat.*

Magistratus sine suffragii datione creari debet. *Nouel. 8. capit. 1.*

Magistratus creatus sub tacita cõditione, vt iudicet secundum leges. *Nouel. 26. c.5.*

Magistratus officium est dirimere lites. *l.quidam. ff. si certum petatur.* (*vnde vi.*

Magistratus executio non habet iniuriam. *l. fin. Cod. in pr.*

Magistratui in illicitis non possumus obtemperare. *l.totiens.§.3. ff. de pollicit.*

Magistratui non obediens non caret dolo. *Spec. de Citat. §. 3. V. sed quid si tres.*

Magistratui nõ permittitur, quando pœna certa est, aliam prohibitã statuere. *Ang. Cast. Iaf. leg. si quis mihi. §.1. ff. de acq. her.*

90. *Magistratum* gerere peregrini nequeunt *l.2. C. de off. prætor.*

Magistratũ contemnere repugnat naturali, *Nauoch. de arb. iud. quæst. cansas. 194. nn. 36.*

Magi-

Magiſtratum habens & percutiens non debet repercuti. *Luc. de Penna. l. 2. col. 1. de ſert.*

Magiſtratu durante quis procurator eſſe nequit. *Spec. de procur. §. 2. V. item quod eſt in magiſtratu.*

Magiſtratus municipales incidenter cognoſcunt de cauſis meri Imperii. *Alex. l. 2. ff. eod.*

Magiſtratus poſſunt conueniri ex contractu, etiam finito officio. *Ang. & DD. l. in honorariis ff. de act. & obl.*

Magiſtratus minores non cognoſcunt de cauſis magnis. *Spec. de iud. del. §. fin. V. item quod teſtis.*

Magiſtratus inutiles remouendi. *leg. 3. Cod. de offic pref. prætor.*

Magiſtratus municipales dicuntur priores Ciuitatum. *gl. l. item magiſtri. ff. de pact.*

Magiſtratus ſunt perſonales, & ad heredes non tranſeunt. *Bal. l. 2. §. ſed et ſi. C. Com. de leg.*

100. Magiſtratuum laus nomini ſuo reſpondere debet. *l. defenſores. C. defenſ. ciuit.*

Magiſtratuum officium eſt indiuiduum. *l. Imperator. ff. ad municipal.*

Magiſtratuum periculum eſt communne. *ibid.*

Magiſtratuum numero nō ſunt Papa & Imperator. *Alex. Rubr. ff. de iur. omn. iud.*

Magiſtratibus idoneæ appellationes tribuendæ. *Nouel. 13. in præf.*

Magnanimitas probatur ex magnitudine ædificorū. *Bar. l. in his in fi. C. de præd. natt. lib.*

Magnitudo ſupplicii magnitudinem delicti arguit. *Pet. Roiz. de caſ. Lituan 3. nu. 341.*

Magnitudo conſideratur in dote. *Auth. quod de coll.*

Magnitudo criminis deſignāda eſt in inſcriptione. *l. pen. C. de acc & inſcript.*

Magnitudini agrorum præfertur bonitas. *Coler. de proceſſ. Executi part. 3. c. 9. nu. 125.*

110. Magis ex conſequentia primi facti videor facere, quā rarum habere. *31. q. 1. c. 1. l. deniq. §. ſcio. ff. de minor.*

Magis animaduertitur ad id, quod ſpecialiter iniungitur, quam

quàm ad id, quod generaliter interpretatur. *Alex. conſ. Vol. 1.* (*diſt.*

Magis eſt conſideranda veritas, quàm opinio. *c. veritate, 8.*

Magis ſunt filii ad paterna obſequia prouocandi meritis quàm pactionib. ad ſtringendi. *l. ſi quando. Cod. de inoff. teſtam.*

Magis ei fauendum, qui certat de damno euitando, quàm ei, qui certat de lucro captando. *l. fin. §. etſi priuatam. C. de iur. de lib.*

Magis inſpiciendus ſenſus quam ſcriptura. *leg. 3. de lib. præterit.*

Magis naſcimur patriæ quam patri. *l. poſtliminium; §. filius. ff. de cap. & poſtlim. reuerſ.*

Magis cuius intereſt, ad eũ magis causa pertinere dicitur. *l. principaliter. C. de lib. cauſ.*

Magis eſt rei perſecutionem, quàm pœnam continere. *leg. fin. ff ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.*

Magis excuſat actus neceſſarius, quàm volũtarius. *l. qui in Iſulam. in fi. ff. locat.*

120. Magis laudantur, qui ſpe præmiorũ, quàm qui metu pœnarum ducuntur. *c. cùm ergo. 2. C. q. 3.*

Magis creditur deponentibus pro non delicto, quàm probantibus delictum. *Capoll. conſ. crim. col. 2.*

Magis eſt verum, cuius contrarium eſt abſurdum. *Gædd. l. 1. nu 41. ff. de V ſignif.*

Magis peccat non ſeruans iuramentum, quàm non ſeruans fidem. *But. c. querelam. de iureiur.*

Magis peccat deferens iuramentum, ei, quem credit deieraturum, periurans. *gl. c. ille homo. 2. q. 5.*

Magis creditur ſenibus quam iuuenibus. *glo. ſ. 3. l. cum quid. ff ſi certum pet.*

Magis debet attendi certum quam incertum. *l. qui ideó ff. de cond. inſt.*

Magis attendendi ſunt actus proximi, quàm remoti. *l. 3. §. exemplis ff. de acq. poſſ.*

Magis eſt credendum duob. quàm vni dubitatiuè loquenti. *Cevhal. conſ. 353. nu. 73.*

Ma-

Magis dilectus excludit substitutum. *Id.cons.166.n.6.*

130. Magis res quam verba inspicienda. *l.promittendo.ff.de iur.dot.*

Magis idoneè quid agens præferendus est. *l.in reficiendo. ff.de damn.infect.*

Magis nocet, qui crimen cælat, quam qui amicabiliter indicat. *s.q.s.c.non vos iudicetis.*

Magis priuilegiata causa derogat minùs priuilegiatæ. *l.1. C.de priuil.l.verum.ff.de minor.*

Magis inspicitur natum quàm accidens. *l.qui habet in pr. ff. de tutel.*

Magis negant duo abnutiua. *l.1.ff.Com:diuid.*

Magis fauetur agnationi, quàm cognationi. *l.fratres.C.de inoff. test.*

Magis dignum trahit ad se minùs dignum. *Iaſ. l.Imperium.nu:3.ff.de iur.omn.iud.*

Magis punitur seruus, quàm liber ex eodem delicto. *l.Pedius.ff. de iniur.*

Magis statur dictis vnius affirmatis, quàm plurib:negantis. *l.diem præferre.ff.de arb.*

140. Magis creditur testibus deponentibus in facto proprio quam non deponentibus de facto proprio. *Socyn. cons.20.col.2.vol.2.*

Magis creditur vniuersaliter deponentibus quàm indefinitè. *Abb.& DD. c.auditis de testib.*

Magis verisimile tollit minus verisimile. *Bal.l.fin.2.oppos. C.de hered.inst.*

Magis & minus diuersas species non constituunt. *l.fin.ff.de fundo instr.*

Magis est imperii quam iurisdictionis iubere cauere & in possessione mittere. *l.iubere.ff.de iuris.om.iud.*

Magis pati quàm agere videntur coacti. *l.1.§. is autem.ff. si famil.furt.fac.dicat.*

Magis eeceſſarius est amicus quàm ignis & aqua. *Gail. de pac.publ.lib.2.c.10.nu.28.*

Magnus est cæsar, sed maior veritas & ratio. *Bald.l. Aemylius. ff. de minor.*

Ma-

Magnum non eſt præiudicium in morâ modici temporis, *l.ſi debitori.ff. de iud.*

Magna negligentia eſt culpa. *l.magna.ff.de verb.ſignif.*

150. *Magna* culpa dolus eſt. *ibid.*

Magna cauſa dicitur quæ excedit centum aureos. *Bald.l.2. col.3.C.de Pedan. Iud.*

Magna ſemper exquiruntur. *c.in ſancta.2.q.7.*

Magna habetur ratio conſanguinitatis. *l.vel ſi ſanguine.ff. de manumiſſ.*

Magnæ cauſæ magnos requirunt iudices. *Gail. libr.1.obſ. 32. nu.5.*

Magnæ cauſæ attendi debent ſecundùm qualitatem perſonarum. *l.ſed ſi ſuſceperit. §.1.ff.de iud.*

Magus in comitatu imperiali eſſe non debet. *l.etſi excepta. C.de maleſ.& mathem.*

Magus elementa turbare non veretur? *l.multi.C.eod.*

Magus naturæ peregrinus eſt. *l. multi. C. eod.tit.*

Magus eſt hoſtis communis ſalutis. *l.fin. C.eod.* (*eod.*

160. *Magus* vitam innocentium labefacere ſolet. *l.etſi.C.*

Magus dignitate præditus poteſt torqueri. *ibid.*

Magos conſulens punitur. *l.nemo.C.de maleſ.& math.*

Magnatum rogamina habentur loco. *Bar.l.1.ff quod iuſſu. gl.clem.1.V.exhortamur.de teſtib.*

Magnatum verba inferunt iuſtum metum. *Bald.l.qui in alienа.§.Celſus.nu.2 ff.de acq.her.*

Maieſtas principis ſi lædatur committitur crimen læſæ maieſtatis. *Card.clem.2.q.5.& 8.de re iud.*

Maieſtas humana triplex. *Socy conſ.22.Vol.1.*

Maieſtas læſa vindicanda omnibus iudicibus. *leg.1.Cod.de priu.arc.inhibend.*

Maieſtas principis læditur ab eo qui nomen ſuum operi publico inſcribi facit. *l.ſi qui iudices.C.de oper.publ.*

Maieſtatis accuſator torqueri poteſt, ſi aliis manifeſtis probationibus non poteſt docere. *l.3 C.ad l.Iul.maieſt.*

170. *Maieſtatis* crimen committens repellitur ab agendo. *Specul.de actore Verſ.item quod commiſit.*

Maieſtatis crimen eſt extrahere de Eccleſia confugientem. *l.2.C.de Epiſc. audient.*

Ma-

Maiestatis crimen non potest committi per non subditū. *Card. & gloss. Clem. 2. §. rursus. de re iud.*

Maiestatis crimen non committitur contra tyrannum nō habentem legitimum & naturalem dominum. *Card. ibidem.*

Laiestatis criminis reus non potest testari. *Spec. de inst. editio. §. 12. V. 14.*

Maiestatis reus non potest adire hereditatem. *Soc. cons. 22. col. 2. in fin. vol. 1.*

Maiestatis solutionem excipiens reus non liberat debitorem. *l. maiestatis. §. 1. C. ad l. iulian maiest.*

Maiestatis reus suos heredes non habet. *Auth. bona. Cod. de bon: dam.*

Maiestatis reus tenetur post mortem. *l. maiestatis. C. ad leg. iulian. maiest.*

Maiestatis reus est, qui violat asylum. *idem decis. 5. numer. 124.*

180. Maiestatis æternæ offensio grauior quam temporalis *Auth. Gazaros in pri. C. de haret. & Manich.*

Maiestatis crimen committitur in consiliarios viros illustres principis. *leg. Quisquis in pr. Cod. ad leg. iul. maiest.*

Maiestatis crimen committitur in duces exercituū principis. *ibidem.*

Maiestatis crimen committitur in militantes principis. *ibidem.*

Maiestatis crimen committitur in senatores principis. *ibidem.*

Maiestatis crimen inchoari potest post mortem. *leg. fin. Cod eod.*

Maiestatis crimen sacrilegio proximum est. *leg. 1. ff. id leg. iul. mai.*

Maiestatis reus alienare nequit. *l. quisquis. §. 4. Cod. eod. tit.*

Maiestatis reus donare nequit. *ibid.*

Maiestatis reus dotem dare nequit. *ib.*

190. Maiestatis reus emancipare non potest. *ibid.*

Ma-

Maiestatis reus sepeliri non debet. *l. obnoxios. C. de Relig.*
Maiestate Imperiali nihil sanctius. *l. fin. in pr. C. de LL.*
Maior est pœna stare in carcere, quàm laborare in agro. *Franc. c. super eo. nu. 3. de appell.*
Maior de domo accipitur pro primo genito. *Fr. Mant. de coniect. v't. Vol. lib. 8. tit. 10. nu. 1.*
Maior restituitur aduersus contractum sui procuratoris. *Bar. & Bal. l. 3. ex quib. caus. maior.*
Maior censetur, qui iurat. *Bald. l. si prædium. num. 5. Cod. de iur. dot.* (*reiud.*
Maior causa impedit contumaciam. *l. contumacia. §. 2. ff. de*
Maior pars prævalet. *l. antepen. ff. de adm. tut.*
Maior iudex cogit minorem, non maiorem vel parem. *Bar. l. 3. ff. de recept. arb.*
200. Maior adolescente cogitur iurare. *Alex. l. videamus. ff. de in lit. iur.*
Maior ætas præsumitur. *Bal. l. 1. C. si quis ignorem.*
Maior reputatur, qui præest minoribus. *gl. cap. statutum de rescript. lib. 6.*
Maior pars communiter dicit veritatem. *gloss. cap. in canonicis dist. 19.*
Maior pœna infertur seruo & minor libero. *l. capitalium. §. fin. ff. de pœn.*
Maior potest corrigere minorem propinquum. *l. si filius. C. de pat. potest.*
Maior. 16. annorum non tenetur ad onera personalia. *Bar. l. fin. C. qui ætat. lib. 10.*
Maior succedens minori vtitur iure maioris. *Bal. l. cùm antiquiorib. C. de iur. delib.*
Maior est fauor liberorum, quàm piæ causæ. *Mar. Soc. cons. 389. nu. 76. lib. 3.*
Maior est pœna omnium bonorum, quàm mortis. *l. certo. C. de iure fisc. lib. 10.*
210. Maior pars sufficit. *gl. l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur.*
Maior pœna est inter homines esse, & hominum carere suffragiis, quàm ab his penitus separari. *l. hi qui sanctam C. de Apost.*

Maior potestas DEVS. *c. quiresistit. 11. q. 3.*

Maior præfertur minori. *l. 1. C. qui accus. non poss.*

Maior castitas in fœminis, quam in masculis exigitur. *gloss. l palam. §. qua in adulterio. ff. de rit. nupt.*

Maior succedens maiori idem tempus habet quod defunctus. *l. ea qua. § 2. C. de temp. in int. rest.*

Maior natu ille dicitur, qui maior est ætate. *Socyn. cons. 252. Vol. 2. Alex. cons. 123. Vol. 4.*

Maior causa præiudicat minori. *Spec. de incid. quæst. V. quid vidimus. & V. porrò.*

Maior potest se submittere iurisdictioni minoris vel paris. *Bar. l. & est receptum. ff. de iur. om. iud.*

Maior subiiciens se minori, fit minor. *Abb. c. cùm inferior. eod. tit.*

220. Maior iurans per vim vel metum sibi non præiudicat. *Auth. Sacramenta C. si aduer. vendit.*

Maior enormiter læsus in contractibus stricti iuris restituitur officio iudicis. *l. 3. C. quib. ex caus. maior.*

Maior ratum habens, quod in minore ætate gestum est, postea restitui nequit. *l. 2. C. Mai. fact alien.*

Maior succedens minori, habet annum vtilem restitutionis. *l. 2. C. de temp. in integ. restit.*

Maior viginti quinque annis donare potest. *l. si antè matrimonium. C. de don. ant. nupt.*

Maior pars creditorum non æstimatur ex numero, sed ex quantitate debiti. *l. fin. C. qui bon. ceder. poss.*

Maior summa adoptatur minori, vt æqualitas fiat. *l. pen. C. de pact. conu.*

Maior 25 annis in curâ esse desinit. *Nouell. 117. c. 1. §. 1.*

Maior anima [illegible] bonorum ratio habenda. *l. sancimus. C. de SS. Eccles.*

Maior quæstio trahit ad se minorem. *leg. per minorem. ff. de iudic.*

230. Maior pars non datur in duobus sed pluribus. *Burs. c. Sus. 324. nu. 21.*

Maior immiscens se bonis paternis non excusatur patris inopia. *l. si te bonis. C. de iur. delib.*

Ma-

Maior infante per se matris hereditatem acquirit. *l.1. C.ad SC.Tertull.*

Maior pars collegii, capituli, vel vniuersitatis quicquid facit, valet in rebus ipsorum. *l.quod maior.ff.ad municip.*

Maior est fauor liberandi quam obligandi. *leg. Arrianus, ff.de act.*

Maior est dignitas in sexu virili. *l.1.ff. de Senator.*

Maior summa continet in se minorem, *leg. stipulatio, ff. de V.O.*

Maior similitudo tollit minorem. *Bald.l.siue possidetis. C. de probat.*

Maior debet cedere minori, dum est in domo minoris. *Decian.cons.67.nu.12. Vol.2.*

Maior à minore iudicari non debet. *capit. in sancta. 2. quæst.7.*

240. Maior est causa famæ quam vitæ. *Schurpf.cons.87.n. 4. cent.1.*

Maior pars societatis dissolutæ non potest vti sigillo societatis. *Bal.rub. C.pro Soc.*

Maior pars populi non potest tollere, quod facit concorditer totus populus. *Inn.c.cùm omnes.de constit.*

Maior pars Vniuersitatis non potest facere aliquid iuri cõtrarium. *Inn.c.humilis.de maior.& obed.*

Maior pars non potest præiudicare non consentientibus actui maioris partis. *Flor.l.2.ff.de seruit.*

Maior pars non potest facere aliquid, si minor pars est discretior. *c.quia propter.de Elect.*

Maior pars cùm præualet minori, debent omnes simul cõuocari ad actum. *Abb.c.venerabilem.de Elect.*

Maior pars licet sufficiat, tamen omnes vocandi sunt. *l.2. C.de decur. lib.10.*

Maior pars cùm facit, omnes facere videntur. *l.quod maior. ff.ad municip.*

Maior iuuari non debet ex restitutione minoris correi. *l.2. C.si vn.ex plurib.appell.*

250. Maior continuò habetur, qui Senatoriam dignitatẽ adeptus est, *l.2.§.2.C.de his qui Ven.at.impet.*

Maior non restituitur in renunciatione maternæ hereditatis. *l.2.C.de iur.& fact.ignor.*

Maior pignoris conuentionem soluere potest nudo pacto. *l.maior.C.de pig.& hyp.*

Maior prouocare potest ad diuisionem communis rei cum minore. *l.pen.C.de prad.& al.reb.*

Maior ratam habere potest alienationem factam à se minore siue decreto. *l.1.C.si mai.fact.alien.*

Maior repudiare potest, nec restituitur. *l.fin.C.de repud.vel abstin.her.*

Maior reuocare nequit, quod iam præscriptum est. *l.2.C.si mai.fact.alien.*

Maior absens reip. causâ intra quadriennium restituitur. *l. fin.in pr.C.de temp.in int.rest.*

Maior dolo deceptus iuuatur. *l.2.C.de act.emp.& vend.*

Maioris partus consensus repræsentat vniuersitatem integram. *Nouell.120.c.6.§.2.*

260. Maior est, cui honor debetur. *Abb.cap.1.de maiore & obed.*

Maioris autoritatis est iusiurandum, quàm res iudicata. *l. 2.ff.de iureiur.*

Maioris iussus excusat. *leg. quod Principis. ff. de aqu. pluu. arc.*

Maioris causæ cognitioni non præiudicat minor causa. *Spec.de app.§.11.V.sed eum.*

Maioris appellatione venit maior.25.annis. *gl.c. in præsentia.de probat.*

Maiori parti standum est. *L.duo ex tribus.ff.de re iud.c.1.ex. de arb.*

Maiore parte anni quæ in fundo sunt ibi adhuc esse videntur. *l.filiusfamilias. ff.ad l.Faltid.*

Maiore parte anni possedisse dicitur, qui duobus mensibus possedit. *l.maiore.ff.de V.signif.*

Maiore reatu delinquit, qui potiori honore fruitur. *c.nulli. 24. q.1.*

Maiores litigantes de statu suo non restituuntur. *l.is autem.ff.eod.*

Ma-

270. Maiores milites domi existentes non restituuntur. *l. ab hostibus. §. 2. ff. eod.*
Maiores negligentes non restituuntur. *l. sed etsi. ff. eod.*
Maiores procuratorem habentes non restituuntur. *l. is qui reipub. caus. ff. eod.*
Maiores relegati non restituuntur, *l. sed etsi. §. 1 ff. eod.*
Maiores transfugæ non restituuntur. *l. item ei ff. eod;*
Maiores vinculis detenti, si defensi sint, non restituũtur, *l. ait prætor in pr. ff. eod.*
Maiores non possunt conueniri, cùm literæ de minoribus loquuntur. *Spec. de rescript. præs. §. 9. V. item quod.*
Maiores sunt in scripturâ minoribus præferendi. *ibid. §. 5. V. porrò. & seq.*
280. Maiores restituuntur filiifam. in castrensi peculio. *l. rectè Labeo. §. 1. ff. eod.*
Maiores restituuntur furiosi. *l. ergo sciendum. ff. eod.*
Maiores restituuntur impediti iusta causâ. *leg. sed etsi. § fin. ff. eod.*
Maiores restituuntur indefensi. *l. ergo sciendum. ff. eod.*
Maiores restituuntur infantes. *ibid. §. 2.*
Maiores restituuntur legatæ. *l. sed etsi. §. fin. ff. eod.*
Maiores restituũtur mortui apud hostes. *l. ab hostib. ff. eod.*
Maiores restituuntur nati apud hostes & reuersi. *ibid.*
Maiores restituuntur milites absentes. *ibid. §. 2.*
Maiores restituũtur existentes in seruitute. *l. ei quoq. ff. eod.*
290. Maiores restituuntur creditores reipublicæ causa absentes, in subhastatione pignoris. *l. si eo tempore C. de remiss. pignor.*
Maiores restituuntur medici in comitatu principis existẽtes. *l. 2. C. quibus non obiicitur long. temp. præscript.*
Maiores non restituuntur instituti cum libertate ante aditionem. *l. sed etsi §. 1. ff. ex quib. caus. maior.*
Maiores delinquentes non restituuntur. *ibid. §. 5.*
Maiores non restituuntur ii, quibus actio denegatur à magistratu causa cognita. *ibid. §. 4.*
Maiores non restituuntur instituti cum libertate anteaditionem. *l. rectè Labeo. ait. ff. eod.*

Maiores restituuntur absentes ob causam probabilem. *l.2. §.1.ff.ex quib.caus.maior.*

Maiores capti ab hostibus restituuntur. *l.item ei.ff.eod.*

Maiores restituuntur detenti vinculis in custodiâ publicâ à latronibus, prædonibus, vel potentioribus. *l. succurritur.ff.eod.*

Maiores restituuntur Doctores absentes reipub. causâ. *leg. Iulianus.§.1.ff.eod.*

800. Maiores restituuntur euocati testimonii causa. *l.sed etsi per prætorem.§.1.ff.eod.*

Maiorum pacta sunt seruanda. *l.1.& 2.C.si aduers. vendit.*

Maiorum restitutio est priuilegium causæ competens, non personæ. *l.4.ff.eod.*

Maiorum imagines, aut non videre fixas, aut reuulsas est lugubre, *l.lex qua tutores.V.nec verè.C. de adminis.tut.*

Maiorum præcepta iusta vel iniusta non sunt contemnenda. *l.1.ff.de oper.nou-nunciat.*

Maiorum autoritas etiã in illicitis excusat. *c.dixit.14.q.5.*

Maiorum merita transeunt ad posteros. *Bal. cons.355.Vol.1.*

Maioribus aliter agitur, quàm cum minoribus. *Spec. de Citat. §. 1.in pr.*

Maius quod est, fauore religionis intelligitur. *l.Titia. §.2. ff. de aur. arg.leg.*

Maius delictum maiorem pœnam meretur. *Ceph. cons. 379. num.65.*

810. Maius potens debet vincere minus potens, & sic quodammodo ipsius vires absorbere. *l.si duo.ff.de solut.*

Maius est delictum in committendo quam omittendo *gl. l.mora.ff solut.matrim.*

Maius est impedimentum naturale quam accidentale. *l.si serua.§.fin ff.de iur.dot.*

Maius est ius in re, quam ad rem. *cap. fin. Ext. de conc. prabend.*

Maius auditorium impedit contumaciam. *l. contra. ff. de re iud.*

Maius periculum vertitur circa maiora, ideoque cautiùs agendum. *Spec.de locat.§.6.V.69.*

Ma-

Digitized by Google

Maiora incommoda rerum sunt intolerabilia. *l. nulla iuris ratio. ff. de LL.*

Maiora referenda sunt ad scientiam principis. *l. si quando. ff. de oper. publ.*

Maiora videntur prohibita ei, cui & minora; non contrà. *l. cui pacto ff. de ser. export.*

Maioribus periculis diligentius occurrendum. *leg. 1. ff. de Carb. Edict.*

320. Maioribus iudicibus concessum videtur minoribus denegatum. *Spec. de arb. §. 8. V, sed nunquid verbum.*

Malus præsumitur natus ex malis parentibus. *l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædil. Edict.*

Malus præsumitur, qui est malæ nationis. *ibid.*

Malus euentus bonæ intentioni non imputatur. *c. de occidendo. 23. q. 5.*

Malus semel semper malus præsumitur, in eodem genere mali. *l. Cassius. ff. de Senat.*

Malus non debet esse melioris conditionis, quàm bonus. *Grau. cons. 18. nu. 15.*

Mali corui malum ouum. *Ruland. de Commiss. lib. 1. cap. 7. num. 2.*

Malo occurrere in tempore melius est, quàm post exitum vindicare. *l. 1. C. quand. lic. vnicuiq.*

Malo est prona omnis ætas. *Spec. de Aduoc. §. 8.*

Malo prona est humana natura. *Spec. 4. part in pr. (nu. 23.*

330. Malo emere, quàm rogare. *Tiraq. de retr. conu. præf.*

Mali sunt tolerandi à bonis. *c. iubemus. 23. q. 4.*

Mali sunt tolerandi pro pace Ecclesiæ. *ibid. c. quid ergò.*

Mali non sunt interficiendi sed emendandi. *c. circumcelliones. 23. q. 5.*

Mali à bonis penitus separari nequeunt. *c. nolite. 11. q. 3.*

Mali euentus non habentur in consideratione. *Menoch. cons. 6. nu. 6.*

Mali dum coercentur, boni in officio retinentur. *cap. 2. de priuileg. vbi gl.*

Mali prohibendi sunt à malo, & cogendi ad bonum. *c. 11. num. 23. q. 1.*

Mali lætantur & exultant in peſſimis rebus. *Spec. de excepr. §. 4. V. item nota.*

Malorum impietati fauet, qui eis obuiare ceſſat. *cap. qui poteſt 23. q. 3.*

340. Malorum mores infirmitas animi non excuſat. *l. 1. C. ſi aduerſ. delict.*

Malis diſpucere magna laus eſt. *Pacian; de prob: lib. 2. c. 44. nu. 24. Vol. 3.*

Malis hominibus peccandi materia danda non eſt. *l. 1. ff. de ſenat; C. Mac.*

Malis hominibus prouincia purganda, *leg. congruit. ff. de off. præſc.*

Males homines producit malá natio. *l. quod ſi. ff. de adilit. Edict.*

Malos percutiens non eſt crudelis. *Spec. de Aduoc. §. 7.*

Mala arbor non poteſt bonos fructus facere. *l quod ſi nolit. §. qui mancipia. ff. de adilit. Edict.*

Mala citatio non facit contumaciam, *Fulg. conſ. 114.*

Mala conſuetudo non vincit legem ſed bona. *c. cum tauſa de ſent. l. 2. ff. qua ſit long. conſuet.*

Mala conſuetudo eſt corruptela, non lex. *l. 2. C. qua ſit long. conſuet. c. vlt. Ext, de conſuet.*

Mala conſuetudo nullo modo tenet. *Card. c. fin. q. 33. gloſſ. l. omnes indices. C. de decur. lib. 10.*

350. Mala conſuetudo perdit nomen conſuetudinis, ſed dicitur vſurpatio. *c. fin. de conſuet.*

Mala fama alicuius de præterito facit præſumi de præſenti. *l. non omnes §. à barbaris. ff. de re milit.*

Mala electio eſt in culpa. *l. 2. ff ſi menſ. falſ. mod. dix.*

Mala fides & dolus præſumitur in adulto maiore octodecim annorum. *l. ſi minor. ff. de adult.*

Mala fides ficta inducitur per litis conteſtationem. *Bart. l. illud. in pr. ff. de pet. hered.*

Mala fides temporis momentanei impedit præſcriptionẽ. *c. fin. de præſcript.*

Mala fides ſoluitur morte. *Alex. conſ. 4. nu. 1. Vol. 2.*

Mala fides defuncti non nocet heredi. *ibid.*

Ma-

Mala conuerſatio arguit malum. *Pariſ.conſ.29.n.24.Vol.3.*
Mala fides autoris nocet ſingulari ſucceſſori. *Bal. l. ancilla. C.de furt. Alex conſ.4.Vol 2.*
360. Mala fides victoris in iudicio non purgatur per ſententiam iudicis pro ipſo latam. *Alex.conſ:58. Vol.4.*
Mala fides præſumitur in ſuccumbente per primam ſententiam. *Card.clem.1.q.vlt.de ſeq.poſſ.*
Mala fides alicuius probatur per ſola indicia. *Bald.l.pen.C. de Euict.*
Mala fides autoris nocet ſucceſſori. *l.3.C.Com.de vſucap.*
Mala fides ſuperueniens in hæredis perſonâ non vitiat vſucapionem. *l.1.in fin.C.de vſucap.transform.*
Mala fides nocet preſcriptioni. *l.1.C.de longi temp præſcript.*
Mala fides in ſe includit dolum. *leg.ſed etſi.§.ſcire.ff.de petit. hered.*
Mala fama contra inquiſitum nocet. *c.veniens. de teſtib.*
Mala fides probatur ex eo, quòd res non ſit ſua: *leg.fin.Cod. vnd.vi.*
Mala fides preſumitur ex fugâ. *l.1.C.de long.temp.præſcript.*
370. Mala fides eſt vicium perſonale. *Cilner. tit.de act:§. nam ſi cui.num:10.*
Mala electio imputatur eligenti. *§.fin.Inſt.de Soc.*
Mala fides authoris nocet vniuerſali ſucceſſori vt non præſcribat. *Caſt. conſ.484. nu.278.*
Mala fides contra vnum non impedit præſcriptionem cõtra alium. *Flor.l.ſi ades ff.de ſeru.vrb.præd.*
Mala fides præſumitur in poſſeſſore ſeruitutis, niſi poſſident ex titulo. *Cyn.l.2.C.de ſeru.& aq.*
Mala fides præſumitur ex eo quod quis prætendit poſſeſſionem in re alienâ, quam ſcit alienam. *Bald.l poſt ſententiam.C.de ſent.*
Mala fides præſumitur in eo, quod quis poſſidet ſine titulo. *Bart.l.fin.C.vnde vi.*
Mala fides præſumitur in eo qui iure reſiſtente poſſidet. *Bart.l.quod Nerua.ff.de poſit.*
Mala fides probatur ex iniuſtitia & inualiditate tituli. *Sen. Pedem:deciſ.101.num:31.*

350. Mala fides non causatur ex denunciatione noui operis. *Bar. l. aliena. ff. pro emtore.*

Mala fides probatur etiam per indicia in eo qui habet titulum. *Bald. l. non eo. C. de Euict.*

Mala fides causatur etiam ex interpellatione extraiudiciali. *gl & DD. l. item si verberatum. §. fin. ff. de R. vend.*

Mala fides non potest allegari post 30 annos. *Bart. l. fin. C. vnde vi.*

Mala fides non potest allegari per tertium, sed per dominũ vel possessorem antiquum tantum. *ibid.*

Mala fides excusatur per titulum & errorem iustum. *Cast. cons. 5.*

Mala fides venditoris rei mobilis non nocet emtori bonæ fidei. *Cast. cons 3. l. 1. C. de long. temp. præscript.*

Mala fides non nocet, nisi aduersus eum, aduersus quem est. *Bar. l si ades. ff. de seru. vrban. pred.*

Mala fides testatoris non nocet hæredi prætendenti alium titulum quam hæreditarium. *l. an vitium. ff. de diuers. temp. præscript.*

Mala fides authoris non nocet emtori præscribenti rem particularem. *l. quaro. ff. de vsucap.*

390. Mala herba cito crescit. *gl. l. qua ætate ff. de testam.*

Mala societas præsumit quem malum. *Bald. l. eum qui. nu. 1. C. de Episcop. & cler.*

Malæ consuetudines non confirmantur ex longinquo tẽpore. *Auth. vt nulli iud. §. 1.*

Malæ fidei possessor est, qui contra leges mercatur. *Bart. l. quemadmodum. C. de agr. & censit. lib. 11.*

Malæ fidei possessor non dicitur, qui tenetur actione personali. *Bal. l. 2. §. fin. C. Com. de leg.*

Malæ fidei possessor dicitur, qui habet cõscientiam rei alienæ. *Inn. & Abb. c. vigilanti. de præscript.*

Malæ fidei possessor percipiendo fructus dicitur furtum committere. *Bar. l. sequitur. §. fructus. ff. de vsucap.*

Malæ fidei possessor quis non constituitur per denunciationem factam ad domum. *Calcan. cons. 115. col. 5.*

Malæ fidei possessor improbus, qui habet causam ab auto-

re bonæ fidei, excusatur à percipiendis. *Bal. l. male fidei. C. de cond. ex leg.*

Malæ fidei possessor dicitur hæres indignus. *Bald. l. 1. C. de his quib. vt indign.*

400. Malæ fidei possessor retinet seruitutem, sed non acquirit. *l. 1. C. de seruit.*

Malæ fidei possessor non recuperat expensas vtiles. *§. si quis à non domino. Inst. de rer. diuis.*

Malæ fidei possessor non repetit expensas voluntarias. *Bar. l. planè. ff. de petit. her.*

Malæ fidei possessor debet restituere, quicquid exegit nomine pœna. *Bar. l. euicta. ff. eod.*

Malæ fidei possessor tenetur de negligentiâ, quantum prædia sunt deteriorata. *Bar. l. ei qui. §. fin. ff. eod.*

Malæ fidei possessor tenetur ad rem & interesse deteriorationis. *Bar. l. non solum. ff. de rei vend.*

Malæ fidei possessor habens iustum titulum non tenetur de fructibus. *l. si fundus. C. de rei vend.*

Malæ fidei possessor tenetur ad fructus & damna. *Bal. l. pen. C. si ven. pig. ag.*

Malæ fidei heres non potest à seipso præscriptionem inchoare. *Gomez. §. sed illa. Inst. de act. Calcan. cons. 74.*

Malæ fidei possessor de perceptis fructibus propter titulū excusatur. *l. si fundum. ff. de rei vend. c. grauis. de rest. spol.*

410. Malæ fidei præsumptio post. 30. annos non admittitur. *l. fin. C. vnde vi.* (*rei vend.*

Malæ fidei possessor tenetur de culpâ. *Bart. l. si homo. ff. de*

Malæ fidei possessor tenetur de negligentiâ & interitu rei. *c. possessor. de reg. iur. lib. 6.* (*vend.*

Malæ fidei possessor tenetur de fructibus. *l. fructus. C. de rei*

Malæ fidei possessores eius, quod in rem alienam impendunt, nullā habent repetitionem. *l. domum. C. de R. vind.*

Malæ fidei emptio, emptio non est. *l. 1. C. de rescind. vend.*

Malæ fidei stipulatio, non est stipulatio. *ibid.*

Malæ fidei possessores omnes fructus cum ipsa re præstare debent. *l. certum est. C. de R. vend.*

Malam dicens fidem debet eam probare. *l. pen. C. de Euict.*

Ma-

420. Malam habere litem præsumitur is, qui dilationes postulat non necessarias. *c. nullus. de præsumpt.*

Malam fidem non inducit error iuris. *Bar. l. sed etsi lege. §. scire. ff. eod.*

Malarum mulierum conuersatione occiditur animus. *l. 1. C. de natur. lib.*

Malis artib. quæsitæ diuitiæ non prosunt possessori, *Roy. decis. Lituan. 4. num. 726.*

Malas hominum voluntates prohibere non possumus. *gl. c. inter opera. de sponsal.*

Malũ facit qui abstinet à bono. *l. qui liberos. ff. de rit. nupt.*

Malam scienter eligens id adprobat. *leg. si venditor. de in diem add.*

Malum consilium consultori pessimum. *l. arbitrio, §. dolo. ff. de dol. mal. Tiraq. de ret. leg. §. 1. gl. 18. nu. 20.*

Malum illatum semper præsumitur malo animo factum esse. *Inn. c. 1. de præsumpt.*

Malum consilium probatur & præsumitur ex acerbitate facti. *Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 419. nu. 1.*

430. Malum facere videtur, qui non studet ad bonum. *l. qui liberos in fi. ff. de ritu. nupt.*

Malum est omnigenum & infinitum. *Oldendorp. de iur. & aquit. tit. 6. q. 3.*

Malum est cadere à proposito, sed priùs propositum simulare, *c. certè. 12. q. 1.*

Malum est peccare, sed diabolicum perseuerare. *l. consentaneum. C. quom. & quand. iud.*

Malum minus comparatũ ad maius habet rationem boni. *c. iurauit. 22. q. 4.*

Malum semper ex malo præsumitur. *capit. non nulli. dist. 46.*

Malum quod est minus, id eligendum est. *l. exigendi. Cod. de procur.*

Malum vnum est causa multorum. *gloss. Auth. vt iud. sine quoq. suffrag. §. commodo.*

Malum inchoatum habetur pro consummato. *Bal. l. cùm proponas. C. de naut. fœn.*

Malum toleratur respectu boni ex malo sequentis. *3. dist. c. deniq. Alex. cons. 219.*

440. Mala scienter eligens seipsum decipit. *l. ea quæ cõmendandi in pri. ff. de contrah. emt.*

Mala non sunt, nisi quæ crimine mentem implicant & conscientiam ligant. *c. illa cauenda. 15. q. 1.*

Mala fide actum potest reuocari. *l. 4. C. si vend. pig. ag.*

Mala simpliciter sunt magis detestanda quam mala secundum quid. *l. quod sæpè §. veneni. ff. de cont. Emt.*

Mala omnia potius pati debemus, quam malo consentire. *c. sacris, quod met. caus.*

Mala penitus extirpare inpossibile. *Menoch. consil. 107. num. 86*

Mala bonis mixta nocendi naturam deponunt. *l. quod sæpè. §. 2. ff. de contr. Emt.*

Mala non sunt facienda, vt inde eueniant bona. *c. primum. 22. q. 2. c. qui ait. 14. dist.*

Malorũ genera sunt plurima. *l. qui fundum. ff. de V. signif.*

Maledictionis verba institutionem non viciant. *l. his verbis. §. 1. ff. de her. inst:*

450. Malè possidet, qui malè vtitur. *c. quid dicam. 4. q. 4.*

Malè æstimans, æstimator tenetur. *Bart. l. 1. Cod. de aiscuss. lib. 10.*

Malè ordinata verba vitiant. *add. marg. ad l. per seruum. §. vsusfructus. ff. vsufruct. quemad. cau.*

Malè petit, qui intus habet, quod extrà petit. *Alberic. de Rosate l. si legatum. ff. de Edend.*

Malè geritur, quicquid geritur fortũæ fide. *Ang. de Vbald. cons. crim. 72. nu. 30. vol. 2.*

Malè denũcians debet in expensis condemnari. *l. seueriter. C. de Excus. tut.*

Malè agit, qui ante diem agit. *§. omnis. a. Inst. de V. O.*

Malè possidetur, quod alienum est. *Anch. c. ius dictum. Ext. de V. signif.*

Maledicere non est propriè maleficium. *Bar. l. aut facta. in pr. ff. de pœn.*

Maledicere Principi non impunè licet. *leg. 1. ff. si quis Imp. maledix. c. querelas, 24. q. 4.*

Malè

460. Malè acquisita aliquandò benè possunt expendi. *c. non sanè. 14. q.5.*

Malè meritus publicè debet egestate laborare, vt aliis exẽplo sit ad deterranda maleficia. *l. bona fides. ff. depos.*

Maledictum conuicium est, quòd cum vociferatione dictũ est. *l. item. §. ex his apparet. ff. de iniur.*

Malefactor potest capi & carcerari, licet de maleficio non constat, ne fugiat. *Alex. l. fin. ff. ad l. Iul. pecul.*

Malefactor potest capi in loco confœderato. *Bar. l. non dubito. ff. de captiu.*

Malefactoris bona sunt tacitè obligata pro satisfactione. *Bar. l. furti. C. de furt. c. parochianc. de sepult.*

Malefactoris appellatione non venit occisor banniti. *Bar. l. fin. §. diuus. ff. de publi.*

Malefactorem decipit crimen. *Zas. l. si procurator. nu. 4. ff. de dol. mal. Excep.*

Malefactores Ecclesiarum vtriusque sunt fori. *Fel. cap. cùm sit. in pr. de for. compet.*

Malefactores debent puniri in corpore expensis publicis. *Bal. l. 2. C. de seru. qui pro præm. lib. rec.*

470. Malefactorum præsentatio habet instar iudicii. *leg. pen. ff. de condict. ob caus.*

Maleficium detestandum committens dicitur diabolico furore accensus. *Abb. c. intelleximus. de his qui fil. occid.*

Maleficium commissum in confinio duorum locorum vel in viâ communi, potest puniri ab vtroque iudice. *Dyn. & Bar. l. iurisperitos. ff. de excus. tut.*

Maleficium excludit beneficium vel priuilegium. *Bald. l. nullum. in pr, C. de testib.*

Maleficium non dicitur probatum, nisi locus & tempus eius probetur per testes expressim. *Bart. l. 1. ff. dealeator.*

Maleficium notorium potest puniri, etiam non seruatâ iuris solennitate. *Bal. l. cùm fratrem, C. de his quib. vt indig.*

Maleficium nè fiat, stipulatio, nullam parit obligationem. *l. iurisgentium. §. 3. ff. de pact.*

Maleficium vnius beneficio alterius non extenuatur. *leg. si ex duobus. ff. de nox. act.*

Ma-

Digitized by Google

Maleficium alterius turbare non poeeſt ſecuritatem alterius. *l. longi temporis. C. de long. temp. præſcript.*

Maleficium nullum ſine formidine eſt. *Nouell. 7. c. 1.*

480. Maleficium commiſſum in conſpectu iudicis vel populi dicitur notorium. *ibid.*

Maleficium dicitur omne malefactum. *Bar. l. omne. num. 2. ff. de re mil.*

Maleficii fideiuſſor accipi non poteſt. *l. fin. C. de Nupt.*

Maleficii exceptio debet ſpecificè obiici. *Inn. c. ad hæc.*

Maleficii ratione quilibet in ſolidum tenetur. *Spec. de feud. §. 2. V. 9.*

Maleficio per alium perpetrato qui interfuit, magis caſualiter, quàm conſulò interfuiſſe videtur. *l. melior. ff. pro Soc. Fel c. ſicut. de homicid.*

Maleficio præſtans authoritatem plus punitur. *c. notum. 1. quæſt. 1.*

Maleficia non oportet eſſe impunita. *l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil §. 2.*

Maleficia diſtinguunt voluntas & propoſitum delinquendi. *l. qui iniuria in pr. ff. de furt.*

Maleficia augentur ex pœnarum remiſſione. *l. ſi operis publici. C. de pœnis.*

490. Maleficia vt puniantur publicæ diſciplinæ dictat ratio & fauor. *l. licitatio. ff. de public. & vectig.*

Maleficia de nocte commiſſa puniuntur acrius quàm diurna. *Bar. l. non minorem. C. de tranſact.*

Maleficia habent fiſcum vltorem. *Bal. l. 1. C. ſi ſer. exp.*

Maleficia geminata aggrauant pœnã. *Anch. c. fi. de fo. comp.*

Maleficiorum nulla eſt ſocietas. *l. 1. ff. de tut. & rat. aiſt.*

Maleficiorum iudex non poteſt cognoſcere de cauſa ciuili. *l. ſolennus. §. Latiuncula. pr. ff. de iud.*

Maleficiis minimè indulgendum. *l. in fundo. ff. eod. tit.*

Maleficus manifeſtus à nemine priuato interficiendus. *leg. final. C. de malef. & math.*

Maleficus appellatur vulgo magus vel magicis carminibus aſſuetus. *l. etſi excepta. C. de malef. & mathem.*

Maleficus non eſt conſulendus. *l. Nemo Auruſpicem. C. eod.*

Ma-

500. Maleficus potest protrahi ad publicum à quolibet. *l. fin. C. eod. tit.*

Maleficus coniunctus & confessus propria voce nō potest appellare. *l. 2. C. quor. appell. non recip.*

Malefici appellantur vulgo ob facinorum magnitudinem. *l. nemo Aruspicem C. eod.*

Maleficis summum supplicium irrogandum. *l. 1. & 2. da. C. de malef. & maliem.*

Maleficos qui appellat patrem & matrem militiâ indignus est. *l. 1. §. fin. ff. de obseq. par. vel pat. præst.*

Malignandi occasio dari non debet, *Spec. de arb. §. 8.*

Malignantes exterminabuntur. *Spec. de Aduoc. §. 8.*

Malignitas abesse debet confectioni Inuentarii. *l. fin. §. 2. C. de iur. de lib.*

Malignitas aliena alteri non debet esse damnosa. *l. fin. C. de acq. poss.*

Mens terrenis obligata carceribus, perdit memoriam labiorum. *c. nihil. 83. dist.*

Mens legum est, non disputare verbaliter, sed realiter determinare. *Bal. Rubric. ff de rer. diuis. in fin.*

Mens non oculus videt. *Alciat. leg. coram Titio. nu. 5. ff. de verb. signif.*

260. Mens colligitur ex affectione. *l. reprehendenda. C. de instit. & substit.*

Mens videt & audit. *Io. Babt. Asin. praxi iudic. §. 7. lim. 90. num. 13.*

Mens non attenditur, quæ in dispositionem non transit. *l. quidam cum filium. ff. de hered. inst.*

Mens cognoscitur ex verbis. *l. Labeo ff. de supell. leg.*

Mens dicentis potior est quàm vox. *l. Labeo. §. 2. ff. de supell. leg.*

Mens impuberi non est stabilis. *l. fin. C. de test. mil.*

Mens testatoris spectanda, non error scribentis testamentum. *l. ambiguitates. C. de testam.*

Mens hominis nemini nisi DEO nota. *gl. magna. §. alii. Inst. de act.*

Mens & ratio statuentium sequenda est. *Nell. de S. Gom. de testibl part. 2. n. 139.*

Mens in contractibus magis attendenda est quàm verba. *l. fin. C. qua res pign.*

270. Mens iudicis præsumitur talis, qualis esse det. *Innoc. c. petitio. Ext. de procur.*

Mens respondentis refertur ad interrogata. *leg. 1. §. si quis simpliciter. ff. de V. O.*

Mens mala præsuitur ex actibus exterioribus. *Card. clem. exiui. §. hinc est. de V. sig. c. 1.*

Mens restringit verba. *Bal. leg. cum Aquiliana. ff. de transact.*

Mens colligitur ex materiâ libelli, *Cast. cons. 7.*

Mens disponentis præferenda verbis, *Bart. l. cum quid. ff. si certum pet.*

Mens contrahentium talis præsumitur, qualis ex legis. *DD. l ex facto. ff. de vulg. & pup.*

Mens legis benè præferenda verbis. *Omphal. de LL. usurpat. lect. 3. c. 4. nu. 6.*

Mens intrinseca ex indiciis extrinsecis deprehenditur. *Bar. Socyn. cons. 112. vol. 1.*

Mens & propositum facientis debet inspici. *l. 1. C. ad leg. Corn. de sicar.*

280. Mentis sanitas tempore testamenti requititur. *l. 2. ff. qui test. fac. poss.*

Mentis ordo potius attenditur, quam scripturæ. *Bart. consult. nu. . Vol. 1.*

Menti inseruiunt verba, non contra. *leg. scire. ff. de cpe. tut.*

Mentem contrahentiũ elicit consuetudo generalis, *Franc. de Aret. cons. 159. nu. 11.*

Mente, non verborum aut literatum figurâ obligamur. *Vasa. illust. controuers. lib. 1. cap. 30. n. 7.*

Mente non cogitatum non æstimatur quis dicere. *Spec. de dep os. §. 10. V. sedpone.*

Mente

Mente captus obligatur ex alienatione fundi, si pecunia in rem eius versa *sit. l. 2. C. de cur. fur.*

Mentium bonarum est timere culpam, vbi non est culpa. *c. 2. de obseru. ieiun.*

Mensa dicitur potius ipsa negociatio, quàm locus, vbi mensa retinetur. *Bar. rubr. C. de iur. fisc. lib. 10.*

Mensam ambitiosam fortuna, parcam virtus adponit. *Ferrar. Mont. §. ex hoc non scripto. Inst. de iur. Not.*

290. Mensis pro triginta diebus accipitur. *leg. vbi lex. ff. de R. 1.*

Mensis legalis est triginta dierum. *capit. quam sit. ext. de lib. 6.*

Mensis in Statuto intelligitur de continuo & vtili. *Bald. l. 3. C. de ædil. act.*

Mensi septimo natus infans est legitimus. *leg. septimo. ff. de stat. hom.*

Mensores ius excusationis habent. *leg. mensores. ff. de Excusat.*

Mensurari debet malum, sicut bonum. *Alex. cons 120. n. 11. vol. 2.*

Mensura, qua quis mensurat, mensurabitur. *Spec. de inquisit. §. 3. V. si super Statuta.*

Mensura cuiusq. delicti pensanda. *l. diuus. C. de falsf.*

Mensura fundi indeterminatè ab omnibus cognosci potest. *Bar. tract. test. num. 48.*

Mensura sumitur ab homine. *Gödd. leg. 2. num. 8. ff. de verb. sig.*

Mensura secundum regionem contrahentium consideranda. *Afflict. decis. Neapol. 363. nu. 5.*

300. Mensura si est in dubio, recurritur ad arbitrium. *leg. qui luminibus. §. si inter. ff. de seru. vrb. prad.*

Mensura debet esse æqualis. *capit. ex parte. de censibus.*

Mensuræ fraudulentæ à magistratu sunt prohibendæ. *leg. pen. C. de defensor. ciuit.*

Mensuræ si non ſtatur, cui promiſſum eſt dari, datur actio de dolo. *Bar. l. arbitrio. ff. de dol.*

Menſuras publicas & pondera corrumpens vel falſificans debet relegari. *l. pen ff. de falſ.*

Menſuratio fundi perficit venditionem. *Bar. l. ſi in venditione. ff. de per & com. rei vend.*

Menſuratio fundi ſemel facta debet iterum fieri, ſi allegatur malefacta. *Bar l aduerſus. ff eod.*

Menſurator poteſt referre per nuncium vel literam. *Bar. l. 3 ff. ſi menſ falſ mod. dix.*

Menſurator poteſt menſurare parte abſente contumace. *Spec. de off. om iud § 6. V. ſed nunquid.*

Menſurator poteſt alteri committere officium ſuum. *Bal. l. 2. ff ſi menſ falſ mod. dix.*

310. *Menſurator* committens alteri menſurationē tenetur de malâ menſuratione Commiſſarii, *ibid.*

Menſuratos debet iurare de veritate, non de credulitate. *Bal. & Alex l. 1. Conſt. ff §. omnem.*

Menſurator poteſt facere relationem, etiam parte non citatâ, ſicut nuncius. *Ang. leg 1. §. Marcellus. ff ſi cui plus quàm per l. Falc.*

Menſurator mitti non poteſt ad menſurandum, niſi parte præſente. *Bar. l. Theopompus. ff. de dot. præleg.*

Menſurator tenetur de culpâ latâ, ſicut de dolo, non de leui leuiſſimâ, *DD. c. quia indicante. de proſcrip.*

Mentiens in iudicio, punitur propter authoritatem iudicii. *Roſat. leg. ſi quadrupes § interdum. nu. 8. ff ſi quadrup. pauper.*

Mentiens ſimilis eſt furi. *l. hereditatum. ff. ad l. Falcid.*

Mentiens accuſator patitur pœnam talionis, *leg. fin. Cod. de accuſ.*

Mentiens ſe alterum eſſe punitur. *Menoch. de arbit. iudic. queſt. lib. 2. caſ 318. nu. 28.*

Mentiens nomen ſuum incontrahendo ſeu inſtrumento committit falſum. *Bart. in Proem. ff. §. nos vero.*

320. *Mentiens* in eo, quod eſt cauſa beneficii, perdit beneficium. *l. ſed hoc. §. 1. ff. de re iud.*

Mentio

Mentio facienda est in imperatione de alterius possessione. *c. dudum. de privil.*

Mentio facienda est de possessione impetrantis in impetratione. *Bar. l auctoritatem. C. vnd. vi.*

Mentio cùm fit vnius ex correlativis, intelligitur & alterius. *Boër. decis. 262. num. 10.*

Mentio non requiritur fieri de actu nullo. *Abb. post. Host. e. per vestras de donat int. vir. & vxor.*

Mentiri bonum virum non præsumitur. *c. 2. de oper. non nunc.*

Mentiri alicui, causâ humilitatis non licet. *c. cum humilitatis. 22. q. 2.*

Mentiri alicui non licet, & vitetur arrogantia. *ibid.*

Mentiri plus est, quam veritatem tacere. *Marsil. consil. 81. num. 27.*

Mentire quis potest Deo, at ipsum non fallere. *c. panem. de consecrat. dist. 2.*

330. Mentiri is præsumitur, qui variat sine causâ assertionem suam. *c. literas. de præsumt.*

Mentiri est peccatum. *capit. animaduertendum. 22. quæst. 2.*

Mentiri quis non debet etiam simplici verbo. *Bald. l. fin. col. 2. ff. de Fideiussor.*

Mentiri quis potest sine dolo. *Alex. leg. quid si falsum. ff. de falsi.*

Mentiri importat litis contestationem. *Bald. leg. turpia. ff. delegat. 1.*

Mentiri quis contra se non præsumitur. *Alex. cons. 19. nu. 9. vol. 7.*

Mentiri plus est quam lenocinium facere. *c. postulasti. ext. de Rescript.*

Mentiri qui dominum dicit, prætoris cognitioni subiicitur. *l quæ omnia. ff. de procur.*

Mentiri licet ad bonum finem. *c. 1. 22 q. 2. Alex. leg. qui totam. ff. ad Vrebell.*

Mentiri non docet lex. *Specul. de accusat. Vers. item repellitur.*

340. Mentiuntur facilè aluerſarii & inimici. *Spec. de citat. §. 4. Verſ. per vnum.*

Mentiuntur faciles de facili. *l. pen. C. de teſtib.*

Mercandi cauſa ædificia dirui non debent, *l. 2. C. eod.*

Mercantia continetur appellatione tabernæ. *Bart. leg. cum pater. §. menſe. ff. de leg. 2.*

Mercantia non venit, in legato apothecæ. *Flor. l. certo generi. ff. de ſeruit. ruſtic. prad.*

Mercari poſſunt negociatores. *leg. 3. Cod. de commerc. & mercat.*

Mercari poſſunt plebei, *ibid.*

Mercari non poſſunt honore conſpicui. *ibid.*

Mercari nequeunt nobiles natalibus. *ibid.*

Mercari nequeunt patrimonio ditiores. *ibid.*

Mercari auro cum hoſtib. non licet. *l. n. C. de com. & merc.*

Mercata fieri poſſunt ſine priuilegio principis. *Bal. l. 1. C. de Nundin.*

Mercata non ſunt tuta pro debitis ſicut nundinæ. *ibidem.*

Mercator quis non dicitur ex contractu dotis. *Bart. l. 2 ff. vbi pup. educ. deb.*

Mercator non dicitur, qui locat poſſeſſiones ſuas, & conducit alienas. *DD. & Bart. ibid.*

Mercator dicitur, qui facit quæſtuariam negociationem. *DD. l. legatis ſeruis. ff. de leg. 3.*

Mercator non dicitur, qui mutuat. *Bartol ibid.*

Mercator non dicitur ſoluere, quando eſt in mora ſoluendi. *Cald. Rub. C. de conſt. pec. q. 4.*

Mercator non dicitur is qui ſolum vnum actum mercandi exercuit ſed ex conſuetudine emendi & vendendi. *gl. & Bart. l. 1 §. 1. ff. de tribut.*

Mercator tenetur edere librum rationum reo. *l. non eſt nouum. C. de Edend.*

360. Mercator prodeſt vrbibus. *l. mercis appellatione. ff. de verb. ſignif.*

Mercator neſciens ſcribere, niſi in vulgari dicitur imperitus literarum. *Bar. Auth. ſed nouo iure. C. ſi cert. petat.*

Mercator

Mercator recipiens mutuum præsumitur vertisse illud in mercantiis. *Bald. l. fin. C. ad SC. Maced.*

Mercator filius familias potest obligari. *Bald. cons. incip. Quidam nomine Belon.*

Mercator præsumitur habere pecunias in promtu. *Bart. l. singularia. ff. si cert. pet.*

Mercatoris domus debet esse officina veritatis & æquitatis. *Ang. cons. 219.*

Mercatorem esse officium est non artificium. *Bart. tract. test. nu. 62.*

Mercatores nostri temporis gerunt quasi publicum officium. *Alex. l. ad monendi. ff. de iureiur.*

Mercatores carius quam par est, merces suas distrahere nō debent. *l. 1. C. de Episcop. aud.*

Mercatores monopalium exercere non debent. *leg. Cod. de monop.*

370. Mercatores nundinas exercere non possunt cum barbaris. *l. 4. C. de commerc. & mercat.*

Mercatores statuta facere inter se non possunt. *leg. 2. §. 2. Cod. eod.*

Mercatores principis benignè monendi, vt vectigalia & debitas pensiones soluant. *l. 1. C. eod.*

Mercatores ligantur pacto nudo inter se. *Bal. l. si pro ea. C. mandat.*

Mercatores inter se contrahentes præsumuntur se habere notos inuicem. *Bald. l. ciuile. C. de furt.*

Mercatores forenses sine causa expelli non possunt per dominis terrarum nec eis bona auferri. *Bald. capit. de foro. fidelit.*

Mercatores non possunt corrigere statuta communis. *Bal. l. pen. C. de constit. pec.*

Mercatores præsumuntur probatæ fidei. *Bar. l. nulla ratio. ff. de donat.*

Mercatores esse publicæ est vtilitatis. *Bal. leg. 5. num. 5. ff. ad SC. Macedon.*

Mercatores regulariter solent esse prouidi. *Santern. de assecur. part. 3. num. 27.*

380. *Mercatorum causæ mercantiales sunt decidendæ de æquitate, non ex rigore vel apicibus iuris. Bart. l fisi. de iussor. § quidam. ff mandat.*

Mercatura exerceri non potest cum iis, qui populo Romano non sunt subiecti. *l. 4. C. eod.*

Mercatura iuste exercenda est. *l. 1. C. de Episc. aud.*

Mercatura derogat nobilitati. *Menoch. cons. 9. num. 18. Vol. 1.*

Mercatura hominum est prohibita. *Bal. leg. 1. c. de Episcop. audient.*

Mercenarius dignus est mercede sua. *c. cum secundum. de præbend.*

Mercenarius conducitur pro mercede diurna. *Coler. de process. Execut. part. 1 c. 9. n. 60.*

Mercenarius, si damnum facit, tenetur dominus emendare, qui tamen recuperat ab illo. *Spec. de iniur. §. 2. V. in summa.*

Mercenarius reputatur pro domestico. *Nep. de mont. Abb. de testib. in pr. nu 8. Auffer. ibid. n 68.*

Mercenarius furans res viles Domino pluribus vicibus, tenetur actione furti, *Bald. leg. apud antiquos. Cod. de furt.*

300. *Mercenarius* debet habere salarium. *Spec. de Loca. §. 5. V. quid si mercenarius.*

Mercenarii sunt, qui honorem ab hominibus appetunt. *c. sunt in Ecclesia. 8. q. 1.*

Mercenariis debetur merces. *Clem. dudum §. Verum. vbi gloss. de sepult.*

Merces emptæ ab iis qui extra fœdus Romanum sunt confiscantur. *l. 4. C. de commer. & mercat.*

Merces illicitæ confiscantur. *l. 3. C. de naut. fœn.*

Merces naufragio aliquo ejectæ dominorum antiquorum esse non desinunt. *Corsi. Frid. C. de furt.*

Merces non continentur appellatione inductorum nomine. *l. certi iuris. C. de Locat.*

Merces profiteri debent apud publicanum aliàs committuntur. *tot. tit. C. de vectig.*

Mer-

Merces locationis consistere potest, in his, quæ pondere consistunt. *l. si olei. C. de Locat. & conduct.*

Merces laboris eximii appellanda est, quæ contemplatione salutis certo modo æstimanda non est. *leg. si patet §. fin. ff. de don. caus. mort.*

400. Merces est quædam remuneratio. *Coler. decis. 201. num 2.*

Merces operarii non est detinenda per diem. *Idem decis. 200. num. 9.*

Merces est officio contraria. *Riminald. l. 1. col. antepen. Cod. de Edend.*

Merces tota debetur locatori operarum, quia non stat per ipsum, quia præstet operas. *Bar. l qui operas ff. eod.*

Merces debetur cuilibet pro meritis *Spec. de except. §. 3.*

Merces felicitatis non acquiritur, nisi per laborem virtutis. *c. ieiunium. in pr. de constit. dist. 5.*

Merces potest consistere in vno nummo. *Auth cons. vlt.*

Merces eis non debetur, qui inuiti ad aliquid faciendum cogi possunt. *Sen. Pedem. decis. 46. nu 5.*

Merces operario debetur in fine diei ante Solis occasum *c. non negabis. Deut. Card. clem fin. 13. q. de præb.*

Merces venales non veniunt in legato vel venditione possessionum. *Bal. l fin. C. de compens.*

410. Merces dicitur fructus conuentionalis, non naturalis. *Bal. l. 1. in pr. C. de vsur.*

Merces si iactetur de naui in mare tempore tempestatis periculum est commune. *l. nouis. ff. ad l. Rhod. de iact.*

41 Merces debetur operario tota demum toto opore perfecto. *l. qui insulam. §. qui adem ff. locat.*

Mercedis diminutio fit colono pro damno contingente in fructib. *Bar. l. damnum. C. eod.*

Mercedis remissio fit colono propter bellum. *Port. cons. 144. num. 22.*

Mercedem accipiens pro custodiâ alicuius rei, eius periculum pro custodiâ præstat. *l. qui mercedem. ff. locat.*

Mercede pietatis officium geri non debet *l. 3. C. de infant. Expos it.*

Mercedes sunt incertæ. *l. si eâ pactione. C. de vsur.*

Mercedes solent decrescere. *ibid.*

Mercedes maiores non exigendæ sunt. *Nouel. const. 122. cap. 1.*

420. Mercedes inprimis dandæ sunt præceptoribus. *l. 4. ff. vbi pupill. educ. deb.*

Mercedes sunt loco fructuum. *leg. mercedes. ff. de pet. hered.*

Mercimoniis publicis, quæ præest, vxor senatoris esse nequit. *l. 1. C. natur. lib.*

Mercurii dies quartus septimanæ dies est. *l. neminem. §. 1. C. de Episcop. and.*

Merentibus tribuendi sunt honores. *leg. 4. Cod. de stat. & imat.*

Meretricari est dolus. *Bald. Auth. ex testamento. Cod. de collat.*

Meretricari est peccatum mortale. *capit. meretrices. 32. quæst. 2.*

Meretrix non dicitur, coactè se prostituens. *Men. de arb. lib. 2. cas. 328. n. 7.*

Meretrix dicitur turpis persona. *Ang. cons. 171.*

Meretrix præsumitur, de cuius domo scholaris visus est exire. *Cyn. & Bal. l. neq. natales. C. de prob.*

430. Meretrix accusari nequit de adulterio. *l. si eo quæ stupro. C. ad l. Iul. de adult.*

Meretrix conductrix ante tempus expelli potest. *Nou. cpnst. 14. in præf. §. 1.*

Meretrix potest succedere tam ex testamento quàm ab intestato. *Ang. Auth. quiq. mod. nat. effic. legit. §. 1.*

Meretrix potest nubere non petito rescripto. *gl. c. inter operà. de sponsal.*

Meretrix licitè recipit post cæptum moretricium. *Bart. leg. non dubium. C. de LL.*

Meretrix non potest promittere, licet possit recipere. *Bal. l. 1. col. 3. ff. de cond. ob turp. caus.*

Meretrix non potest esse testis. *Spec. de teste. §. 1. V. quod accusatus.*

Me-

Meretrix coniugata præsumitur parere filium ex viro, licet publicè meretricetur. *Gall. leg. miles. §. de functo ff. de adult.*

Meretrix accusare potest Simoniacum. *Abb. c. tanta. de Simon.*

Meretrix potest testari de lucro suo. *Cyn. l. mercalem. C. de cont. ob turp. caus.*

440. Meretrix non potest petere, quod sibi promissum est. *Bar. l. 3. ff. eod. Cyn. ibid.*

Meretrici licet donare. *l affectionis. ff. de donat.*

Meretrici donatum repeti nequit. *leg. 4. §. 3. ff. de cond. ob turp. caus.*

Meretrici potest dari curator. *leg. Et mulieri. ff. de curat. fur.*

Meretrices expelli possunt ex domo, *l. 3. C. de locat.*

Meretrices non debent induere vestes virginum Deo dicatarum. *l. 4. C. de Episcop. aud.*

Meretrices possunt cogi ad vtendum diuerso habitu ab eo, quo vtuntur honestæ mulieres. *Bal. Auth. minime. C. de Episc. aud.*

Meretrices & concubinæ fictis vtuntur adulationib. *Bal. l. non est ff. de inoff. test.*

Meretrices sunt fugiendæ. *c. meretrices. 32. q. 4.* (*math.*

Meretur præmium accusator aruspicis. *l. 3. C. de malef. &c.*

450. Meretur præmium comprobata accusatio. *l. 1. C. de fam. lib.*

Meritum probatur obsequiis continuis. *leg. liberi. Cod. de inoff. test.*

Meritum filii militis non attenditur. *leg. milites. Cod. de test. mil.*

Meritum vxoris militis non attenditur. *ibid.*

Meritum ex maleficio recipere contra ius est. *l. si ab hostib. §. 1 ff. sol. mat.*

Meritum in dolo deficit. *Signorol. Homod. cons. 110.*

Meritum censetur causa finalis legati. *Signor. cons. 110.*

Meritum non habet actus necessarius, *l. rem legatam. ff. de adim. leg.*

Merita

Merita præcedentia faciunt præsumi donationem. *Fald. c. si cautio de fid. instr.*

Merita probantur ex confessione donatoris. *Bart. l. si forte. ff. de castr. pecul.*

460. Merita considerantur, arbitrio boni viri. *Bal. l. voluntatis. C. de fideicom.*

Merita negociorum partium assertione panduntur. *l. fin. C. si per vim.*

Merita non præsumuntur, nisi probentur. *Bal. l. si donatione n. 4. C. de collat.*

Meritorum contemplatione libertatis dirigenda est. l. *3. in pr. C. de secund. nupt.*

Meritorum assertio non probat merita. *Bellam. cons. 74. num 5.*

Meritis malorum adeò premuntur boni, vt eorum turbetur firmitas. *c. turbatur. 1 q. 4.*

Meritis magis sunt filii ad obsequia paterna prouocandi, quàm pactionibus adstringendi. *l. si quando. §. illud. C. de inoff. test.*

Meritis non gratiâ Clerici ordinandi. *c. qui vos. 8. q. 1.*

Merus executor non subit vices iudicis. *l. si vt proponis. C. de Execut. rei iud.*

Meræ facultati non præscribitur. *leg. viam publicam. ff. de via publ.*

470. Merum imperium non transmittitur, sicut nec delegatur. *Bald. l. liberti C. de oper. libert.*

Merum imperium quæritur ex præscriptione & consuetudine. *Alex. l. 3. ff. de iur. omn. iud.*

Merum dicitur, quod est abstractum ab omni substantia cuiuslibet entis. *Alex. leg. stipulationum. ff. de Verb. O.*

Merum Imperium Principis ossibus est affixũ. *Bal. l. more maiorum. ff. de iurisdict.*

Merum & mixtum Imperium de iure Ciuili est in delegabile. *l. 1. ff. de off. eius cui mand. est iurisd.*

Merum imperiũ venit appellatione iurisdictionis. *gl. DD. & Alex. ibid.*

Me-

Merum & mixtum Imperiū in vasallum habet dominus *Villalob. lit. V. n. 8. addit. vlt*

Meri imperii est condere legem. *DD. leg. 3. ff. de iurisd. om. iud.*

Meri imperii est legem condere. *DD. l. 3. ff. de iur. om. iud.*

Merx dicitur peculiaris quælibet negociatio de rebus peculii facta. *l. 1. § licet. ff. de tribut. act.*

480. Messium vindemiarum que tempore, nemo compellitur venire. *in tus l 1 ff. de fer.*

Metalli supplicium & seruis & liberis irrogari potest. *l. metalli. C. de pœn.*

Metallo damnatus non potest hæres iustitui. *Spec. de inst. edit. § 12 Vers. oppono.*

Meticulosi dicuntur, qui timent ea quæ nō sunt digna suspicione. *Bal. l. fr. C. de iur. delib.*

Meticulosa promissio non rescinditur, si metus sit iustus. *l. si mulier ff. quod met. caus.*

Metus carceris est iustus. *l. in integrum. ff. de minor.*

Metus infamiæ non curandus. *l. nec timorem. ff. quod metus caus.*

Metus nullus est, si dolus intercedit. *l. Et qui data opera. ff. ex quib. caus. maior.*

Metus iustus infertur à magistratu. *l. 1. C. si quacumque prad. potest.*

Metus mortis iustus est. *l. si donationis. C. de his qua vi. metus. fact. sunt.*

490. Metus motæ vel movendæ litis non viciat stipulationem. *l. scire debet. C. de contrah. & commit. stip.*

Metus periculum salutis, vel cruciatum corporis inferens sufficit ad rescissionem transactionis. *l. interpositas. Cod. de transact.*

Metus pœnæ coercet raptores. *leg. 1. §. 2 God. de rapt. virg.*

Metus pœnæ vltrius progredi non debet, quam reperiatur delictum. *l. sancimus. C. de pœn.*

Metus præcedens, tollitur Ratihabitione actus. *l. 4. C. de his qua. vi. met. caus.*

Mc-

Metus reuerentialis non iuriat tranſactionem. *l. interpoſitas. C. de tranſact.*

Metus ſpontaneus non attenditur. *l. accuſationis. C. de his quæ vi met.*

Metus eſt conſenſui & voluntati contrarius. *l. nihil conſenſui. ff. de R. iur.*

Metus mortis terret etiam conſtantiſſimos viros. *Bar. tract. ſchiſmat. col. 5.*

Metus impedit matrimonium. *Bald. ibid. col. 6.*

Seo. Metus iniuſtus non facit reſcindi contractum. *leg. cùm te, vbi Bar. C. quod met. cauſ.*

Metus non præſumitur in Curia Principis. *l. fin ff. eod.*

Metus viciat arbitramentum. *Bal. l. 2. C. Com. de leg.*

Metus communiter ſolet clam inferri. *Gail. lib. 2. obſ. 93. num. 19.*

Metus iuſtus non dicitur, niſi præſens. *leg. metum ff. quod met. cauſ. Card. clem. cauſam. §. verum. de Elect.*

Metus paruus non dicitur metus. *Bal. in fi. ſchiſmat.*

Metus non præſumitur in contrahente cum viro vxore, niſi probetur de minis vel verberibus. *Inn. c. accedens de conu. coning.*

Metus facit contractum dotis ipſo iure nullum. *Bart. leg. ſi mulier ff. quod met. cauſ.*

Metus cauſa geſtum, nullius eſt efficaciæ. *l. 1. ff. quod metus cauſ. c. veniens de ſponſal.*

Metus intelligitur, qui cadit in conſtantem virum. *l. metum cum. l. ſeq ff. quod met. cauſ.*

510. Metus probatur coniecturis & præſumtionibus. *Senat. pedemont. de 179. nu. 1.*

Metus illatus coniunctis ſanguine dicitur nobis illatus. *ibid. num. 2.*

Metus præſumitur ex precibus eius cui debetur reuerentia. *ibid. nu. 4.*

Metus nunquam dicitur purgatus, durante eadem cauſa metus. *ibid. nu. 12.*

Metus allegatio purgatur per actus contrarios ſubſecutos. *idem deciſ. 142. nu. 9.*

Me-

Metus institutæ vel instituendæ accusationis non sufficit ad rescindendum contractum. *leg. accusationes. C. de his quæ vi met.*

Metus magis excusat mulierem. *Boer. decis. 100. numer. 2.*

Metus non probatur ex solis minis, nisi fuerit deuentum ad actum. *Solic. leg. metum, Cod. de his quæ vi met.*

Metus vel dolus non reddit contractum ipso iure nullum, sed annullandum. *Bald. leg. dolo. Cod. de inutil. stipul.*

Metus præsumptio tollitur ex interuentu amicorum. *Sal. & Bar. l. transactionem. C. de transact.*

520. Metus semper durare dicitur durante potentia minantis. *Rol. à Valle conf. 2. num. 88. Vol. 1.*

Metus semel illatus per tyrannum præsumitur durare. *Abb. c. 1. Ext. quod met. caus.*

Metus in iudice turpis est. *Pet. Pek. de iur. sistendi. cap. 24. num. 2.*

Metus ex suâ culpâ non prodest. *leg. mulier. ff. quod met. caus. gest.*

Metum incutere est delinquere. *l. meritò. ff. pro Soc.*

Metus cessat in iudicio. *leg. 1. Cod. de his qui propt. met. iud. non appell.*

Metus cessat in instantis vel futuri periculi causâ mentis trepidatio. *l. 1. §. metus. ff. quod met. caus.*

Metus & necessitas exceptionis causam parant. *l. si cum. §. in hac. ff. eod.*

Metus iustus est crudelis hominis. *leg. 3. ff. de mort. caus. don.*

Metus accedens actui purgatur per actus iteratione. *Bald. tract. schism. 20. col.*

530. Metus non præsumitur, vbi interuenit decretum iudicis. *Bald. l. 1. C. de præd. Cur. lib.*

Metus non præsumitur, vbi interuenit præsentia coniunctorum. *l. transactionem, C. de transact.*

Men-

Metus viciat aditionem. *Bart. leg. si metus. d. de acq hered.*

Metus accedens venditioni non impedit præscriptionem rei vendit. *M. DD. l. 3 ff. quod met. caus.*

Metus reddit contractum ipso iure nullum. *gl. & Bal. l. 3. Dod. eod.*

Metus iustus infertur etiam ex vultu Superioris. *Alex. l. 1. ff. eodem.*

Metus quæstio dirimitur iudicis arbitrio. *Inn. c. cùm dilectus quod met. caus.*

Metus iustus dicitur, qui ex factis, non ex verbis infertur. *Bal. l. metum ff. eod.*

Metus iustus dicitur ex iniuriâ illatâ meo domestico. *Card. clem. 1. de exprest. prælat.*

Metus regulariter non reddit actum nullum. *cap. 2. quod met. caus.*

540. Metus non præsumitur in filio se obligante pro patre in contractu. *Bal. l. filiusfam. C. de fideiuss.*

Metus iustus facit cessare actionē quod metûs causa. *Bar. l. si mulier. ff. quod met. caus.*

Metus non præsumitur propter paritatē personæ. *c. Lotharius. 31. q. 2.*

Metus non præsumitur ex eo, quod quis det magnum quid pro modico. *Bar. l. interpositas ff. de transact.*

Metus Principis vitiat actum. *Bald. c 1. de pac. Const.*

Metus tacitus probatur ex qualitate personarum. *Alex. l. 1. ff. quar rer. act non det.*

Metus excusat ab intimatione. *Card. clem. causam. §. §. verum. de Elect.*

Metus excusat etiam sine protestatione. *ibid.*

Metus magis habetur ex præsentiâ quàm ex absentiâ Superioris. *Alex. leg. si cùm dotem. §. eo autem. ff. solut. matrim.*

Metus præcedens actum presumitur per seuerare. *Bal. l. 1. C. si quis aliq. test. prohib.*

550. Metus de se & de suis par est. *Bart. leg. 1. Cod. de ind vid. toll.*

Me-

Metus præsumitur in iuramento, qui fuit in contracto iurato. *l. fin. C. ad Vell.*

Metus mortis dicitur iustus, licèt mors non sit secuta. *leg si quis fumo. §. pen. ff. ad l. Aquil.*

Metus iustus infertur ex armis. *l. 3. §. qui armati. ff. de vi & vi armat.*

Metus iustus probatur etiam ex præsumptionibus. *Ang. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quar. rer act.*

Metu factum retractatur multipliciter. *l. nec timore. ff. quod met caus.*

Metus consideratur ex instanti periculo, *leg metum. Bart. ff. eod.*

Metus non dicitur, nisi ab aliquo inferatur. *ibid.*

Metus probatur per duos testes. *Bal. l. nostram. in fi. Cod. de testib..*

560. Metus nocet emtioni. *l. Et qui sub imagine. C. de distr. pignor.*

Metus nuptiis contrarius est *l 1. C. si quacunque prad. pot.*

Metus non præsumitur ex sola contrahentis dignitate. *leg. ad inuidiam. C. de his quæ vi met caus.*

Metus probatur atrocitate facti, non iactationibus, *l. metum. C. eod. tit.*

Metus tollitur consensu nouo superueniente. *leg. pen. Cod. de sponsal.*

Metus leuior tenet fœminam, quam masculum. *Bertaz. consult. decis. cons. 148. nu 5. lib. 1.*

Metus probatur ex carceratione. *Menoch. de arb. Iud. quæst. cas. 136.*

Metus illator tenetur rem restituere & dolo cauere. *l. metum. §. Iulianus. ff. quod metus causa.*

Metus probatur ex signis violentiæ. *DD. cap. super. hoc. de renunciat.*

Metus iustus vel iniustus excusat à culpa occidendi. *gloss. l. sed et si. ff. ad l. Aquil.*

570. Metus iustus sufficit, licet eius effectus non sequatur. *gloss. & Bart. l. habitatores. § fin. ff. quod metus caus.*

Metus vanus non excusat. *Spec. de Appell. §. 2. Vers. 38.*

Metus non excludit consensum regularitet. *Gail. lib. 2. obs. 93. nu. 4.*

Metus præcedens lætitia non purgatur. *ibid. nu. 32.*

Metus præcedens purgatur per copulam. *ibid. nu. 27.*

Metus non præsumitur in contractu facto ex interuallo. *Bart. l. interpositas. C. de transact.*

Metus terribilis excusat. *Bal. l. eam quam. C. de fidei com.*

Metus exceptio debet opponi, etiamsi constet de eo. *Bart. l. si vnus. § pactus. ff. de pact.*

Metus accusationis non dicitur iustus. *l. accusationis. Cod. quod met. caus.*

Metus iustus dicitur, vbi est iusta suspicio. *Bal. l fin. Cod. de iur. delib.*

580. Metus turpitudinis maior, quam mortis bonis viris esse debet. *l. isti. § quod si dederit. ff. quod metus caus.*

Metus ratione limitatur generaliter dictum. *Clem. 1. de fer. compet.*

Metum, aut turpitudinem in contractu commissam purgat spontanea solutio sequens. *l. 2. C. quod met. caus.*

Metum alienum alterius præmium esse non oportet. *leg. item si cum exceptione. § aliquando. ff quod metus caus.*

Metum iustum inducit cruciatus corporis. *l. si donationis. C. de his quæ vi met. caus.*

Metum sibi inferri timens potest implorare officium iudicis, ne inferatur. *Bar. l. fin. ff. eod.*

Metu alieno nemo tenetur, nisi commodum sentiat. *leg. si quis alius. ff. eod.*

Metu hereditatem adiens, duobus remediis iuuatur. *leg. si mulier. § fin. ff. eod.*

Metu promissa dote, non nascitur obligatio. *ibid. § 3.*

Metu fieri non dicitur, quod iussu magistratus fit in iudicio. *l. cum non solum. C. de bon. quæ lib.*

590. Metu impellens seruum vt vim faciat infamis fit. *leg. seruos. C. ad l. Iul. de vi pub.*

Metu pœnarum homines retrahuntur à delictis. *l. seruum. C. de ser. fugit.*

Metu gesta sunt irrita. *Port. cons. 48. nu. 14.*

Metu interpositæ transactionis ratæ non habentur. *l. interpositæ. C. de transact. deliber.*

Metu non fit, quod ciuiliter fit. *Bal. l. cùm aliquis. C. de iur.*

Metu cessante cessat permissio concessa causâ metûs. *Bal. l. 1. C. de naut fœn.*

Meum firmius est, quod ex virtute meâ habeo, quâ quod aliundè *gl. & Bar. l. si quid in bello. ff. de capt. & postl.*

Meum dicitur, quod à me vindicari potest. *leg. stipulatio. §. hoc quoq. ff. de V. Oblig.*

Meum dicitur id, quod quæsiui per præscriptionem. *Alex. l. indebiti. §. sed si nummi. ff. de condict. indeb.*

Meum dicitur, quod mihi commune est cum altero. *l. pupillus. §. fin. ff. de V. signif.*

600. Meum est, quod mihi debetur. *l. si me. ff. si certum petatur.*

Meum est, quod occasione rei venit. *l. si eum. ff. cod.*

Meum est, quod ex re mea nascitur. *l. solum. ff. de rei vend.*

Meum pleno iure dicitur, quod prohibitum est alienari. *Bald. l. Voluntas. C. de fidei commiss.*

Meum est, quod amplius meum fieri non potest. *§. sic itaq. inst. de Action.*

Meum dicitur iurisdictione vel proprietate. *gloss. §. 1. Vers. communia. instit. de rer. diuis.*

Meum est id, in quo nudam proprietatem & alius vsum. *ib.*

Meum quod non est, non possum tibi auferre. *l. fin. Cod. de secund. nupt.*

Meum & tuum ex iniustitia prouenerunt. *Rouill. de iust. & iur. c. 1. part. 2.*

Meum ex vna causâ, non potest meum ex alia causâ fieri. *Felin. c. inter dilectos. nu. 7. de fi. instrum.*

610. Meum esse intelligitur, quod sub meo nomine positum apparet. *Baldus. l. Gallus. nu. 2. ff. de lib. & posth.*

Meum & tuum dicitur, quod potest vendicari. *l. si legatus. §. 1. ff. ad Trebell.*

Meum est, quod pro parte meum est. *l. Iulianus ff. de iudic.*

Meum inuito me ad alium transferri non potest. *l. inciuili. C. de R. vendic.*

Meum quod non eſt, non eſt ſtatim tuum. *leg. fin. C. de rei vendic.*

Meum dicitur, quod bona fide poſſideo. *leg. ſi mulier. ff. ad Velleia.*

620. Mea res magis mea fieri non poteſt. *§. ſic itaque. Inſt. de act.*

Mea res eſt propria, cuius habeo actionem. *l. 1. §. biduum. ff. quand. appell. ſit.*

Mea res ſub conditione mihi poteſt legari. *leg. mea res. ff. de condit.*

Menſurator agrorum cogitur ad tutelam. *Bar. l. geometra. ff. de Excuſ. tut.*

MI.

Miles in puncto mortis quis creari poteſt. *Bald. l. 1. col. 9. C. de dig. lib.*

Miles eſſe poteſt pupillus. *Bald. l. fin. C. de teſt. milit.*

Miles pupillus teſtari nequit. *ibid.*

Miles non poteſt reuocari de Emphyteuſi. *Io. And. t. potuit. de locat.*

Miles diſcedere à ſignis ſine periculo non poteſt. *l. pen ff. ex quib. cauſ. maior.*

Miles non fit falsâ electione, ſed receptione in numerum. *l. ex eo tempore ff. de teſt. mil.*

Miles ſoluit, in quantum facere poteſt. *l. miles. ff. de re iud.*

Miles accuſare poteſt, ſi ſuam ſuorumque iniuriam perſequatur. *l. non prohibentur. C. de his, qui accuſ. non poſſ.*

Miles agricolas procurare, non euertere debet. *leg. fin. Cod. de locat.*

10. Miles armis, non priuatis negotiis debet occupari. *leg. milites noſtras. C. eod.*

Miles defenſor eſt libertatis. *l. ab hoſtib. C. de poſtlim. reuerſ.*

Miles eâdem lege conuenitur, quam ſibi tribui poſtulauit. *l. ratas manere. C. de reſcind. vend.*

Miles poteſt contrahere nuptias ſine vllâ ſolennitate. *leg. à caligato. C. de nupt.*

Miles paciſci poteſt de renunciatione fori. *l. pen. C. de pact.*

Miles ſui iuris eſſe creditur. *l. in teſtamento. C. de teſt. mil.*

Mi-

Miles vtitur iure talionis. *l. ratas. C. de reſcind. vend.*

Miles teſtari poteſt in puluere. *l. milites. C. de teſt. mil.*

Miles poteſt teſtari in clypeo literis ſuo ſanguine rutilantibus. *ibid.*

Miles poteſt teſtari in vaginâ literis ſuo ſanguine rutilantibus. *ibid.*

20. Miles poteſt eſſe teſtis in teſtamento ad pias cauſas. *Auth. ſimiliter. C. ad l. Falcid.*

Miles tutor eſſe non poteſt, licet velit. *l. ab adminiſtratione. C. de legat.*

Miles vinculis iuris non ſubiicitur in factione teſtamenti. *l. 3. C. de teſt. mil.*

Miles incidit in pœnam. *Bar. l. ſi quis in tantam. C. vnd. vi.*

Miles pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedere poteſt. *l. ſi miles. ff. de teſt. mil.*

Militis teſtamentū ſola voluntate perficitur. *l. miles. ff. eod.*

Milites in expeditione degentes poſſunt teſtamenta facere, quomodo voluerint, nulla iuris ſolennitate ſeruatâ. *l. milites. C. de teſt. milit.*

Miles torqueri non debet, nec pleibeiorum pœnis ſubiici. *l. milites. C. de quæſt.*

Miles adulterii damnatus infamis eſt. *leg. 2. §. 3. ff. de his qui not. infam.*

Miles domi exiſtens, pro pagano eſt. *l. ab hoſtibus. §. 2. ff. ex quib. cauſ. maior.*

Miles in numeros non relatus, militari priuilegio vti non poteſt. *l. ex eo tempore. ff. de teſt. milit.*

30. Miles veteranus liberatur à tutelâ. *l. ſed & milites. ff. de Excuſat.*

Miles abſens eſt reipublicæ causâ durante expeditione. *l. 1. C. quib. non obiicit. long. temp. præſcript.*

Miles abſens voluntariè, non iuuatur aduerſus præſcriptionem. *ibid.*

Miles aggreſſor nocturnus impunè poteſt interfici. *l. 4. C. ad l. Corn. de ſicar.*

Miles armatæ militiæ curator eſſe non poteſt. *leg. 4. C. qui dar. tut.*

Miles armatus conductor esse nequit alieni prædii. *l.1.C.in quib.caus.milit.*

Miles armatus potest esse mercator, *ibid.*

Miles armorum vsum omittens ad rusticum opus se conferre non debet. *l.milites. C.de locat.*

Miles condemnatus ciuiliter non amittit stipendia. *l.4.C. de exec rei iudic.*

Miles conducens alienas possessiones punitur. *leg. fin. Cod. de locat.*

40. Miles damnatus ob flagitium militare, potest testari de rebus castrensibus, *leg. & mulieribus. Cod. de test. milit.*

Miles desertor depopulans agros interfici potest à priuatis propria authoritate. *l.1. C.quand. lic. vnic.*

Miles desertor militiæ, si moriatur, crimen soluitur, *leg. 1. C.si Reus vel accus.*

Miles falso aliquid astruens sub imperatorio nomine, tenetur falsi. *l.nolumus C.de testam.*

Miles fidus accipit ab imperatore renumerationem. *l.pen. C.quand.prouoc.non est necess.*

Miles filium aliquem nominans in testamento eum heredem non facit. *l si cùm vel in vtero. C.de test.milit.*

Miles ignominiosè missus, priuilegio non vtitur. *l.milites. C.de quæstio.*

Miles insidians prætereuntibus impunè potest interfici. *l. 4.C ad l.Corn.de sicar.*

Miles liberans carcere rerum monetæ, punitur capitaliter. *l.1.C de falsi.*

Miles togatus potest esse conductor prædii alieni. *l.1. C.in quib.caus. milit.*

50. Miles togatus mercator esse nequit. *ibid.*

Miles transfuga ad hostes à quolibet impunè potest capi & resistens interfici. *l.1.C.quand. lic. vnic.*

Miles adimere hereditatem nuda voluntate potest. *leg. in fraudem. §.1.ff de test.mil.*

Miles præfertur aliis creditoribus etiam anterioribus in cuntâ pecuniâ suâ. *gl.l.ideoq.ff.qui pot.in pign.*

Mi-

Miles non debet hospitari in domo religiosâ. *gloss. Authpriuilegia. C. de Episc. & cler.*

Miles vendens arma & equos, cum quibus promisit se pugnaturum, punitur pœna capitis, & perdit testamenti factionem. *Bald. l. militibus. C. de test. mil.*

Miles non compellitur bonis cedere. *Abb. cap. 1. de clerico. agrat.*

Miles cœlestis non potest esse procurator. *gloss. l. filius familias. §. Veterani ff. de procur.*

Miles concubinæ suæ donare vel legare nequit. *Cyn. l. 2. C. de Donat. inter vir & vxor.*

Miles non punitur vt plebeius. *gloss. & Bart. l. 3. §. 1. ff. de re milit.*

60. Miles etiam vulneratus non debet à castris discedere sine licentia. *Bald. l. 1. C. quib. non obiic. long. temp. præscr.*

Miles conuentus ex causa negociationis non gaudet priuilegiis suis. *Bal. l. 1. C. in quib. cauf. milit.*

Miles potest habere duas hereditates, castrensem & paganicam. *DD. l. 1. C. de test milit.*

Miles ad sacros ordines promoueri potest. *gloss. cap. præsens. 2. quæst. 2.*

Miles in commeatu agens non videtur reip. causâ abesse. *l. 1. ff. de re mil.*

Miles præsumitur citius errare, quam delictum committere. *Alex. cons. 104.*

Miles non liberatur à patria potestate. *Bald. l. si maritus. C. de patria potest.*

Miles se gerens pro milite, qui non est, tenetur pœnâ falsi. *l. eos. §. qui se. ff. de fals.*

Miles potest esse procurator in rem suam. *Bart. l. qui stipendia. C. de procur.*

Miles non potest esse arbiter. *l. militem. C. eod.*

70. Militis effectu carens caret etiam priuilegio. *l. scriniarius. C. de test. mil.* (*vend.*

Militis pecuniâ emptum eius est. *l. si vt proponis. Cod. de rei*

Militis portio communis rei à socio alienari nequit. *l. 4. C. de com. rer. alien.*

Militis voluntas in expeditione pro iure seruatur. *l.1.C.de test mil.*

Militis contumacia est capitalis. *leg. omne. §. 2. ff. de re milit.*

Militis pactum de succedendo valet. *Gail. libr.2. obs. 127. num. 9.*

Militi debetur stipendium pro rata temporis, quo seruiuit, ideo moriens illud transmittit ad heredem. *leg.pen. C.de erog. mil an. lib.12.*

Militi relinquenda arma, Scholari libri. *Alc.l.nepos.n.11.ff. de V.sign.*

Militi commeatur dari potest ad res proprias componendas. *l.1.C.in quib.cauf.milit.*

Militi nefas est negotiari. *l.vn.C.neg.ne mil.*

80. Milites alendi sunt à republ. *l.milites nostros C.de locat.*

Milites arma magis, quàm iura scire existimantur. *l. fin. in pr C.de iur.delib,*

Milites armis semper exercitandi. *l. 2. §. & vnumquemq. C.de off.præf.prat.Afric.*

Milites diuagari non debent à castris. *ibid.*

Milites circa limites inimicorum conseruandi sunt. *l.4.C. de off.mil.iud.*

Milites fungi non debent officio executoris. *L.in criminali. §.1.C.de iur.om.iud.*

Milites iudicem habent magistrum militum. *l.magisteria. C. eod tit.*

Milites iurare debent, se esse Christianos. *l.nemo militet.C. de Episcop. aud.*

Milites lustrari debent arbitrio iudicis militaris. *l.4. C.de off. mil. iud.*

Milites numeris & signis suis debent iugiter inhærere. *leg. milites C.de locat.*

90. Milites operari non debent. *ibid.*

Milites non subsunt præfecto vrbi. *l.1.C.de off.mag.mil.*

Milites restituuntur reuersi ex militia, si quid interim damni passi sunt. *l.3.C.de restit.mil.*

Milites statuendi pro magnitudine hostium. *l.2. §.3.& 4. C.de off.prat.Afr.*

Mi-

Milites templi sunt exemti ab oneribus. *Bart. l.2. C.de his qui non impleu.stip.sacr. lib 10.*

Milites templi possunt testari, *Io. And. add Specul.Rub.de pec.cler.in fi.*

Milites non dicuntur priuati. *leg. quisquis. Cod. ad l. Iul. maiest.*

Milites non dicuntur nobiles, nisi milites Romani. *l.1,C. de equest.dign.lib.12.Cast.cons.228.*

Milites maris habent sibi lucrum castrense,sicut terrestres. *Bald.l.cum oportet.C.de bon.qua liber.*

Milites debent esse periti in armis,non in legibus. *Bald. l. final.C.de iur,delib.*

100. Milites si non sunt in expeditione, non sunt priuilegiati. *Sichard.cons.test.1.nu.50.*

Milites sunt infames,quibus insignia detrahuntur.*Spec.de Aduoc.§.2.V.praterea.*

Milites ideò militant, vt omnibus rebus sint vtiles. *Auth. vt neq.miles.coll.8.*

Milites ab omni bellorũ tumultu defendere debent remp. à qua aluntur,*l.milites.C.locat.*

Milites stipendia licitè accipiunt.*l.1.& 2.C.de re mil.*

Militum alii armatæ militiæ,alii legatæ.*l.1.C.in quib,caus. milit.*

Militum interest,contractus suos iure factos ratos esse & manere.*l.ratas.C.de rest.vend.*

Militum prætextu non debet quis commoda propria quærere.*l.illicitas.§.ne quid.ff.de off.præsid.*

Militum magistro creditur de suo milite. *Spec.de prob.§.3. Vers.hoc quoq.*

Militum numero non computamur vxores eorum & medicus.*Bart.l.administrantes.ff.de excus.tut.*

110. Militum priuilegia non extenduntur ad Notarios etiã immatriculatos.*Bal.l.scrinarios C.de testam.milit.*

Militum tribus non gaudet priuilegiis militum, nisi sit miles.*Bar.l.quod constitutum.ff.de testam.milit.*

Militibus ex publico ærario necessaria debent exhiberi. *Port.cons.107.n.7.*

Digitized by Google

Miliare vulgare est dinumerandum secundum consuetudinem & vulgarem computationem loci illius territorii. *ibid. n.* 8.

Miliaria legaria viginti faciunt diætatem legalem. *l. mille passus. ff. de Verb. signif.*

Miliaria sunt in iure duplicia legalia & vulgaria, *Hen. Goden. cons. 12. in pr.*

Militans DEO non debet se implicare negotiis secularibus. *c. 1. ex. ne cler. vel mon. sac. se immisc.*

Militans Imperatori pars corporis eius esse censetur. *leg. quisquis. C. ad l. Iul. maiest.*

Militare non est peccatum. *23. q. 1. in pr.*

Militaris disciplina regi omnia seruat. *cap. dicat aliquis. 23. quæst. 5.*

120. *Militaris* Expeditio causa est militaris priuilegii. *l. fin. C. de test. milit.*

Militatis munus est executio mera. *c. fin. de iud.*

Militari dignitati non conuenit illi cita postulare. *Bald. leg. pen. C. de com. rer. alien.*

Militarem disciplinam non contemnit, qui ignorauit militem. *gloss. l. si ignorans. ff. locat.*

Militari manu quandoque prætores edicta sua debent tueri. *l. 3. in pr. ff. ne vis fiat ei qui in poss.*

Militare priuilegium non datur limitaneis, & stationariis. *Gail. lib. 2. obs. 118. nu. 13.*

Militare propriis stipendiis nemo tenetur. *Calcan. cons. 180. nu. 6.*

Militare priuilegium datur militibus in discrimine belli positis. *Gail. lib. 2. obs. 118. n. 17.*

Militare priuilegium causatur ex militum imperitiâ & simplicitate. *ibid. nu. 7.*

Militari potest quouis tempore, etiam die feriato. *l. pen. ff. de fer.*

130. *Militaria* alienari non debent ad Ecclesiastica vel pias causas. *l. nec ex sacra. C. de SS. Eccles.*

Militia armata fori habet priuilegium. *leg. nullum. Cod. de testibus.*

Mi-

Militia deportatione adempta, restitutione non recuperatur. *l. generalis. C. de sent. poss.*

Militia Ecclesiastica mutari potest in ciuilem. *l. certissimè. §. 4 in fi. C. de Episcop. aud.*

Militia empta ex pecuniâ creditoris, est creditori obligata. *l. fin. C. de pig. & hypoth.*

Militia hereditaria ad heredes transmitti potest. *ibid.*

Militia cessat cessante lucro. *l. 4. C. de ex. rei iud.*

Militia nihil aliud est, quàm feudum. *Afflict. prælud feud. num. 31.*

Militia nobilitat, tribuit priuilegia & immunitates. *l. 1. C. de tyronib. lib. 12.*

Militia simplex non est dignitas. *leg. fin. Cod. qui militare possess.*

140. Militia non est dignitas. *leg. si quis in conscribendo. C. de pact.*

Militia concernit corpus. *Bart. l. 1. Cod. de dign. lib. 12.*

Militiæ occasione quæsitum fit castrense. *Eman. Mend. cast. repet. l. cum oportet. nu. 142. C. de bon. quæ lib.*

Militiæ desertor stipendium non habet. *Anchar. cons. 116. num. 6.*

Militiæ obrentu quis non debet fieri durior. *leg. 4. §. non omnis. ff. de re mil.*

Militiæ exercitium Reipub; quies. *Chassan. cons. 66. num. 9.*

Militiam detrectare, quàm appetere est grauius delictum. *ibid. §. qui post.*

Militiâ defunctus tenetur rationes reddere apud iudicem militarem. *l. 2. C. vbi de ratiocin.*

Mille testes conscientia. *Nouell. const. 7. c. 3.*

Mille passus à continentibus ædificiis faciunt vnum miliare legale. *ibid. nu. 10.*

150. Mimæ non debent induere habitum virginum Deo dicatarum. *l. 4. C. de Episc. aud.*

Minantem mihi mortem licet interficere. *Sich. l. 2. n. 3. C. quand. lic. vnicuiq.*

Minæ dicuntur quando mors non instat, secus in metu mortis. *Bart. l. si donationis, C. quod met. caus.*

Mi-

Minæ faciunt præſumi mandatum. *Bald. leg. 1. Cod. de ſeru. fugit.*

Minæ officiales inducunt iuſtum metum. *Bald. leg. 1. C. in princ. C ſi quacunque prædia poteſt.*

Minæ non præſumuntur in obligatione filii facta pro patre in contractu. *Bald. l. ſi filius fam. C. de fideiuſſ.*

Minæ maris faciunt iuſtum metum. *leg. metum. Cod. quod met. cauſ.*

Minæ potentum metuendæ. *Bald. l. non eſt veriſimile. §. ſi iuſto. ff. eod.*

Minæ cauſæ ſunt iuſti timoris in ſolito exequi. *laſ. l. 1. C. de ſer. fugit.*

Minæ oſtendunt animum delinquere volentis. *Bertazol. deciſ. conſult. conſ. 103. n. 11. lib. 1.*

160. Minæ faciunt iniuriam minato. *Idem conſ. 108. n. 1.*

Minæ eluſoriæ non ſunt timendæ. *leg. ſi quis. §. planè. ff. de pet. her.*

Minæ ſufficientes faciunt iuſtum metum. *leg. metus. ff. ex quib. cauſ. maior.*

Minæ faciunt indicium. *Decian. conſ. 104. n. 2. V. 3.*

Minimus defectus formæ viciat actum. *Dec. conſ. 536.*

Minima quæque facti varietas, reformat ius. *l. interpoſitas. C. de tranſact.*

Minima pars non dicitur tertia. *Bal. l. cum oportet. §. cum a. C. de bon. quæ lib.*

Minima cauſa dicitur quæ eſt minor. *ibid.*

Minima res non comprehenditur in generalitate verborũ. *c. non licet. 15. q. 2.*

Minima conſideranda non ſunt. *l. ſcio. ff. de in int. reſt.*

170. Minimæ rei nomine competit actio. *in princ. Inſt. de vi bon. raptor.*

Minimum dicitur ex qualitate rei. *Bart. l. ſocio ff. de in integ. Reſtit.*

Minimum eſt ſequendum. *Dyn. c. in obſcuris. de Reg. iur.*

Minimum damnum reſarciendum eſt. *l. ſi proprietarius. ff. de damn. infect.*

Minimum in delictis eligendum. *l. abſentem ff. de pœn.*

Mi-

Minimum non curat lex. *l. ſcio. ff. de reſt. in indig.*

Minimum quod eſt, in dubio cenſetur eſſe in legato. *l. minimis ff. de leg 3.*

Minimum relationem habet ad maius. *l. vbi a. ff. de V. O.*

Minimè præſumitur, aliquem eligere viam ad ſua iudicia ſubuertenda. *l 3. ff. de teſtam. milit.*

Minimè eſt vniuerſalis negatiua. *Bal. l. ſi infanti. C. de iur. deliber.*

180. Minimè oportet Ius Ciuile calumniari, nec verba eius captari. *l. pen. ff. ad exhib.*

Minimè ſunt mutanda, quæ interpretationem certam habent. *Coler. deciſ. German. conſ. 98. n. 10.*

Miniſter iudicis dicitur emptor. *Bald. l. ſi tuis. Cod. de oper. libert.*

Miniſter nudus non ſentit commodum. *l. Lucius. §. à te. ff. de leg. 2.*

Miniſter præſumitur, qui ſtipulatur pro alio. *l. cum quis. §. nuptura. ff. de legatis 3.*

Miniſter conſcius criminis Læſæ Maieſtatis, reus eſt maieſtatis. *l. quisquis. §. pen. C. ad l. Iul. maieſt.*

Miniſter monetæ falſæ punitur capitaliter. *leg. 1. Cod. de crim. ſtell.*

Miniſter nudus gerendo non obligatur. *l. 4. C. quod cum eo qui in alien. pet.*

Miniſter non quærit ſibi dominum, licet precium numerauit. *l. 3. C. ſi quis alt. Vel ſibi.*

Miniſter eſt is, qui facit aliquid iuris authoritate. *Bald. l. 3. nu. 11. ff. de iuſt. & iur.*

190. Miniſter Dei eſt, qui malos percutit in eo, quod mali ſunt. *c. qui malos. 23. q. 5.*

Miniſtri ſtatorum crudelitatem ſuam accuſatoribus vendere non debent. *l. 1. C. de cuſtod. reor.*

Miniſtri fruuntur priuilegio domini, quoad forum. *Pet. Heig. quæſt. Iur. Ciu. & Sax. q. 25. n. 22. Vol. 2.*

Miniſtro creditur in facto ſibi commiſſo. *Specul. de teſte. §. 7. Verſ. patet ergo.*

Miniſterium iudicis non eſt neceſſarium, vbi lex eſt certa, & ope-

& operatur suum effectum. *Bal. l. adolescentiæ. C. in quib. caus. in integ. rest.*

*Minister*ium depositum ab eodem iterandum non est. *leg. Nemo. C. de Assess.*

*Minister*ium exhibitum per longum tempus seruum non facit. *l. scientis. C. de ingen. man.*

*Minister*ii nudi est donare. *l. pen. C. qui test. fac. poss.*

*Minister*ii triennalis priuatio est pœna Ecclesiastica. *Nou. constit. 123. cap. 20.*

*Minister*ia sacra in priuatis locis fieri non debent. *Nouell. const. 131. cap. 8.*

200. *Minor* vendens potest conueniri de Euictione, sed potest restitui. *l. 1. C. de fideiuss.*

Minor non potest reconueniri. *Bal. l. in momentanea. C. qui legit. pers. stand.*

Minor citatus debet comparere legitimè. *Bald. l. 1. Cod. qui pet. tut.*

Minor capitur & carceratur pro debito. *Ang. l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. 11.*

Minor pro delicto potest torqueri. *Bal. c. item sacramenta. de pac. iur. firm.*

Minor tenetur de delicto in committendo. *Cast. cons. 20.*

Minor testatur sine autoritate curatoris. *Bart. l. Aurelio. §. Caius ff. de lib. leg.*

Minor potest codicillari & donare mortis causa. *Bal. l. 1. in pr. ff. de tutel.*

Minor. 25. ann. non potest testari. *Spec. de testam. §. 2.*

Minor contrahit, si sit industriosus, & non præsumitur læsus. *gl. & DD. l. 1. C. qui & op. quos.*

210. *Minor* compromittendo præsumitur læsus. *Bar. l. si minor filio. §. minores. ff. de minor.*

Minor non habens curatorem potest contrahere legitimè. *l. si curatorem. C. de rest. in integ.*

Minor potest promittere cum consensu eius, de cuius bonis promittit. *Bal. l. fin. C. de pact.*

Minor ad alienandum non potest obligari. *Bart. l. si ad resoluendam. C. de præd. min.*

Mi-

Minor renuncians hereditati paternæ, sibi non præiudicat. *Bal. l. si maior. C. de dol.*

Minor sine decreto non potest vendere fundum Emphyteuticum. *Spec. de locat. §. 6. V. 9. & 10.*

Minor potest repudiare sine solennitate Statuti. *Castrens. conſ. 11.* (*nupt.*

Minor in malis moribus non restituitur. *Bald. l. 1 C. de sec.*

Minor restituitur aduersus renunciationem litis. *gl. & Bal. l post quam liti. C. de pact.*

Minor nec alienare, nec alienationi consentire potest. *l. aliud est vendere. ff. de reg. iur.*

220. Minor maiorem adoptare non potest. *l. si pater fam. §. 3. ff. de adopt.*

Minor omittere potest restitutionem impetratam. *l. si quis Titio. ff. de minorib.*

Minor obligatur, quatenus est factus locupletior. *l. Iure naturæ. ff. de reg. iur.*

Minor accusare nequit sine curatore. *l. 4. C. vbi pub. educ.*

Minor accusati potest sine curatoris autoritate. *ibid.*

Minor actionem remittere nequit sine curatore. *l. 2. C. eod.*

Minor adire potest omissam hereditatem. *l. 1. C. si vt omiss. hered. vel bon. poss.*

Minor admitti potest ad bon. poss. omissam. *ibid.*

Minor non restituitur aduersus lucrum odiosum. *l. auxilium ff. de minor.*

Minor magistratus à maiore, vt quilibet priuatus, potest distingui. *l. nec magistratibus. ff. de iniur.*

230. Minor magistratus maiori cedere debet. *c. quæ contra §. fin. dist. 8.*

Minor authoritas, non tollit maiorem. *Auth. Nauigia. C. de furtis.*

Minor est defectus causæ agentis, quàm patientis. *Mol. extricat. 3. labyrinth. nu. 115.*

Minor alit debet pro modo facultatum. *l. 2. Cod. de alim. pupill præstand.*

Minor cauere idoneè nequit. *l. 3. C. de V. signif.*

Minor citari potest cum curatore in negotio publico. *l. 3. C. si propt. publ. pensit.*

Mi-

Minor consilium petere debet à cognatis bonæ opinionis. *l. pietatis. C. de suspect. tut.*

Minor indiget curatoris consilio. *l. 4. C. de Auth. præst.*

Minor debitum liquidum remittere non potest, *leg 3. C. de in lit. iur.*

Minor potest creari decurio vrgente necessitate. *leg 1. C. qui & aduers. quos.*

240. Minor potest donare causâ redimendi ab hoste. *leg. prædia. C. de præd. & alijs reb.*

Minor non potest donare immobilia nedum cum decreto. *l 3. C. si maior fact. alien.*

Minor potest accusari homicidii. *l. si quis te reum. C. ad leg. Cornel. de sicar.*

Minor non debet locupletari cum alterius iacturâ. *l. prædiorum. C. de præd. & al. reb.*

Minor obligatur ex mutuo à tutore accepto, si in rem eius versum est. *l 3. C. quand ex fact. tut.*

Minor non potest transigere sine decreto super prædiis suis. *l 4. C. de præd. & al. reb.*

Minor non potest sua prædia sine decreto vendere. *ibid.*

Minor restituitur, si deceptus est. *leg. ait prætor. §. 3. ff. de minor.*

Minor ætas inspicitur de momento ad momentum. *l. 3. §. 3. ff. eod.*

Minor delinquens habetur pro maiore. *l 4. Cod. de auctor. præst.*

250. Minor delicti capax non habet impunitatem. *l. impunitas. C. de pœn.*

Minor destitutus iustâ defensione & auxilio curatoris condemnari nequit. *leg. si præses. Cod. quomod. & quand. iudic.*

Minor diligens & prudens si in actictus publicis probatur, non præsumitur læsus. *leg. 1. Cod. qui & aduersus quos.* (*red.*

Minor heres, potest desinere esse heres. *l. 4. C. de repud. he-*

Minor inuitus curatorem accipere tenetur ad lites. *l. 1. Cod. quipet. tut.*

Mi-

Digitized by Google

Minor à nobis quod expauescit, hoc nobis maior dominus minatur. *l. rem non nouam. C. de iud.*

Minor excusatur à dolo præsumto. *l. vbi. ff. de Edend.*

Minor non præsumitur ex præterito in præsenti. *Specul. de actio. seu pet. §. 2. Vers. quid ergò.*

Minor in delictis non restituitur. *l. 1. C. si aduers. dol.*

Minor non est idoneus sui defensor. *leg. si minor. ff. de bon. Auth. iud. possi dend.*

260. Minor fauor eliditur maiore. *DD. leg. Diuus. ff. de in int. rest.*

Minor quatuordecim annis non habet vocem. *Alex. l. Lucius. §. imperator. ff. ad Municipal.*

Minor non potest in iudicio conuenire suos creditores. *leg. clarum ff. de autor. præstand.*

Minor non potest exigere, sed potest recipere solutionem à sponte soluente. *l. 2. C. de adminis. tutor.*

Minor cum iuramento potest stare in iudicio. *gloss. & Bart. Auth. Sacramenta. C. si aduers. vendit.*

Minor potest agere in causa matrimoniali. *gloss. c. si annum. de iud. lib 6.*

Minor in iudicio absque curatoris autoritate stare nequit. *l. clarum. C. de autor. præst.*

Minor. 25. annis iudex esse nequit. *leg. cum lege. ff. de recept. arb.*

Minor læsus restituitur, licet non dolo aduersarii læsus sit, sed sui facilitate. *l. minorib. C. de in int. rest.*

Minor imbutus literis sumptibus tutoris in studiis alitus præsumitur. *l. 2. C. de alim. pub præst.*

270. Minor non habet personam legitimam standi in iudicio. *l. 2. C. qui legit. pers. stand.*

Minor numerus, vbicunque maiorem denumerat, semper maior inest ei. *l. fideiussor. ff. de solut.*

Minor gaudet priuilegiis furiosi. *gloss. l. 2. C. de cur. fur.*

Minor facilitate sua labi præsumitur. *l. 1. ff. de minor.*

Minor representatur, maior virtute iuramenti. *Ioseph. Lud. Assis. decis. 54. num. 3.*

Minor Doctor Iuris non restituitur, *ibid. decis. 55. nu. 26.*

Minor dicitur medium inter nimium & paruum. *Bart. l. qui Lancem. ff. de aur. arg. leg.*

Minor in maiorem non habet imperium, *l. 3. ff. de arbitr.*

Minor publicatis atteſtationibus regulariter reſtitui debet, vt teſtes producere poſſit, *Bar. l. 1. ff. de op. nou. nunc.*

Minor. 25. annis non admittitur ad teſtimonium in cauſis criminalibus. *l. in teſtimonium. ff. de teſtib.*

280. Minor pœna ſublimioribus, quam humilioribus imponitur. *l. 3. §. fin. ff. de adult.*

Minor ætas, quicquid videt, ignorat. *l. vn. C. de falſ. mon.*

Minor eſt armorum tuitio, quàm religionis. *l. 3. §. 3. Cod. de his, qui ad Eccleſ. confug.*

Minor reſtituitur aduerſus venditionem validam. *Bart. l. ſi res pupillaris. ff. eod.*

Minor neſcit quid vtile ſit. *l. fin. C. de repud.*

Minoris iuramẽtum facit eum maiorem fictè. *Sich. Auth. ſacramenta puberum. n. 45. C. ſi ad vend.*

Minoris ratificatio reconciliat contractũ in minore ætate celebratum, eumque reddit efficacem. *leg. 1. Cod. ſi mai. fact.*

Minoris defenſor in iudicio ſi causâ cadat, non reſtituitur. *l. minor 25. ann. ff. de minor.*

Minoris reſtitutio eius fideiuſſori quandoque prodeſt. *leg. 3. & 4. ff. eod.*

Minoris reſtitutio non prodeſt fideiuſſori, niſi ob dolum aduerſarii. *ibid.*

290. Minoris commodum non impedit abſentia curatoris. *l. neque tutoris. C. de cont. & committ ſtipul.*

Minori non currit præſcriptio 10. vel 20. ann. vel minoris temporis. *l. fin. C. in quib. cauſ. in int. reſt.*

Minori etiam pupillo currit præſcriptio legalis inchoata cum defuncto, ſed datur reſtitutio, *l. 1. C. ſi adu vſu.*

Minori cauſæ præiudicat maior. *Speculat. de incid. quæſt. Verſ. porro.*

Minori ſumma ineſt maior. *l. ſi vnus. ff. de pactis.*

Minori committens ſua negotia ſibi ipſi imputet. *leg. cùm mandatu. §. ergò ff. de minor.*

Minori non nocet curatoris colludium, *l. meminerint. §. i. C. vnde vi.*

Minori tutò solui non potest, nisi autoritate iudicis. *l. frustra. C de admin. tut.*

Minorem summam recipiens, præsumitur remittere maiorem. *l cum quidam. §. dites. ff. de vsur.*

Minorem esse vel maiorem non esse sunt disparia. *Spec. de excepti. §. 4. in princ.*

300. Minorem ætatem allegans debet eam probare. *Mant. de coniect. vlt. Vol. lib. 5. tit. 9. n. 10.* (*fideiussor.*

Minore restituto eius fideiussores restituuntur. *l. 1. Cod. de*

Minores 25 annis heredes scripti non tenentur vindicare mortem testatoris ab aliquibus interfecti. *l. minoribus. C. de his quib. vt indig.*

Minores reguntur auxilio curatorum ad 25. annum. *l. 1. §. 3. ff. de minor.*

Minores errantes corrigi possunt à propinquis & senioribus nisi atrocitas facti requirunt vltiorem publicam. *l. 1. C. de Emend. propinq.*

Minores ligantur consuetudine & facto populi. *Innoc. cap. grauem. de sent. excommunic.*

Minores debent maioribus obedientiam exhibere. *cap. à subdiacono. 93. dist.*

Minores restituuntur, cùm læduntur, aliàs non. *Bar. l. non omnia ff. de minor.*

Minores non debent accusare maiores. *c. clericus. 2. q. 7.*

Minorum appellatio est restitutio minorum. *leg. præses. ff. de minor.*

310. Minorum bona in subhastatione debent distrahi. *leg. ait prætor. §. quæsitum. ff. de minor.*

Minorum successores restituuntur, *l. minor a. ff. eod.*

Minorum sententiæ maiores damnate non possunt. *c. in tantum. 21. dist.*

Minoribus auxilium ferre debet magistratus ob fragile & infirmum ætatis consilium. *l. auxilium. ff. de min.*

Minoribus ætas in damnis subuenire, non in rebus prosperè gestis obesse consueuit. *l. non eò minus. C. de procur.*

Minoribus permissum est ius ignorare. *l. regula. ff. de iur. & fact. ignor.*

Minoribus succurrit prætor, non maioribus. *leg. 3. ff. de minor.*

Minoribus præferuntur maiores in scriptura. *Specul. de rescript. præsent. §. 5. Vers. porro.*

Minuit autoritatem varietas. *Bertaz. cons. 82. num. 24. libr. 1.*

Minus autem comparatum ad maius habet rationem boni. *c. iurauit. 22. q. 4.*

Minus est argumentum quàm suspicio. *Presp. Farianac. de tort. lib. 1, tit. 5 q. 36. n. 261.*

320. Minus est argumentum quàm præsumptio. *ibidem. num. 260.*

Minus offerens postponitur plus offerenti. *l. cùm constitutio. §. pen. C. de test. man.*

Minus petere licet in iudicio, quæ tamen petitio non nocet. *l. 2. §. 1. C. de plus petit.*

Minus petitio non nocet veritati, idcoque iudex ad veram quantitatem respicere debet. *ibid.*

Minus poscendum non est in contributionibus quàm necessitas imperauit. *l. omnes. C. de oper. publ.*

Minus continetur in maiori sed non econtra. *c. plus. de R. I. libr. 6.*

Minus principale non nouat maius & nobilius. *l. qui vsumfructum. ff. de Verb. Oblig.*

Minus est esse stultum quam insanum. *Fulu. Pac. de prob. lib 1. cap. 43. n 13.*

Minus tribuit, qui nihil tribuit. *leg. illud. §. 1. ff. de tribut. act.*

Minùs delinquens, minùs est puniendus. *Ceph. cons. 272. num. 108.*

330. Minus vitiat inepta expressio, quã omissio. *Bart. l. demonstratio falsa. C. de condit. & demonst.*

Minus est consentire, quam facere damnum. *l. si pater. ff. de damnum. vind.*

Minus est habere actionem quàm rem. *l. minus. ff. de R. I.*

Mi-

Minus est ius ad rem quam in re. *cap. fin. ext. de conces. præbend.*

Minus soluit, qui tardius soluit. *si cui. ff. de Verborum signif.*

Minus prouidetur diuiti, quàm pauperi. *l. 8. § si in annos. ff. de transact.*

Minus est famam alicuius, quam vitam lædere. *l. si adulterium. §. liberto. ff. de adult.*

Minus etiam dicitur, quod nihil est. *l. illud. ff. de trit. act.*

Minus fauetur actioni quàm exceptioni. *leg. 3. Cod. de cond. ma.*

Minus fauetur ætati quàm libertati. *l. 3. ff. de priuil. cred.*

340. *Minus* malum existit, viam Domini non cognoscere, quàm post agnitam retroire. *cap. quidam. Ext. de Apostat.*

Minus solutum intelligitur, etiamsi nihil esset solutum. *l. minus ff. de V. signif.*

Minus & maius non faciunt diuersas species. *Zas. respon. sing. lib. 1. cap 2.*

Minus legitimè facta non sunt in consideratione. *Marsc. cons. 12. nu. 3.*

Minus quod est, videtur in contractibus promissum. *l. inter stipulantem. ff. de V. O.*

Minus precium esse videtur, si nec dimidia pars veri precii soluta sit *l. 2. C. de rescind. vend.*

Minus malum de duobus malis eligendum est. *c. duo mala. 13. dist.*

Miraculosum est omne ratum. *§. 1. Auth. de Consul.*

Miraculum est, quicquid raro accidit *gloss. l. legimus. dist. 83. § itaque. Auth. de consul.*

Miracula quandoque fiunt & per malos homines. *gl. c. fin. de relig. & ven. sanct.*

350. *Miracula* diuina sunt admiranda, non in exemplum humanæ actionis trahenda. *c. fin. 4. q. 3.*

Miser est pastor, qui gloriatur luporum laudibus. *cap. nihil. 83. dist.*

Miser est agricola apud milites. *l. fin. C. de loc. & conduct.*

Miserum est, eum fieri magistrum, qui nunquàm fuit discipulus. *c. miserum. 61. dist.*

Miserum sine herede decedere. *§. 1. Inst. quib. man. non lic.*

Miserrimum est fame mori. *Sich. rubr. C. de pignor. & hypothec. n. 24.*

Miserabilis fideiussorum conditio. *Franc. de fideiuss. cap. 5. num. 149.*

Miserabilis est, qui nihil in bonis habet. *Ias. l. si constante. n. 144. ff. sol. mat.*

Miserabiles personæ non possunt renunciare priuilegio. *Bald. l. 1. C. quand. imper. inter vid.*

Miserabiles personas debet iudex ex officio tueri. *Specul. de off. iud §. 7 in pr.*

360. Miserabiles personæ, si conueniantur, possunt iudicium declinare. *Specul. de reo. V. item.*

Miserabiles personæ non debent trahi in ius extra prouinciam. *l. si contra. C. quand. Imp int. pup.*

Miserabiles personæ quæ sunt, est in arbitrio iudicis. *DD. l. 1. C. quand. Imp. inter pup. vel vid. cog.*

Miserabiles personæ dicuntur pupilli, viduæ mulieres virum non habentes, & infirmi. *ibid.*

Miserabiles personæ dicuntur esse sub protectione Ecclesiæ. *c super quibusdam. de V sign.*

Miserabilibus personis legata facta dicuntur pia. *Specul. de instr. edit. §. 14. V. scias.*

Miserabilibus personis iura sunt æquissima. *l. 1. C. quand. Imp. int. pup. vel vid.*

Miserendum mulieris propter obsequia & partûs periculum. *l. assiduis. C eod.*

Miseratio in sene locum habet. *ibid. §. sed vl.*

Miseratione ætatis pœnam minuit iudex. *leg. auxilium. ff. de minor.*

370. Misericordia communis est vsus. *Spec. de inst. Edit. §. 14. Vers. sæpè etiam.*

Misericordia DEI ignoscit quotidianis hominum peccatis. *l. Imperialis. in pr. C. de nupt.*

Misericordia DEI non perditionem vult, sed conuersionē. *Nouell. constit. 77. in pr.*

Mi-

Misericordia intempestiua in re alienâ, datus est præsumptus. *l. si hominem. ff. depos.*

Misericordia facit, vt quid permittatur, quod aliàs nō permitteretur. *l. legem Anastasii. C. de nat. lib.*

Misericordia est in misericors, vni parcere, & omnes in discrimen adducere. *Damhoud. prax. crim. cap. 61. n. 5.*

Misericordia est adhibenda per iudicem in pœnis & correctionibus. *Spec. de off. ordin. §. 3. in fin.*

Misericordia est Christus, quem negat, qui misericordiam negat. *7. q. 1. c. omnis.*

Misericordia & pietas sunt virtutes, quæ laudes & fauores merentur. *Corn. cons. 296. Vol. 4.*

Misericordiæ Dei mensuras non possumus ponere, nec tẽpora definire. *Spec. de rest. in integ. §. 4.*

380. Misericordiæ causâ data interdum repetuntur. *l. patrem. C. de nupt.*

Misericordiæ causâ partum exponens, illum enecare videtur. *l. 4. ff. de agnosc. lib.*

Misericordiæ opera possunt exerceri quolibet die indistinctè. *Spec. de fer. §. 2. Vers. potest autem.*

Misericordiam vetans sententia non valet. *Spec. de sent. §. 8. Vers. item est nulla.*

Misericordiâ indigni non sunt, qui alieno laborant vicio. *l. legem. C. de nat. lib.*

Misericordiâ sunt indigni, qui alieno laborant vicio. *leg. legem. C. de nat. lib.*

Misericordia potior est quàm victima. *cap. tua & cap. trin. 45. dist.*

Misericors non est, qui viciis nutriendis parcit. *c. qui vicia. 23. q. 5.*

Missilia fiunt occupantis. *§. hoc amplius. Inst. de rer. diuis.*

Missio in possessionem datur ex primo decreto etiam pro seruitutibus. *Bart. l. is cuius. ff. si seruitus vendic.*

590. Missio vim Cautionis habet. *l. post quam. §. Imperator. ff. vt legat. nom. cau.*

Missio in perpetuum carcerem est meri Imperii, gradûs maioris. *DD. l. iubere ff. de iurisdict.*

Missio in poss. ex secundo decreto non fit in bonis pupilli, donec ad tempora pubertatis veniat. *l. apud Iulianum. ff. ex quib. caus. in poss. eat.*

Missio in possex primo decreto non acquisitionem dominii, sed prætorii pignoris inducit. *l. in possessionem. C. de bon. auctor. iud. possid.*

Missio in possessionē hereditatis fieri debet, vbi est maior pars hereditatis. *l. 1. C. vbi de hered. agi. oport.*

Missio in possessionem pro plus debito vitiatur in totum. *Bald. l. certi. §. quoniam ff. de cond. indebit.*

Missio in poss. pendente protestatione est ipso iure nulla. *Bald. l. 2. C. Ne vxor pro marit.*

Missio in possessionem ex secundo decreto transfert dominium. *Rom. cons. 454. gl. l. sed si res. ff. com. diuid.*

Missio in possessionem debet prius, quam incarceratio intentari contra debitorem. *Angel. l. nemo. C. de Exact. tribut. lib. 11.*

Missio in possessionem debet fieri causâ cognitâ. *Bart. leg. meminerint. C. vnde vi.*

400. Missio in possessionem feudi danda & petenda est. *Bald. c. 1. de succ. feud.*

Missio in possessionem interrumpit præscriptionem etiam longissimi temporis. *l. mora. C. de rei vendic.*

Missio in possessionem ex causa legati constituit pignus. *Bart. l. qui legati. C. vt in possess. leg.*

Missio in possessionem peti debet etiam per heredem hæredis. *Bald. l. 2. ff. de pet. hared.*

Missio ex secundo decreto non habet locum in realibus. *Bald. l. 2. C. vbi in rem actio.*

Missio in possessionem parte non citatâ non valet. *Spec. de 1. & 2. decreto. §. iam de effectu. Vers. quid si iudex.*

Missio in possessionem est meri imperii. *leg. iubere. ff. de iurisdict.*

Missio ex primo vel secundo decreto competit iure magistratus. *Alex. ibid.*

Missio ex primo decreto est reuocabilis. *Innoc. c. quærenti. de offic. deleg.*

Mi-

Missio ne fiat non potest appellari. *Bart. l. quisquis. C. quor. appell non recip.*

410. *Missio* in primo decreto causat pignus in re. *Bart. l. si is qui. ff. de pign.*

Missionis in Rem tenebrosissimus error abrogatur. *l. 3. §. 2. C. Com. de legat.*

Missus in possessionem authoritate iudicis est confirmandus parte citata. *Bart. l. 3. C. de pign.*

Missus in possessionem potest renunciare missioni, & cedere. *Suar. Auth. ei qui. C. de bon. Auth. iud. poss.*

Missus ex secundo decreto non tenetur stare colono. *Alex. & Bart. l. si filio. §. fin. ff. solut. matrim.*

Missus ex re iudicata fit possessor. *Coler. de process. execut. part. 3. cap. 12. n. 84.*

Missus ex re iudicata vsucapit. *ibid num. 91.*

Missus possidet pro suo. *Coras. l. si finita. §. Iulianus. nu. 10, ff. de dam. infect.*

Missus in poss. si reus intra annum veniat, fructus non lucratur. *c. quoniam. Ext. vt lit. non contest.*

Missus in poss. causâ rei seruandæ pignus prætorium & custodiam consequitur. *leg. si postquam. Cod. qui pot. in pig hab.*

420. *Mistio* materiarum communionem non facit, si separari possunt. *l. lacus. §. 1. ff. de acq. rer. dom.*

Mistio specierum facit communionem. *Bal. §. quod Inst. de rer. diuis.*

Mistura in actionibus misti inter reales & personales seruatur idem, quod in realibus. *Bertach. repert. part. 3. fol. 112. col. 1. ad fin.*

Mistura non potest fieri sine rei vicio. *Hen. Goden. cons. 6. num. 10.*

Mistus casus non comprehenditur sub simplici prohibitione. *l. vim passam. ff. de adult.*

Mistum seu compositum debet ab eo denominari, quod est dignius. *c. quanto. de iud.*

Mistum non comprehenditur sub simplici, in materiâ odiosa. *c. nullus. de temp. ord. lib. 6.*

Mistum denominatur ab eo, de quo magis participat & incaleſcit. *l. quæritur ff. de ſtat. hom.*

Miſtum ex duobus eius naturam ſibi adſciſcit, quod ſibi vtilius eſt, & fauorabilius ex altero ſuorum ſimplicium. *l. 1. C. de rei vx. act.*

Miſtum eſt ex duobus ſimplicibus compoſitum. *l. Imperium ff. de iuriſdict.*

430. *Miſtum* continetur ſub ſimplicibus. *l. 2. ff. de V. O.*

Miſta ſeparari nequeunt. *leg. 1. §. idem ait ff. de aqu. quot. & eſtiu.*

Miſta naturam ſuorum ſimplicium ſequantur. *l. ideò. §. voluntas ff. de acq. rer. dom.*

Miſtorum poſitio ſequitur ad poſitionem ſimplicium. §. *omnium. Inſt. de act.*

Mitius agitur cum lege quam cum homine. *gloſſ. & DD. l. Celſus ff. de arbit.*

Mitius agitur cum eo, qui fictè delinquit, quam cum eo, qui verè delinquit. *Bald. l. 3. C. de ſer. fugit.*

Mitius punitur affectus in delicto, quam effectus, id eſt, delictum conſummatum. *ibid.*

Mitius punitur motus ad actum, quam actus conſummatus. *Capoll. de ſeru. fugit. nu. 11.*

Mitius punitur delictum ſponte confitentis. *Natt. conſ. 254. num. 13.*

Mitius tractatur qui conſentit, quam qui agit. *l. vtrum. ff. ad l. Pomp. de parricid.*

440. *Mitius* eſt cum eo agendum, qui minus deliquit. *Bald. l. 7. §. in actionibus. nu. 2 ff. de his, qui not. infam.*

Mitius agitur cum lege, quam cum miniſtro legis. *gloſſ. l. Celſus ff. de arbitr.*

Mitius puniendum eſt delictum ſine dolo commiſſum. *Theſaur. deciſ. 13 nu. 4.*

Mitius agendum eſt cum iis, qui conueniuntur ex facto alieno, quam ex delicto proprio. *Bald. l. 1. C. de cond. furt.*

Mitior lege homo non debet eſſe. *Auth. de iud. §. oportet.*

Mitiſſimam partem ſequi debemus in pœnalibus. *l. in interpretatione. ff. de pœn.*

Mi-

Mittens nuncium propriè dicitur facere. *l. pater. ff. de manum. vind.*

Mittere in poss. non licet antè sententiam latam. *l. 1. Cod. de Execut. rei indic.*

Mittere in possessionem potest iudex competens. *l. si bona. C. de bon. autor iud. possid.*

Mitti in possessionem bonorum seruandorum causâ possunt creditores. *leg. 15 cui legatorum. §. 2. ff. vt in possess. legat.*

450. Mitti in possessionem si quis velit, contradictorem citari facere debet. *l. 1. C. si de mom. possess fuerit appell.*

Mixtum imperium extra territorium etiam de partium consensu, delegari nequit. *Bald. l. fin. C. de Edict. Diuus Adrian. toll.*

MOE.

Mœnia ædificari & refici debent omnium sumptibus. *l. ad portus. C. de oper. publ.*

Mœnia ædificari debent ex collatione incolarum & Ordinum vrbis. *l. omnes. C. eod.*

Mœnia reparari debent ex reditibus fundorum reipubl. *l. nè splendidissima. C. eod.*

Mœnia noua per priuatorum terras fabricata, eorum vsui deseruire debent. *l. turres. C. eod.*

Mœnianum priuatū distare debet ab alio priuato decem pedes. *l. mœniana. C. de ædif. priuat.*

Mobilis res vsucapitur triennio. *l. vnic. C. de vsucap.*

Mobilis res etiam sine titulo longo tempore non præscribitur. *Cast. l. si puerum. C. in quib. caus. cess. long. temp.*

Mobilis rei furtū facilè fit. *l. rem alienam. ff. de contr. empt.*

Mobilis rei possessio furandi causâ contrectata etiam ab ignorante perditur. *l. si rem mobilem. ff. de acquir. possess.*

10. Mobilis rei possessio facilè amittitur. *l. si rem mobilem. ff. de acq. possess.*

Mobiles res deponuntur, non immobiles. *l. 2. C. quand. & à quib. quart. pars. lib. 12.*

Mobile cohærens immobili, censetur immobile. *Auth. de non alienand. vbi gl. & Angel. §. hic ergo. collat. 2.*

Mo-

Mobilia distrahenda sunt ante immobilia. *l. cum non solum §. 4. C. de bon. qua lib.*

Mobilia vsucapiuntur, non præscribuntur. *leg. 2. C. in quib. caus. cess. long. temp. præscript.*

Mobilia non possidentur pro diuiso. *Bart. l. Pomponius. La. 2 ff. de Re. vend.*

Mobilia bona sequuntur personam. *leg. mercatores, Cod. de commerc. Alex. cons. 92. Vol. 4.*

Mobilia respiciunt personam, immobilia territorium. *Gail. lib. 2. obser. 124. nu. 18.*

Mobilium appellatione non veniunt reditus, seruitutes vel quasi, iura vel nomina, quæ immobilibus comparatur. *Specul. de Restit. spoliat. §. 2. V. sed adhuc.*

Mobilium possessio habetur pro vili & abiectâ. *Coler. de proces. execut. part. 2. c. 3. nu. 241.*

20. Moderamen debet præcedere cum iusta causâ. *Paris. cons. 12. nu 194. Vol 2.*

Moderanda est dilatio secundùm locorum distantiam. *l. 1. C. de dilat.*

Moderatio mater omnium virtutum *c. 1. de off. custod.*

Moderatio respicit tantùm diminutionem, non augmentum. *c. vlt. de V. signif.*

Moderatio dilationum habet vim interlocutoriæ, & potest fieri parte absente. *Innoc. c. ad petitionem de accusat.*

Moderator in re propria quilibet est. *l. in re mandata. Cod. mandat.*

Moderatum quod est honestæ personæ præstandum est. *l. si curatores C. de admin. tut.*

Modestia, quam leges commendant seruanda est. *l. decernimus. C. de Epist. & cleric.*

Modestia est, per quam pudor honestatis puram & stabilem comparat authoritatem. *Cardol. Clement. 1. de cel. miss.*

30. Modestus tacit, qui refert, quàm qui iurat. *l. illud. ff. de const. pec.*

Modicitas precii facit contractum vsurarium. *gl. c. conquestus. de vsur. Guid. Pap. 180. n. 1*

Mo-

Modus vt impleatur, debet indistinctè caueri. *Bar. l. quib. §. Termilius ff. de cond. & dem.*

Modus agendi vel excipiendi diligenter est inspiciendus. *Inn. c. duaum. de Elect.*

Modus dicitur esse de formâ sententiæ. *l. cùm eorum. Cod. de sent.*

Modus dicitur esse de famâ commissionis. *ibid. Bal.*

Modus est adiacens determinationi non dispositioni, sed eius executioni. *Bal. l. pen. C. de cond. insert.*

Modus excedit, quando excedunter fines mandati seu iuris. *Inn. c. super. de offic. deleg.*

Modus largo modo dicitur conditio. *Abb. c. cùm Iohannes. de fid. instrum.*

Modus est temperantia in dicto. *Card. clement. 1. de stat. monach.*

40. Modus est temperantia in facto. *ibid.*

Modus legato adiectus si impleatur, non inducitur agnitio legati. *Bal. & Alex. l. 1. ff. de cond. ob caus.*

Modus excedit in executionibus. § *plus. Inst. de Act.*

Modus si excedatur in executionibus, potest appellari. *l. ab executore. ff. de appell.*

Modus vbique tenendus. *Harpprecht. Instit. de rer. diuis. §. fer. num 25.*

Modus potius præsumitur, quàm conditio. *Mont, de coniect. vlt. Vol. lib. 10 tit. 5. n. 12.*

Modus mixtus deficiens per casum non nocet. *Vasq. de controu. illust. lib. 3. cap. 93. n. 25.*

Modus & conditio in effectu æquiparantur. *l. 1. Cod. de his quæ sub mod.*

Modus in omni re obseruandus. *Omphal. de vsurpat. leg. lib. 1. c. 20. nu 1.*

Modus non spectatur, dum modò habeatur effectus. *DD. l. si seruus ff. de Verb. Obl.*

50. Modus à lege constitutus dicitur à formâ legis esse. *l. cùm eorum. C. de sent. & int.*

Modus agendi potius considerandus, quàm ipsum factū. *Bal. l. seruus ff. de his qui not. infam.*

Mo-

Modus omnis annexam habet conditionem. *l quib. duob. §. fin. ff. de cond. & dem.*

Modus est seruandus ac si esset conditio. *Decianus conf. 70. num. 3. Vol. 3.*

Modus non est attendendus, dummodo habeamus effectum. *Port. conf. 55 num. 12.*

Modus magis attenditur, quàm quantitas. *Mol. consu. Paris tit. 1. §. 1. n. 56.*

Modus adiectus contractui, contractus non suspendit. *leg. cum ab eo. ff. de contrah. empt.*

Modus insertus fauore solius accipientis non reddit actum modalem, sed liberum. *l. sed si mors ff. de donat. int. vir. & uxor.*

Modus ibique seruandus. *l ex damni. ff de damno inf.*

Modus deficiens, si non stat per implere debentem, non vitiat legatum. *l. 1. C. ad SC. Turpill.*

60. Modus donationis debet impleri, alias reuocatur donatio. *L. 1. C. de bon. quæ sub mod.*

Modus incertus concludi debet certo fine. *l. generaliter. C. de inst. & subst.*

Modus legitimæ liberorum adiectus pro nullo est. *l. quoniam. C. de inoff. test.*

Modus pollicitus, si non adiciatur, non vitiat testamentū. *l. pen. C. de instit. & substit.*

Modus sententiæ latæ seruandus est, si non est appellatum. *l. cum eorum. C. de sent. & interloc.* (priuat.

Modus visitatus seruandus est in ædificiis. *leg 1. C. de ædific.*

Modus pro conditione seruatur in vltimis voluntatibus. *l. 1. C. de his quæ sub mod.*

Modus honestus seruandus est, non immoderata cuiusque luxuria. *l. ex damni §. 1. ff. de damno infect.*

Modus non curatur, quando constat de effectu. *l. 3. Cod. de inst. & subst.*

Modus vbique laudandus. *Spec. de aduoc. §. 6. Vers. modus.*

70. Modi omissi causa sententia est nulla. *Spec. de sent. §. 8. Vers. item est nulla.*

Modum administrationi diuisio tutelæ facit. *l. inter tutores. ff. de administ. tut.*

Mo-

Modicus ſumptus eſt diuiti contumelioſus. *l. atqui. §. iudicem. ff. de Relig. & ſumpt. fun.*

Modicus error in principio fit maximus in fine. *Gul. Mayner. in proëm. reg. iur. num. 11.*

Modus in muliere ornatus eſt argumentum pudicitiæ. *Royt. deciſ. Lituan. 3 n 50.*

Modici tempori mora non eſt in conſideratione. *l. ſi in lege. §. colonus ff. locat.*

Modici temporis caritas non inſpicitur. *l precia rerum. §. fin. ff. ad l. Falcid.*

Modici, qui eſt patrimonii, tutelam affectus ſe intelligitur. *l. ſpadonem. §. eſt aut. ff. de Excuſ.*

Modico æue præſenti magis ſumus contenti, quàm futuro. *l. cùm hi. in pr. ff. de tranſact.*

Modico de præſenti magis contenti ſumus quàm de futuro *l. cùm hi. in pr. ff. de tranſact.*

80. Modicum quod non eſt, dicitur grande. *leg. fures ff. de minorib.*

Modica quantitas dicitur vſque ad duos aureos. *Bart. leg. ſi oleum. §. meritò. ff. de dolo.*

Modica non curatur impenſa in actione de dote. *l. omnino. ff. de impenſ. in res dotal. fact.*

Modica raſura non viciat inſtrumentum. *Ant. de Butr. c. ex literis. ad fin. de fid. inſtrum.*

Modica iniuria videtur remiſſa. *l. 2. ff. de adim. leg.*

Modica corporis deformitas non impedit promouẽdum. *c. Thomas. de corp. vic. Ordin.*

Modica expenſa pertinet ad vſufructuarium, magna ad proprietarium. *Sich. l. eum ad quem. C. de vſufr.*

Modica pecunia non dicitur res ardua. *Purpurat. conſ. feud. 20. num. 1.*

Modica ſubreptitio non viciat reſcriptum. *Grau. conſ. 172. num. 17.*

Modica injuria pro nulla habetur, neque actionem iniuriæ gignit. *c. cùm te. de ſent. & re iud.*

90. Modica coactio præcedentis temporis patientiâ & perſeuerantiâ ſequentis penitùs profligat. *c. fin. qui cler. vel vou.*

Modica refectio pertinet ad vsufructuarium. *l. hactenus. ff. de vsufruct.*

Modica mutatio facti mutat ius. *Fulu. Pacian. de probat. lib. 1. c. 21. num. 30.*

Modica facti diuersitas diuersam iuris inducit constitutionem. *l. iurisiurandum. §. pen. ff. de iureiur.*

Modica alteratio non denominatur infirmitas. *Bal. c. cùm adeò. de rescript.*

Modica læsio non facit dari restitutionem in integrum. *Spec. de rest. in int. §. 2. V. & scias.*

Modica incommoditas non curatur. *l. habitatores. ff. locat.*

Modicæ solennitatis omissio non vitiat. *leg. 1. in fin. ff. de vent. inspic.*

Modicæ rei non debet quis sustinere magnam actionem. *Specul. de feud. §. 2. Vers. 22.*

100. Modicæ & præsumptiuæ probationes sufficiant in iudiciis possessoriis. *Bar. l. 2. § vlt. C. vbi in rem act.*

Modicum damnum æquo animo ferre debet colonus. *l. si merces. § vis maior. ff. locat.*

Modicum damnum non facit recedi à iure communi. *Spec. de locat. § 6. V. vt a.*

Modicum reputatur pro nihilo. *c. reuera. dist. 2. de consu.*

Modicum distans nihil distare videtur. *Zas. l. quodcumq. §. sicuti. n. 5. ff. de V. O.*

Modicum fermenti totam massam corrumpit. *Authen. de Menoch. § cogitandum.*

Modicum non inducit fraudem & dolum. *Alex. cons. 99. nu. 19. Vol. 5.*

Modicum indicatur arbitrio iudicis. *Afflict. decis. 73 nu. 2. l. continuus. ff. de V. Oblig.*

Modicum tempus post condemnationem reis indulgendum ad soluendum. *l. si debitori. ff. de iud.*

Modicum dicitur respectu personarum. *gl. & Bart. l. sed etsi. §. ff. de iudic.*

110. Modicum tempus dicitur esse decem dierum. *Bart. l. promissor. §. 1. ff. de const. pecuniâ.*

Modicum impedimentum non curatur. *Asin. de iud. §. 7. ampliat. 59. nu. 11.*

Mo-

Modicum non curandum. *l. scio. ff. de in integ. restit.*

Modicum incrementum non debet mouere iudicem. *Specul. de rescript. præsent. §. 9. V. item quæritur.*

Modica quædam præstantur ratione rei. *l. vsufructu. §. 2. ff. vsufruct.*

Modicitas causæ facit omitti solennitatem iuris. *Specul. de tur. cal. §. 2. Vers. quod si causa.*

Moles grauissima & dura reducenda ad mediocritatem. *l. eos qui principali. C. de vsur.*

Molestia & controuersia idem sonant. *Imol. & Cum. l. Lucius. §. tres heredes. ff. ad Trebell.*

Molestia omnis iuramẽto perimitur. *l. 3. §. 1. C. de cont. tut.*

Molestia de facto dicitur extraiudicialis. *Alex. l. amplius. ff. rem ratam haberi.*

120. Molestia iudicialis est, quandô in iudicio infertur. *ibidem.*

Molestare dicitur, qui malo animo molestat. *Alex. cons. 52. V. 2.*

Molendinum conducens, vt illud teneatur reaptare, ad id semel tantum conductor tenetur. *Bald. l. licet. C. Loc.*

Molendinum habenti in parte superiori licet recolligere aquam tempore siccitatis inuito domino molendini inferioris. *Bart. l. quo minus. ff. de Flumin.*

Molendinum dicitur prædium rusticum potius, quàm vrbanum. *Bald. l. certi iuris. q. 4. C. Locat.*

Molendinum castri venit in concessione castri cum pertinentiis suis. *Alex. l. 3. in pr. ff. de acq. poss.*

Molendinum non dicitur illud, in quo molæ nondũ sunt impositæ. *Bal. c. 1. §. si quis de cont. inuest. in vsib. feud.*

Molendinum nouum in flumine construi non potest in p̃iudicium alterius veteris, non diruti insta existentis. *ib.*

Molendinum nouum fieri non potest per eum, qui habebat ius aquæ pro vno molendino. *Bar. l. non modus. Cod. de seruit.*

Molendinum in flumine publico nauigabili ædificari non potest sine licentiâ principis vel superioris. *Alex. cons. 193. Vol. 2.*

130. Molendinum conducens, & promittens reaptare illud, liberatur per primam reaptationem. *Alex. conſ. 15. Volum. 4.*

Molendinum habens in flumine non poteſt aquam retinere, ne fluat ad molendinum inferius. *Alex. conſ 164. Vol. 2.*

Molendinum in ripa fluminis poteſt affigi & ligari, ſi vſus nauigationis non impediatur. *Bald. Rub. ff. de Rer. diuiſ.*

Molendinum affixũ domui venditæ cedit venditori cum domo. *Mar. Soc. conſ. incipit.*

Molendini faciendi priuilegium intelligitur ſcilicet ſine præiudicio tertii habentis aliud. *ibidem. leg. ſi quis. ff. de Aquæ ductu.*

Molendini cluſa rupta per curſum aquarum in totum vel in partem, non præſcribitur per poſſeſſorem. *Bald. & Ang. l. ſi ſeruitutes ff. de ſeruit.*

Molendini habendi in flumine publico ius præſcribitur tanto tempore, quod non ſit memoria in contrarium. *Bal. l. lapilli 29. ff. de rerum diuiſio.*

Molendino deſtructo facit remitti penſionem, quæ pro ipſo ſoluebatur. *Bart. l ſi merces. §. vis maior. ff. locat.*

Mollis animus in iudice eſſe non debet. *l. fin. C. de compenſ.*

Momentum moriendi vitæ potius quam morti attribuitur. *l. ea demum. C. de collat.*

140. Momento eodem fieri dicitur, quod fit in vna verborum conceptione, non quod in duabus. *Bar. l. fundus ff. de acq. poſſ.*

Momento ædificium fieri non poteſt. *leg. fin. C. de contr. & commit ſtip.*

Momenta ſingula non requiruntur ad poſſeſſionem vel habitationem continuam. *leg. ſi quis ita. ff. de cond. & dem.*

Momentaneus actus non attenditur. *Bald. c. cum cauſa. de re iudic.*

Momentanea poſſeſſio dicitur, quæ parum poteſt manere penes poſſidentem, quia ſtatim poteſt agi contra ipſum iudicio poſſeſſorio. *l. non videtur. ff. de acq. poſſ.*

Mo-

Monachatio liberat filium à patria potestate. *gloss. leg. si ex causa. §. Papinianus. ff. de min.*

Monachus non potest conuenirri rei vendicatione. *Bal. l. à possidentib. C. de rei vend.*

Monachus carcerari non potest ob debitum. *Bald. Auth. causa quæ. C. de Epis. & cler.*

Monachus executor testamenti potest conueniti coram Episcopo. *Bar. l. interdum. §. senator. ff. de iud.*

Monachus punitur carceratione non expulsione, nisi sit incorrigibilis. *Card. clem. 1. §. si qui. de priuil.*

150. Monachus non professus non potest eligi Abbas. *gl. c. officii. de Elect.*

Monachus non potest esse testis in iudicio sine licentiâ Abbatis. *c. monachi. 16. q. 1.*

Monachus diuagans amittit priuilegium monachatus. *l. generaliter. §. 1. C. de Epis. & cler.*

Monachus ingressus monasterium omnes res eius ei offert. *Auth. nunc a. C. eod.*

Monachus sine monasterio caret vitâ, vt pisces sine aqua. *l. generaliter. C. eod.*

Monachus etiam volens, non potest esse tutor vel curator. *Auth. presbyteros. C. eod.*

Monachus vagans in vrbibus monachus non est. *ibid.*

Monachus debet esse peritus sacrarum literarum. *Nou. constit. 5. in pr.*

Monachus deserens monasterium de clero expellendus est. *Nou. const. 5. cap. 4.*

Monachus quicquid acquirit, monasterio acquirit. *Auth. ingressi. C. eod.*

160. Monachus habetur pro mortuo, quoad actus ciuiles. *l. Deo nobis. C. de Epis & cleric. c. placuit. 16. q. 1.*

Monachus nec velle nec nolle habet. *Decisio. Rot. 4. num. 2. ant.*

Monachus non potest testamentum condere. *Auth. ingress. si. C. de SS. Eccles.*

Monachus habet funestam vocem, *Nep. de mont. alb. de testib. nu. 60.*

Monachus pro defensione sui monasterii vel abbatis etiã sine mandato agit. *Rot. decis. 334. in nou.*

Monachus missus pro vtilitate debet ali à monasterio. *Bal. l. etiam. C. mandat.*

Monachus per litis contestationem non fit dominus litis. *Card. in Clem 3. opp. 9. de procur.*

Monachus non potest accusare alium sine licentiâ Abbatis. *c. placuit. 2. q. 7.*

Monachus agens non potest condemnari in expensis, quia non habet proprium. *In. in c. reprehensibilis. de appell.*

Monachus recedẽs desinit esse ciuis. *Bart. l 1. ff. ad municip.*

170. Monachus recedens & reuertens potest eligi. *Abb. Oldrad. cons. 201.*

Monachus in diuersis monasteriis locum habere non potest. *Inn c. fin. de priuil.*

Monachus debet citari ad monasterium. *Bal. l. omnes. Cod. Episc & cler.*

Monachus non potest agere nomine proprio. *DD. c. cum dilecta. de Rescript.*

Monasterium ingrediens non dicitur sine liberis decedere. *Ioh. Auth. si qua mulier. C. sacrof. Eccles.*

Monachus nihil potest nisi licentia *Abbatis. cap. Monachi. 16. quæst. 1.*

Monachus non potest esse sine monasterio. *Bald. l. 1. Cod. omnium. de manum.*

Monachus nihil aliud est, quam solitarius tristis. *c. placuit. 16. quæst. 1.*

Monacho litigare indecorum. *Nou. 79. cap. 2.*

Monachum non facit habitus, sed professio regularis. *cap. porrectum. ext. de Reg. & transf. ad relig.*

180. Monachi monasterium relinquentes amittunt bona mobilia, non autem immobilia. *l. qui sua. C. de Episc. & Cler.*

Monachi peregrinãtes debẽt habere literas testimoniales. *l. si qua per calumniam. §. 2. C. eod.*

Monachi non debent conuersari cum monialibus. *c. peruenit. 18. q. 2.*

Monachi onera transeunt in monasterium. *Bart. leg. fin. ff. de Adopt.*

Monachi non debent se immiscere curis sæcularib. *Clem. 1. §. qui verò. de stat. Monachor.*

Monachi iurare solent per crede mihi *gl. l. quæ sub condit. §. 1. ff. de cond. & dem.*

Monachi non veniunt appellatione monialium. *Felin. c. quoniam in pr. de Simon.*

Monachi & clerici prohibentur postulare. *c. vlt. 5. q. 3.*

Monachi sunt mundo mortui. *leg. Deo nobis. Cod. de Episc. & Cler.*

Monachi vel clerici non possunt dari obsides. *l. 2. C. de pact.*

190. Monachorum appellatione venit Abbas. *Abb. & Card. clem. 3. opp. 3. de procur.*

Monachorum delicta ab Episcopis vindicanda. *l. addictos. C. de Episcop. aud.*

Monachorum curam debet abbas gerere. *ibid.*

Monarchismi professio morti magis quàm diuortio comparatur. *l. sancimus. §. 3. C. de Episc. & cler.*

Monachismi professione libertas acquiritur. *Nouell. const. 5. cap 2. §. 1.*

Monachismum ingressuri per triennium probandi sunt. *Nouell. const. 123. cap. 35.*

Monasterium est carcer pœnitentium. *Prepos. c. de Episc. 2. q. 1. nu. 3.*

Monasterium habetur loco sui heredis. *Cast. cons. primo.*

Monasterium dicitur filius adoptiuus. *Bal. Auth. nisi rogatus. in fi. C. ad Trebell.*

Monasterium tenetur ad onera monachorum. *Bar. l. fin. ff. de adopt.*

200. Monasterium habetur loco filii. *gloss. Auth. quæ mulier. C. de SS. Eccles.*

Monasteria degunt sub Episcopis territorium s-rum. *leg. monasteria. C. de Episc. & cler.*

Monasteria alienari non debent. *Nou. 7. cap. 1.*

Monasteriorum duorum abbas esse nequit *l. monasteria. C. de Episc. & cler.*

Monastica vita arctior est, quàm sacerdotium simplex. *Auth. si qua. C. de SS. Eccles.*

Monastica subiectio acquirit monasterio. *l. Deo nobis. C. de Episcop. & cler.*

Monendi sunt hi, quorum interest. *l. si eo tempore. C. de remiss. pign.*

Moneta consideratur respectu vsus & cursus. *cap. veniens. dist. 88.*

Moneta dicitur falsa, quando fit ex materiâ adulteriuâ. *Inn. c. quanto. de iureiur.*

Moneta dicitur iniusta, si fit cum excessu precii. *ibid.*

210. Moneta requirit bonitatem intrinsecam, artificis autoritatem, expendendi quantitatem commensuratam. *Innoc. c. quanto. de iureiur.*

Moneta debet esse talis in formâ, qualis in materiâ. *Bart. l. qui falsam. ff. de fals.*

Moneta debet tantum valere formata, quantum in massâ. *gl. l. 1 ff. de cont. empt.*

Moneta debet cudi publicis expensis. *Bar. l. qui falsam. ff. de fals. Inn. c. quanto. de iureiur.*

Moneta eadem debetur & mensura, quæ erat tempore cõtractûs. *c. principatus, 1. q. 1. l. 3 ff. si cert. pet.*

Moneta antiqua, quæ non expenditur, venit appellatione argenti, non alias. *Bar. l. Quintus. §. 1. ff. de aur. arg.*

Moneta cudi non potest in Ciuitatibus sine licentia Principis. *Bar. l. fin. C. de vet. num. lib. 11.*

Moneta falsa maiestatis crimen est, *l. 2. C. de fals. mon.*

Monetæ appellatione in Statuto venit vsualis currens in loco Statuti. *Spec. de solut. §. nunc aliqua.*

220. Monetæ reprobatio habetur pro casu fortuito. *Sich. l. ardendium. n. 7. C. si cert. pet.*

Monetæ diminutio stante morâ cedit damno debitoris. *Butr. c. quanto. de iureiur.*

Monetæ valor in vltimâ voluntate consideratur tempore dispositionis. *Oldr. cons. 31.*

Monetæ valor a Statutis attenditur tempore solutionis. *Bal. cons. 269. vol. 2.*

Mo-

Monetæ valor in sententiâ consideratur tempore sententiæ, non executionis. *Ros l. cùm quid. ff. si cert. pet.*

Monetæ qualitas & precii quantitas ex rerum valore declaratur. *Mart. Laud. cons 52. n. 4.*

Monetam falsam scienter expendens non dicitur donare. *Bal. l. 1. C. de cond indeb.*

Monetam falsam fecisse non dicitur, qui eam incepit cudere, sed non impressit formam. *Bal. l. 3. C. de naut. fœn.*

Monetam falsam detegens, quæ in sua domo vel agro, se ignorante facta, est, fit immunis. *l. 1. C. eod.*

Monetæ falsæ crimine condemnatus non appellat. *Spec. de appell §. 2. V. 29.*

230. Monetæ falsæ fabricator impubes non punitur. *Spec. de donat. V. quid si.*

Monetarum ius dicitur regale, pertinens ad Principem. *Bal. c. 1. 3. col. quæ sint regal.*

Monetarius falsus maiestatis reus est. *l. 2. C. eod.*

Monetarius falsus illico potest torqueri. *l. 1. C. eod.*

Monetarii falsi accusator afficitur. *l. 2. C. de fals. mon.*

Monialis excusatur à iuris ignorantiâ. *Decian. consil. 530. num. 10.*

Moniales possunt possidere in communi. *gloss. clement. 1. de relig. dom.*

Monitio iudicis requiritur, vt executores testamenti constituuntur in morâ. *Cast. cons. 145.*

Monitio pro consensu non habetur. *l. filiusf. ff. de tutel.*

Monitio debet vindictam præcedere. *c. digna 17. q. 2.*

240. Monitio iudicis vim habet peremptoriæ citationis. *l. 2. C. quomod. & quand. iud.*

Monitio non est necessaria, vbi dies apposita est. *Iac. Mandell. cons. 48. nu. 3.*

Monitio debet præcedere compulsionem. *c. sacro. de sent. excommu.*

Monitio debet præcedere accusationem. *Inn. c. super his nu. 4. de accusat.*

Monitio incerta & sine tempore est nulla. *Bertaz. decisiu. consult. lib. 1. cons. 93. nu.*

Monitio debet præcedere denunciationem. *Abb. cap. 2. de accuſ.*

Monitio & interpellatio debet fieri congruo & opportuno loco. *Io. de Anan. c. 2. de torneam. col. 2.*

Monitio heredi fieri debet ſecundum qualitatem iniunctæ executionis. *Bald. Auth. hoc amplius C. de fideicom.*

Monitio hæredi fieri debet poſt aditam hereditatem. *ibid.*

Monitio vbi eſt de ſubſtantiâ actus, ſola ſcientia non ſufficit. *Bar. c. ad hæc, 7. col. de pac. iur firm.*

250. Monitio ad intimandum vna ſufficit. *Bald. l. qui crimen. 8. q. C. qui acc. non poſſ.*

Monitio trina regulariter requiritur, vel vna peremptoria. *c. ſacro. de ſent. excommun.*

Monitio iudicis conſtituit in verâ contumaciâ, & excludit appellationem. *Bar. & gloſſ. l. 2. C. quom & quand. iud.*

Monitionem iudicis eſſe factam, non probatur per relationem iudicis. *Bald. add. Spec. de Citat. verſ. an ſtetur.*

Monitio non eſt neceſſaria, quandò quis ad certum tempus tenetur ad aliquid. *Inn. c. extirpando. de præbend.*

Monitio nuda dicitur, quando in ſcriptis nihil additur iuriſdictioni ordinariæ. *Inn. c. licet. de off. ordin.*

Monitio importat præceptum. *Old. conſ. 50.*

Monitio extraiudicialis non requirit diem. *gloſſ. Clem. 1. de hæret.*

Monitus non tenetur parêre, ſi iuſtam excuſationem habet. *Spec. de not. crim. §. 1. V. quid ſi iudex.*

Monitis appellatione non veniunt prædia culta ſeu montium cultura, niſi conſuetudo ſit in contrarium. *Bart. tract. Tyber. dicitur a. mons.*

260. Monoculus non excuſatur à tutelâ vel curâ. *l. frater. C. de excuſ tut.*

Monomachiæ ſunt interdictæ. *Specul. de accuſ. §. fin. Verſ. ſed quid ſi A.*

Monopolium eſt, prohibere alicui, ne exerceat artem ſuam. *DD. l. 1. C. de monopol.*

Monopolium eſt, pacifci, quod non vendantur vel emantur victualia, niſi in certo loco. *ibid.*

Mo-

Monopolii titulo potest præiudicari per priuilegium consuetudinis. *Inn.c.significasti.de App.*

Monopolii ius à principe impetrari non debet. *leg.1. Cod. de Monopol.*

Monumentum pignorari nequit. *l.3.C.quæres pig.obl.*

Monumentum extrui & exornari religionis interest. *l.1.§. 6.ff.de mort. infer.*

Monumentum purum vendi potest. *l.vel quod paterfam. §.1.ff.de relig.& sumpt.fun.*

Monumentum alienari nequit. *l.Monumenta.C.de Legat.*

270. Monumentum est, quod memoriæ causa seruandæ existit. *l.2.ff.de Relig.& sumtu.funer.*

Monstrum non rumpit testamentum. *l.3.C.de posthum.*

Monstrosus non succedit in feudum, si sit omnino imperfectus. *Bal.l.quoties.C.de suis & legit.*

Monstrosum est duo capita esse in vno corpore. *Socyn.cons. 260.Vol.2.*

Monstrosi partus non sunt legitimi. *leg. non sunt. ff. de stat.hom.*

Mora geminata purgari non potest. *l.si insulam ff.de Verbor.Oblig.*

Mora sæpè periculosa est. *Spec. de Aduoc.§.6.Vers.vel cler.*

Mora potest purgari etiam in dispositione pœnali. *Abb.c. potuit.2.col.de locat.*

Mora principalis nocet fideiussori dato ante moram. *l.mora.ff.de V.Oblig.*

Mora nō facit debitorem liberari interitu rei debitæ. *Alex. & DD.l.quod te.ff.si cert.pet.*

280. Mora parua non dicitur mora. *Rich.l.1.C.de V.signif.*

Mora non est delictum propriè. *l.si mora.ff.solut.mat. DD.*

Mora irregularis dicitur in contractibus correspectiuis. *Corn.cons.145.Vol.2.*

Mora non probatur per cursum dici, quo debuit fieri solutio. *Bar.l.item illa.ff.de constitu.pec.*

Mora contra hæredem non præsumitur. *Bald.l.fin.§.si præfatam.3.q.C.de iur.delib.*

Mora præcedens videtur remitti per nouam protestatio-

nem, vel denunciationem de soluendo. *Bart. l. Emilius. ff. de minor.*

Mora administratoris nocet domino. *Bald. l. si per te. Cod. de vsur.*

Mora non est, vbi non est petitio. *leg. si pupillus. ff. de Verbor. Oblig.*

Mora præcedens obligat reum ad fructus percipiendos intra tempus datum iudicantis. *Bar. l. in fidei commissi. ff. de vsur.*

Mora manumissionis non nocet natis post, quia habentur pro ingenuis. *Bal. l. fin. C. ad SC. Orfic.*

290. Mora matris in non petendo tutorem intra annum non nocet aliis sequentibus in gradu agnatis. *DD. l. nepotibus. C. qui pet. tut.*

Mora heredum facit quemlibet ipsorum teneri in solidũ. *Bart. l. Fideicommiss. § interdum. ff. de leg. 3.*

Mora non imputatur ei, qui titulus est exceptione legitimâ. *Bart. l. si pactus. ff. de pact.*

Mora modici temporis causat quandoque discordiam in iure. *Bart. l. si post. ff. de tut. & ratio. distrah.*

Mora si sit allatura periculum, potest procedi parte absente. *Imol. c. significauit. de testib.*

Mora non est in eo, qui habet dilationem à lege. *gloss. leg. si cum exceptione. § quatenus. ff. quod met. caus.*

Mora fit fisco reipsa. *gloss. leg. item cuus quidam. ff. de vsur.*

Mora ad se trahit periculum interitus. *Bart. l. qui ob rem. ff. de cond. indeb.*

Mora parua non æstimatur. *leg. si in lege. §. colonus. ff. locat.*

Mora vitanda est, vbi timetur periculum animæ. *gloss. cap. fin. de pœnit. & remiss.*

300. Mora committitur statim re traditâ in contractibus bonæ fidei. *Bart. leg. de diuisione. ff. solut. matrimon.*

Mora rei fideiussori quoque nocet. *leg. mora. ff. de Verbor. Obligat.*

Mo-

Mora solutionis post sententiam & quadrimestre tempus parit effectum vsuræ centesimæ. *l. is qui bona. C. de vsur rei iud.*

Mora committitur à differente fraudandi animo interpellato à creditore. *l. si quis solutioni §. 2. ff. de vsur.*

Mora committitur à latitante, vt non conueniatur. *l. si modo. ff. eod.*

Mora currit à die scientiæ. *l. partum. ff. eod.*

Mora facit, vt plus emptori tribuatur, quàm si ei venditū. *l. vltra modum. C. de act. empt.*

Mora repræsentat factum *l. 3. C. de luit. pignor.*

Mora fit, cùm postulanti non datur. *l. 1. C. de vsur.*

Mora fit à die litis contestatæ. *ibid.*

310. *Mora* non nocet libertati. *l. 4 C sine cens. vel reliq.*

Mora nuptiis iniicitur post sponsalia expressè vel tacitè vel neutro modo. *l. 4. C. de sponsal.*

Mora purgatur intra paucos dies. *l. si in lege. §. 4. ff. loc.*

Mora purgatur nouatione. *l si Stichum. ff. de nouat.*

Mora purgatur oblatione. *l. interdum. ff. de V. O.*

Mora purgatur ante lit. cont. *l si insulam. ff. eod. tit.*

Mora purgatur ante sententiam factam non defendendo. *l. 4. ff. iudic. solu.*

Mora non purgatur casu superueniente. *leg. paratum. ff. de vsur.*

Mora non purgatur factâ executione à lege vel homine. *l. qui ob rem. ff. de cond. indeb.*

Mora non purgatur in parte vna, licet in alterâ iusta causa sit. *l. qui solidum. ff. de leg. 2.*

320. *Mora* non purgatur post sententiam. *l. 3. ff. iudic. sol.*

Mora sanat, quod ratio nequit. *l. si vindicari. C. de pœn.*

Mora debitoris non inspicitur, cùm etiam creditor est in morâ. *l. si & per emptorem. ff. locat.*

Mora defuncto facta transmittitur ad heredem. *l. cùm patrifamilias ff. de vsur.*

Mora filii sibi tantùm non patri nocet. *l. moræ. §. 3. ff. eod.*

Mora furis purgatur oblatione vel nouatione. *leg. paruireferf. ff. de condict. furt.*

Mo-

Mora hæredis vsufructuario non nocet. *l. si vsusfructus. ff. de vsufruct.*

Mora heredis legatario non nocet. *l si optione. ff. ad exhib.*

Mora mulieris dotem recipere recusantis, maritum à culpa liberat. *l. si mora. ff. so. mat.*

Mora precedens non purgatur stipulatione animo nouandi facta. *l eum qui. § fin. ff. de V. O*

330. Mora principalis nocet fideiussori & patri. *l. cùm filius familias. ff. eod.*

Mora rei sibi non correo nocet. *l. mora. ff. de vsur.*

Mora, qua actoris res deterior non est, reo non nocet. *l. etsi post tres. ff. si quis caut.*

Mora in bonæ fidei iudiciis facit, vt vsuræ præstentur. *l. in bona fide. C. de vsur.*

Mora condemnati non nocet victori. *leg. si longis. C. de execut rei iud.*

Mora præstandæ libertatis non nocet ei, qui in vtero est. *l. 3. C. de fideicom. libert.*

Mora in libertate præstandâ non nocet partui. *leg fin. C. ad SC Orfician.*

Mora tutoris nocet pupillo. *l si per te. C. de vsur.*

Mora tutoris impedit cursum vsurarum, quæ veniunt ex morâ debitoris. *ibid.*

Mora venditoris emptori non nocet. *l. 4. C. de act. empt.*

340. Mora non lædens non potest purgari. *Bal. l fin. §. cùm igitur. 4. col. C. de iur. delib.*

Mora non purgatur, licet morosus sit paratus in se suscipere iudicium. *Bar. l fin. ff. de cond. furt.*

Mora non transit in obligationem nouatem. *l parui ff. eod.*

Mora purgari potest semper quantum ad interesse successiuum futurum, non præteritum. *Bald. l. 1. C. de his quæ pœn. nom.*

Mora purgari potest intra medium tempus. *Cornel. cons. 25. Vol. 2.*

Mora purgatur refectis expensis. *l. sancimus. C. de iud.*

Mora intra modicum tempus in legatis purgari potest. *Bal. l. si plures. ff. de cond. insc.*

Mo-

Mora non potest purgari contra exceptionem perempto riam. *Bal.l.1.C.de his,quæ pœn.nom.*

Mora purgatur per oblationem interesse. *DD.l si insulem. 3.col.ff.de V.O.*

Mora potest purgari per reum, qui promisit mox soluere. *Alex.ibid.*

350. Mora potest purgari per heredem morosi. *Bal.l sancimus.C.de fideiuss.*

Mora non potest purgari in obligatione vsusfructus. *Flor. l.qui vsumfructum.§.vsusfructus.ff.de vsufr.*

Mora non purgatur post tempus purgationis. *Bal.l. sancimus.C.de fideiuss.*

Mora non potest purgari post terminum, qui perimit gratiam. *Bal.l.1.C.de his quæ pœn.nom.*

Mora magis odiosa est commissa in faciendo, quam in negligendo. *Sen.pedem.decis 71.nu.38.*

Mora tollitur per oblationem sequentem. *idem. decis. 65. num 56.*

Mora modica parit modicum præiudicium. *Alberic. de Malet.de testib. part 3 num.53.*

Mora vltima nocet. *l.si seruum.§.sequitur ff.de Verb.Obl.*

Mora nulla dicitur, vbi dilatio soluendi debiti nō est. *Ioan. Saport.de collat. n.6.*

Mora non contrahitur sine nullâ dilatione. *ibid.n 8.*

360. Mora ius perpetuum obligationis efficit. *ibid.nu.49.*

Mora committitur diei lapsu. *ibid.num.50.*

Mora secunda absorbet priorem. *Fului.Pacian.de prob.libr 1.c.59. nu.14.*

Mora non committitur, nisi denuncietur. *Clem. causam. de Elect.*

Mora non est sine culpâ. *l.si quis inficiatus.ff.depos.*

Mora non committitur sine dolo. *Butig.repet. loquite. ff.si cert.pet.*

Mora non purgatur ex interuallo. *DD.l.fin.ff.de fer.*

Mora perpetuat obligationem *l.si seruum.ff.de V.O.*

Mora non potest videri per venditorem emtori facta esse ipsi moram faciente. *l.sed & per emtorem.ff.de act.empt. & vend.*

Mo-

370. *Mora* ad priuandum non committitur, nisi præcedat monitio. *Bal. Auth. hoc amplius, C. de Fideicom.*

Mora committi dicitur in loco, in quo quis sistere debet, non in loco, vbi est. *Bald. l. actor. C. de probat.*

Mora committitur per euentum conditionis. *Bart. l. Emptis. ff. de vsur.*

Mora non committitur ante liquidationem. *Bald. l. acceptam. col. 3. opp. 6. C. de vsur.*

Mora committitur per interpellationem. *leg. si penum. ff. quand. dies legad. ced.*

Mora non contrahi potest vbi non peti potest. *l. si pupillus. ff. eod. tit.*

Mora est debitoris vicium. *gl. c. fin. C. in quib. caus. int. rest. non est necess.*

Mora non purgatur, vbi lex conditionaliter loquitur. *Cyn. l. maior. C. de transact.*

Mora purgatur acceptilatione Canonis. *l. 2. C. de iur. Emph.*

Mora quæ deteriorantur, distrahenda sunt. *l. impuberib. ff. de suspect. tut.*

380. *Mora* vltima consideratur, cùm quæritur ad quē pertineat interitus rei. *Abb. c. cùm homines. de decim.*

Mora successiui temporis anteacti probationem excludit. *c. ad id quod. de sponsa. & mat.*

Mora fit per litis cont. *l. 1. 2. & vlt. C. de vsur.*

Mora posterior nocet. *Bart. leg. sciendum. ff. de per. & com. rei vend.*

Mora purgari potest *l. interdum. §. Stichus. ff. de V. O.*

Mora censetur esse delictum. *l. fin. ff. de fideiussor.*

Mora purgari potest de æquitate. *l. si insulam. ff. de V. O.*

Mora sua cuique nocet, non alteri, *leg. in condemnatione. §. vnicuiq. ff. de R. I.*

Mora in clandestinis non præsumitur contra heredem. *Bal. l. 1. C. de his quib. vt indig.*

Mora magis perpetuat actionem, quam culpa. *Bal. l. electio §. fin. ff. de nox. act.*

Mora fit non ex re, sed ex persona. *l. mora. ff. de vsur.*

Mora magis est facti, quam iuris. *ibid.*

Mo-

Mora nihil aliud est, quam culpa quædam in omittendo. *l. 1. C. de mod. mulct.*

Mora generaliter contrahitur per lapsum termini. *Inn. c. potuit. de locat.*

Mora purgari potest soluendo interesse. *Bar. l. si cùm dies. §. fin. ff. de arbit.* (*num.* 8.

Mora non contrahitur indebito illiquido. *Gail. lib. 1. obs. 19.*

Moræ purgatio fundatur super æquitate. *l. si seruum. §. sequitur. ff. de V. O.*

Moræ purgatio semper admittitur. *Idem decis. 71. num. 58.*

Moræ purgatio in conditionibus non admittitur. *Iaf. l. 1. ff. de inst. & subst.*

Moræ purgatio non admittitur, vti interuenerit iuramentum. *Bar. l. si quis maior. n. 11. C. de transact.*

400. *Moræ* purgatio non admittitur in decisoriis iudiciis. *Bal. l. Et si post tres. ff. si quis Caut.*

Morę purgatio non admittitur, postquàm sententia transiit in rem iudicatam. *ibid.*

Moræ litis non instruunt causam possessoris, ad inducendam longi temporis præscriptionem. *l. moræ litis. C. de rei vend.*

Morandi causâ multis frustratoriam appellationem interponit. *l. tutor ff. de vsur.*

Moram committit non solùm, qui nihil soluit, sed etiam qui nec totum. *Gœdd. l. minus solutum. n. 8 ff. de V. sig.*

Moram purgans euitat pœnam. *l. si vehendo. §. idem iuris. ff. ad l. Rhod. de iact.*

Moram fecisse non videtur, qui iustè iudicium paratus est accipere. *l. si quis solutione. ff. de vsur.*

Moram purgandi potestas non facit, vt indebitum videatur esse solutum. *ibid.*

Moram facere non videtur, qui sine dolo malo ad iudicium prouocat. *Bart. l. quod te. ff. si certum pet.*

Moram testatoris hæres negare nequit. *Mayn. l. quod quid ex culpa. nu. 12. ff. de R. l.*

410. *Moram* passo mortui animalis precium præstandũ est. *l. item si verberatum. ff. de R. vind.*

Mo-

Moram solutionis impedit executio. *leg. vir bonus. ff. iud. solu.*

Moram purgat aditio iudicis competenti s. *Spec. de compet. iud. adit. §. fin.*

Moram facere videtur, qui maluit litigare, quàm restituere. *l. nemo. §. 1. ff. de V. O.*

Moras non patitur auxilium. *Vasq. controu. illust. lib. 1. cap. 21. num 30.*

Morari ibi dicitur quis, vbi cum familiâ moratur. *Bar. leg. vxori. n. 2. ff. de leg. 3.*

Moralis scientiæ pars est ius ciuile. *gloss. fin. Rub. ff. de iust. & iur.*

Moratoria non transit ad heredes. *Imol. l. maritum. ff. solut. matrim.*

Moratoria operatur, vt sicut conueniri non potest, ita nec conuenire. *Bar. l. fin. C. sent. rescind. non poss.*

Moratus mala fide diu in libertate non præscribit. *l. 1. C. de long. temp. præscript.*

420. Morbida facta pecus totum corrumpit ouile. *Cæpoll. de seruit. rust. cap. 9. de seruit. pascend. col. 6.*

Morbosus tutor esse non potest. *l. 1. C. de excusat. veter.*

Morbosus potest expelli de ciuitate, quando timor est infectionis. *Cast. l. 2. C. de sum. Trin.*

Morbus est corporis, vitium est animi. *l. Paciscì. ff. de pact.*

Morbus impedit iudicium. *l. quæsitum. ff. de re iud.*

Morbus præsumitur præcessisse ex celeritate mortis. *Bal. l. 1. C. de ædil. Edict.*

Morbus sonticus facit differri causam. *leg. quæsitum. ff. de re iud.*

Morbi acerbitas impedit scribendi facultatem. *l. iubbemus. C. de testam.*

Morbo occurrere præstat, quàm eum depellere. *leg. fin. C. in quib. caus. in int. rest. necess. non est.*

Morbo diuturno laborans si conueniatur, potest iudicium declinare. *Spec. de reo. V. pen.*

430. Morborum diuersitas remediorum diuersitatẽ quærit. *Pacian. de prob. lib. 2. c. 44. nu. 31.*

Mo-

Mores præferuntur ſcientiæ. *c. ſedulo. diſt. 38. l. magiſtros. C. de profeſſ. & medic. lib. 10.*

Mores ſunt, qui ſuſpectum quem faciunt. *l. ſuſpectum. ff. de ſuſpect. tut.*

Mores diuturni pro lege cuſtodiuntur. *l. de quibus. ff. de LL.*

Mores excedunt omnes diuitias. *leg. ſcire. §. pen. ff. de Excuſ. tut.*

Mores alterius approbans, non poteſt poſtea reprobare. *Io. Lup. rep. c. per veſtras. de donat. int. vir.*

Mores nobilitant clericum, non genus. *cap. venerabilis. de prabend.*

Mores formantur ab his, quibus coniungimur. *Bald. conſ. 81. Vol. 1.*

Mores quoſque in ſe approbat quis, non poteſt reprobare. *l. in arenum. C. de inoff. teſt.*

Mores boni ornant hominem. *Nicaſ. Verd. §. libertus. n. 4. Inſt. de ſuſpect. tut.*

440. Mores antiquorum ſeruandi. *l. teſtamento. C. de teſt.*

Morum malorum continuatio conſiſtit in animo. *Dyn. Max. c. ſemel malus. nu. 9. de Reg. iur. in 6.*

Morum damna ſunt in nobis. *c. ſunt plurimi. 6. q. 1.*

Morum tranſgreſſio inducit pœnam. *Sim. de prat. de interp. vlt. Vol. lib. 2. dub. 2. ſol. 2. nu. 12.*

Moribus receptum eſt, ne inter virum & vxorem donatio valeat. *l. 1. ff. de donat. int. vir. & vxor.*

Moribus noſtris non conuenit filium habere temporalem. *l. quaſitum. ff. de adopt.*

Moribus præteritis viuendum, & verbis præſentibus loquendum. *Ferr. Mont. §. ex non ſcripto. Inſt. de iur. nat.*

Mori quis non debet propter vnum mendacium. *Fulu. Pacian. de probat. lib. 1. c 19. nu 99.*

Mori non dicitur, qui natus non eſt. *Cephal. conſil. 649. num. 18.*

Mori pro patria honeſtum eſt. *Heyg quaſt. iur. ciuil. & Saxon. 36. nu. 15. Vol. 2.*

450. Mori illicò dicitur, qui moritur ante baptiſma. *Bal. c. 12. §. 1. Epiſcop. vel Abbat.*

Mori melius eſt, quàm indigere. *Matth. Brun. de ceſſ. bon. q 1. num. 3.*

Mori nemo præſumitur in peccato cum mendacio. *§. fin. Inſt. de iniur. Grau conſ. 158. n. 7.*

Moribundus non eſt in teſtem examinandus. *ib. n. 42.*

Moribundus præſumitur ſanæ mentis. *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 5. nu. 4.*

Moribundus moleſtandus non eſt. *Authent. item. C. de ſepulch viol.*

Moriens accuſatus, pendente accuſatione ſuum habet ſucceſſorem. *l. 5. C. eod.*

Moriens ponitur pro mortuo. *Bart. l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. ff. de lib. & poſtnum.*

Moriens non præſumitur aliquid cogitare doloſi. *ibid.*

Moriens pro Republica dicitur per gloriam viuere. *Ang. Aret. inſt. de Excuſ. tut. nu. 2.*

460. Moriens non cenſetur cogitare aliquid doloſum. *Ceph. conſ. 276. num. 34.*

Moriens ſuperſtitibus variis ſpuriis non dicitur cum filiis decedere. *Bal. l. ſi quis inceſtis. C. de inceſt. nup.*

Moriens in contractu dicitur nolle. *l. locatio. ff. loc.*

Moriens quandoque mentitur. *Bal. c. literis. de præſumpt.*

Morientis aſſertio non probat. *l. 3. §. 1. ff. de SC. Sillan.*

Morientis dicto non quæritur, fide onerandis aliquibus agitur. *l. in ipſius. C. famil. herciſc.* (*inf. Expoſ.*

Morientem contemnens ſuum dicere non poteſt. *l. 2. C. de*

Morientem fame paſce. *c. paſce. diſt 86.*

Morientium voluntates colligimus ex arbitrio viuentiũ. *Mantic. de coniectu. vlt. volum. lib 3. tit. 2. num. 6.*

Morientibus etiam Imperator proſpicere debet. *l. 2. Cod. Com de legat.*

470. Moriendo quis velle videtur. *l. uxorem. ff. de leg. 3.*

Moriuntur nati, non autem non nati. *Id. conſ 426, nu. 13.*

Moroſus debitor tenetur de interitu ſpeciei, *l. quæ fortuitis. C. de pign. act.*

Mors adſcita in reatu non liberat à crimine capitali. *l. pen. C. ſi reus vel accuſ mortuus fuerit.*

Mors appellantis extinguit delictum & pœnam. *l.2. & 3. C ſi pend appell.mors interu.*

Mors ciuilis confirmat donationem inter coniuges. *l. res vxoris.C.de donat.int.vir.& vxor.*

Mors creditoris non reſuſcitat obligationem ſolutione extinctum.*l.4.C.de ſol.& liber.*

Mors donatarii infirmat donationem inter coniuges. *leg. creditor.C.de don.int.vir.& vxor.*

Mors iudicis non nocet ſententiæ antè latæ *leg.fin.Cod.de re iudic.*

Mors naturalis confirmat donationem inter coniuges. *l. res vxoris.C.de don.int.vir.& vxor.*

480. Mors patris ſoluit poteſtatem.*l.3.C.de ſolut.& liber.*

Mors quaſi ciuilis vita ſolitaria.*ibid.*

Mors rei pendente appellatione extinguit delictum, ſed non cauſam confiſcationis.*l.fin.C ſi veris vel accuſ.*

Mors ſpeciei non nocet creditori poſt moram.*l.ſi longis.C. de Execut.rei iudic.*

Mors ſponſi non facit donationem ſponſalitiam reuocari. *l.ſi tibires.C.de donat.antè nupt.*

Mors vnius accuſati non liberat alios à crimine. *l.2.Cod.ſi reus vel accuſ.mort.fuer.*

Mors & vita ſunt contraria.§.*deinceps.Auth.de nupt.*

Mors imminet quotidiè.*Burſ.conſ.226.nu.26.*

Mors probanda eſt in ſpecie.*Men conſ.60.nu.20.*

Mors certo eſt in genere,in indiuiduo verò incerta. *l.nam ſi.ff.de condict.indeb.*

490. Mors diſſoluit matrimonium contra voluntatem morientis.*l.ſi cùm ante.C.de don.ant.nupt.*

Mors finit officium.*l.1.C.quand.decret.opus non eſt.*

Mors falſi accuſationem non extinguit,licet extinguat crimen.*l.2.C.ſi reus vel accuſ.mort.fuer.*

Mors honeſtior quandoque eſt, quàm ſeruire extraneis. *l. lex quæ tutores.C.de admin.tut.*

Mors non extinguit ſtatûs quæſtionem motam. *l.3. C.nè de ſtat.defunct.*

Mors probatur certis argumentis *l. ſi quidem. C. ſol. mat.*

Mors ſolatium liberis reorum maieſtatis. *l. quisquis. §. 1. C. ad l. Iul maieſt.*

Mors ſoluit appellationem à munere vel honore factam. *l. 4. C. ſi pend. appell.*

Mors ſoluit mandatum re integrâ. *l. mandatum. C. mand.*

Mors præcedit heredem. *Bal. l. nec nos. C. de pact.*

500. Mors dicitur iuſta & neceſſaria abſentia. *Bar. & Bal. l. ea qua in fi. C. de temp. in int. reſt. pet.*

Mors periculum dicitur, quoties eſt iuſta ſuſpicio mortis. *Corn. conſ. 53 Vol. 4.*

Mors rei non impedit cauſam reſtitutionis in integrum cœptam per minorem. *DD. l. ſi ita. C. de reſt. in int.*

Mors citius venit propter peccata *c. qualiter. de accuſ.*

Mors de loco longinquo probatur per famam publicam. *Spec. de actore. V. ſed quid ſi iſte.*

Mors probatur ex eo, quod quis intrauit mare vel ciuitatē peſtiferam, vel magnum exercitum, nec eſt amplius viſus. *Bar. de teſtib. V. mortuum.*

Mors eſt vltimum terribilium *Bal. tract. ſchiſmat. col. 6.*

Mors frequens eſt regum & dominorum. *Socyn. conſ. 165. Vol 2.*

Mors ciuilis non prodeſt fideiuſſori. *Bal. l. 1. C. de fideiuſſ.*

510. Mors ſemper diuinâ diſpoſitione contingit. *gl. Verb. commutatio Inſt. de cap. dimin.*

Mors ciuilis æquiparatur naturali. *l. 1. §. ſcire. ff. de bon. poſſ. cont. tab.*

Mors eſt hominis finis & terminus. *Auth. de hæred. & Falcid. §. & nullius. coll. 1.*

Mors omnia ſoluit. *Auth. de nupt. §. deinceps coll 3.*

Mors omnibus eſt communis. *Curt. Iun. conſ. 49. nu. 7.*

Mors dicitur caſus fortuitus. *Caſ. leg. interdum num. 5. ff. de iudic.*

Mors in maximis cauſis per famam non probatur. *Bart. tract. teſt. num. 40.*

Mors probatur per ea, quæ accidunt mortuis, *Idem part. 3. num. 15.*

Mors

Mors alterius non eſt ſperanda. *leg. inter ſtipulantem. §. ſacram ff. de V. O.*

Mors non ſemper præſumitur, ſed probanda eſt. *l. vlt. C. de SS. Eccleſ.*

520. Mors vim obtinet iuramenti. *Caſtr. conſil. 301. dub. 3. libr. 1.*

Mors eſt ſolatium priuatis omnibus bonis. *l. fin. Cod. ad l. Iul. maieſt.*

Mors ciuilis ſoluitur morte naturali. *Bellamer. deciſ. 1. de hæret. nu. 32.*

Mors ex æquo omnia ſoluit. *Nouell. 220. quod aut.*

Mors diem incertum habet. *l. 1. ff. de cond. & demonſt.*

Mos regionis inſpicitur. *l. ſemper. ff. de reg. iur.*

Mos antiquus ſeruandus. *l. teſtamenta. C. de teſtam.*

Mos facit licitum, quod aliàs eſt illicitum. *c. 1. de temp. ord.*

Mos maiorū ſeruandus. *l. more maiorum. ff. de iur. om. iud.*

Mors non ſuſpendit eſſentiam voluntatis defuncti. *Bald. l. poſt mortem. C. de fideicom.*

530. Mors terret etiam conſtantiſſimos viros. *Bal. tract. ſchiſmat. col. 5.*

Mors potius eligenda, quàm peccato conſentiendum. *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 4. nu. 23.*

Mors naturalis eſt, per quam diſſeratur anima à corpore. *l. ſi ita. ff. de leg.*

Mors perimit habitationem legatam. *l. habitatio. Cod. de vſufruct.*

Mors non eſt cauſa tollendæ obligationis. *Zaſ. l ſi quis. n. 4. ff. de V. O.*

Mors occulta probatur per vnicum teſtem. *Felyn. c. veniens de teſtib.*

Mors facit finiri cauſam munerum perſonalium. *l. ſi pater. C. ſi pend. appell. mors tab.*

Mors mala dicitur, quæ eſt contra naturam. *Bald. c. 1. col. 1. quib. mod feud. amitt.*

Mors non iniuſta non poteſt fugi ſine peccato. *Card. clem. 2. §. notorium. de re iud.*

Mors eſt vitæ priuatio. *Ceph. conſ. 349. num. 5.*

540. Mors omnium rerum terribilissima. *l fin. ff. de pœn.*

Mortis cogitatione turbata humana fragilitas res plures memoria consequi non potest. *l. hac consultissima. §. ac quum humaria. C. qui test fac. poss.*

Mortis causam præbens nihil differt ab occidente. *leg. nihil interest. ff. ad l. Cornel. de sicar.*

Mortis causam alicui præstans non Aquiliâ, sed in factum actione tenetur. *l sed etsi. §. 4. ff. ad l. Aquil.*

Mortis fortuna communis est. *l licet. C. de pact.*

Mortis defuncti multæ pœna minores non obligat. *l. 1. C. in quib. caus. in integ. rest.*

Mortis solatium maximum vltra mortem voluntas. *Reusner. de testam. cap. 6. n. 6.*

Mortis memoria operantur multa bona. *ibid. nu. 32.*

Mortis cogitatio ostendit omnia mundana esse vana. *Rip. de pest. n. 152.*

Mortis timore oppressus similis est mortuo. *Mascard. de probat. Vol. 1. conclus. 144. n 9.*

550. Mortis tempore multa non licent, quæ in vitâ licent. *gl. c. de his, de sepulturis.*

Mortem sibi tædio vitæ conscisscentis testamentum valet. *l 1. §. si quis non metu. ff. ad SC. Syllan.*

Mortem sibi consciscens ad fiscum bona transfert. *l. 2. Cod. vbi caus. fiscal.*

Mortem faciens, mortem pati debet. *l. 1. §. præterea. ff. ad l. Corn. de sicar.*

Mortem assiduè meditari est summè philosophari. *Rip. de remed. cont. pest. n vlt.*

Mortem flere pusillanimitas est. *cap. quam præposterum. 13. quæst. 2.*

Mortem alterius expectare damnabile est. *l. inter. § sacram. ff. de V. O.*

Morte extinguitur crimen. *l. defuncto. ff. de publi. iud.*

Morte non extinguuntur crimina. *l. duo. ff. de accusat.*

Morte mandantis expirat mandatum. §. *Item si ad huc. Inst. de mand. c gratum. de off. de eg.*

560. Morte accusatoris non extinguitur accusatio. *l. 3. §. 4. ff. de pub. iud.*

Mor-

Digitized by Google

Morte rei extinguitur crimen. *l.1.C.si reus vel accuſ.mort.*
Morte finitur, quicquid perſonæ cohæret. *Roſat.l.ſicut in annos.§.morte.ff quib.mod.vſufr. amitt.*
Morte ſoluitur naturalis poſſeſſio. *DD.l.clam poſſidere.§. fin ff.de acq.poſſ.*
Morte conſtituentis extinguitur conſtitutum. *Teſſaur. deciſ.30. num.1.*
Morte conſtituentis dos cauta confirmatur. *l.2.C.de dot. caut. non num.*
Morte accuſati liberatur accuſator à criminis perſecutione. *l.3.C.ſi reus vel accuſat.*
Morte delinquentis extinguitur delictum. *l.1.C.ne ex delict.def.*
Morte finitur voluntas. *l.vxorem. §. Scæuola.ff.de leg.3.*
Morte nihil certius, horâ autem mortis nil incertius. *l.1.ff. de cond.& demonſt.*
570. Morte proteſtantis extinguitur proteſtatio. *l.non ſolùm.§.morte.ff.de op.nou.nunc.*
Morte ſoluitur dignitas. *l.cùm patronus.ff.de leg.2.*
Morte ſoluitur omnis voluntas. *ibid.*
Mortale peccatum non dimittitur dimiſſo veniali, ſed nõ econtra. *Io.And.in proëm.lib.VI.*
Mortalium rebus incidunt multi caſus. *l.inter antiqua. C. de vſufruct.*
Mortaliter decumbens habetur pro mortuo. *l.in hac actione.ff.de cond. tribut.*
Mortuus ſuâ morte dicitur, qui ab alio non eſt occiſus. *Bal.l.quæ ſub conditione.§.quoties. ff.de cond.inſt.*
Mortuus pro parte dicitur, cuius bona ſunt pro parte confiſcata. *Bal.l.1.C.de fideiuſſ.*
Mortuus dicitur etiam qui occiſus eſt ab alio. *l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth.*
Mortuus apud hoſtes fingitur prima horâ captiuitatis mortuus. *l.in bello.§.1 ff.de captiu.*
580. Mortuus in itinere, non præſumitur mortuus ex itinere, niſi ſit âliud adminiculum. *l.ſi pecuniam.§.4.ff.de cond.cauſ dat.*

Mortuus ſepultus ſine authoritate principis effodi nequit. *l. oſſa in pr ff de relig. & ſumt. fun.*

Mortuus accuſare poteſt maieſtatis. *l. maieſtatis. C. ad leg. Iul. maieſt.*

Mortuus poteſt creari miles. *Felin. c. à nobis. el. 2. num. 2. de ſent. excom.*

Mortuus in iudicio ſiſti non poteſt. *Zaſ. l. ſi homo. num. 6. ff. de V. O.*

Mortuus non videtur, qui relinquit filios poſt ſe. *Bal. l. 1. C. quand non pe. par.*

Mortuus reſuſcitatus miraculosè recuperat omnia ſua bona. *c. licitè 32. q 7.*

Mortuus fingitur viuere per gloriam, & viuus mori per vituperium. *l. qua actione. §. ſi quis. ff. ad l. Aquil.*

Mortuus non damnatur, niſi à DEO. *leg. pen. ff. quæ ſent. ſine appell.*

Mortuus in bello præſumitur viuere. *gl. §. filii autem, Inſt. de excuſ. tut.*

590. Mortuus non præſumitur falſum ſcripſiſſe. *l fin ff. ad l. Iul. Repet.*

Mortuus homo non poteſt euinci. *Bald. l. ſi quis. Cod. de Euiction.*

Mortuus natus pro non nato habetur. *l. is cui. ff. quand. dies leg. ced.*

Mortuus homo non dicitur ſed cadauer. *Iaſ. l. ex facto. nu. 43 ff. de Vulg. & pupill. ſubſt.*

Mortuus non poteſt regulariter condemnari. *cap. ſi quis. de hæret.*

Mortuus non poteſt amplius interfici. *Mar. Soc. de iudæ. Verſ. ita quondam.*

Mortuus non dicitur obeſſe. *l. cum q. ff. de fidec. libert.*

Mortuus poteſt quandoque fingi viuus. *l fin, in princ. ff. de vac. mun.*

Mortuus nihil ratum habere poteſt. *Iaſ. l. eius qui. num. 23. ff. ſi cert. pet.*

Mortuus non debet, ſed debuiſſe dicitur. *Imol. l. qui Romæ. §. Augerius. nu. 3. ff. de V. O.*

600. Mor-

d by Google

600. Mortuus præſumitur, qui non inuenitur. *Pet. de Bart. conſ. mat 25. n. 4. Vol. 1.*

Mortuus præſumitur quis poſt 100. annos, non ante. *Bar. l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemad teſt. aper.*

Mortuus præſumitur, qui non reperitur. *Dec. conſil. 652. num. 3.*

Mortuus poteſt offendi. *Bart. l. 1. n. 3. ff. de his quib. vt indig.*

Mortuus non poteſt velle. *c. ſi gratioſè. de reſcript. in 6.*

Mortui loco habetur exheredatus. *Spec. de feud. §. 1. V. 7.*

Mortuo poteſt fieri offenſa. *Bar. l. 1. ff. de his qui vt indig.*

Mortuo ſimilis eſt, qui nec ſcribere nec articulatè loqui poteſt. *l. iubemus. C. de teſtam.*

Mortuo Prælato cuſtodia rerum Eccleſiæ pertinet ad Capitulum. *Inn. c. 1. Vt Eccleſ. benef.*

Mortuo Prælato vacat poſſeſſio Prælaturæ, ſed non poſſeſſio bonorum Eccleſiæ. *Inn. c. ex parte. de arbit.*

610. Mortuo viro debet mulieri res integra reſtitui. *Sal. l. ſi conſtante. C. ſolut. matrim.*

Mortuo ſimilis eſt, qui in articulo mortis eſt. *Bald. Auth. dos data. nu. 2. C. de don. ant. nupt.*

Mortuum quod eſt, nunquam præſtari poteſt. *Eguin. Bar. tract. diuid. & indiuid. obl. cap. 6. n. 5.*

Mortuum inferre in locum in quo ei ius eſt, nemo prohibetur. *l. 1. §. 1 ff. de mort. infer.*

Mortuum corpus non ſentit iniuriam. *l. 1. C. qui acc. non.*

Mortuum corpus offendi non debet. *gloſſ. l. 1. ff. qui accuſ. non poſſ.*

Mortui non habent actionem. *Zaſ. reſp. lib. 2 cap. 2, num. 9.*

Mortui non obligantur ſtatutis ſed morituri. *l, communum §. 2. C. de nat. lib.*

Mortui non ſunt lugendi. *c. quia alii. 13. q. 2. §. fin.*

Mortui neſciunt, quæ à viuis geruntur. *ca. qui diuina. 13. q. 2. §. fin.*

620. Mortui non reddunt ad viuos. *c. fatendum. 13. q. 2.*

Mortui pecoris caro & corium in fructu non ſunt. *l. caro. ff. quib. mod. vſufr. amitt.*

Mortui quoque abſunt. *Alc. l. abſentem. n 8. ff. de V. ſignif.*

Mortuorum reliquiæ intra ciuitatem condi non debent. *l. mortuorum. C. de Relig. & sumpt. funer.*

Mortuorum cadauera non debent exhumari. *leg. Diui. ff. de Relig. & sumpt. fun.*

Mortuos lugere contingit ex pusillanimitate. *c. vbicunque. 13. quæst. 2.*

Motus maiores expellũt minores. *l. per minorem. C. de iud.*

Motus proprius nulla operatur. *cap. si motu proprio. de præbend. lib. 6.*

Motu proprio non dicitur fieri gratia. *ibid.*

Motus Principis habetur pro iustâ causâ. *Abb. cap. nisi. de off. leg.*

630. Motus primi non sunt in nostrâ potestate. *Fel. cap. 1. de hæret.*

Motus proprius excludit surreptitionem. *Abb. c. ad aures. de rescript.*

Motus proprius arguitur ex concessione geminata eiusdẽ gratiæ. *Bal. l. nec damnosa. C. de precib. Imp. offer.*

Motus ad actum punitur mitius quàm actus consummatus. *Cepoll. de seru. fugit. num. 11.*

Motum animi cùm vultus detegit, signum est inconstantiæ. *l. obseruandum. ff. de off. præsid.*

Mouentia continentur app. mobilium. *gloss. l. 1. ff. vsufr. quemad. cau.*

Mox dicitur fieri, quod fit post mensem. *Ias. leg. functus. ff. sol. mat.*

M v.

Mulcta vt exigatur, datur actio factum. *Alex. l. 1. §. fin. ff. si quis ius dic. non ob temp.*

Mulcta non potest excedere quadruplum pœnæ, nisi sit à iure expressum. *c. quisquis. 17. q. 4.*

Mulcta adiici potest pauperibus. *l. pen. C. de mod. mulctar.*

Mulcta damnum pecuniæ, non famæ infert. *l. 1. C. eod.*

Mulcta non irrogat infamiam. *ibid.*

Mulcta non refertur ad grauiora delicta. *l. fin. §. pen. C. eod.*

Mulcta remitti potest ex causa necessitatis vel paupertatis. *illicitas. § fin. ff. de offic. præsid.*

Digitized by Google

Mulcta dicta minui potest propter paupertatem. *leg. fin. §. de mod. mulctar.*

Mulcta Episcoporum ad Ecclesiam defertur. *Nou. 6. c. 1. §. 9.*

10. Mulcta domino non imponitur ex contumacia sui procuratoris. *Bart. l. cum qui. C. de procur.*

Mulcta est vna species sententiæ. *Spec. de sent. §. 2.*

Mulcta ex contumacia facta non exigitur, sed ex reuerâ. *gl. & Alex l. 1. §. fin. ff si quis ius dic. non obtemp.*

Mulcta est, quam iudex arbitrio imponit, pœna, quam ius commune vel municipale imponit. *l. 1. C. de mod. mul.*

Mulcta est in pecunia, pœna in corpus. *Card. clement. 2. §. 1. de hæret.*

Mulcta remitti potest ex causâ inopiæ. *Bar. l. 1. ff. eod.*

Mulcta etiam non expressa in præcepto iudicis potest exigi. *Oldrad. cons. 15.*

Mulcta modica potest arbitrari per iudicem delegatum. *Inn. c. 1. de off. deleg.*

Mulcta requirit nouam citationem. *Archid. c. certum. 11. q. 3. Bal. l. 1. ff. si quis ius dic. non obtemp.*

Mulcta dicitur pœnale iudicium. *ibid.*

20. Mulctæ omnes ad fiscum pertinent. *l. 2. §. 1. ff. eod.*

Mulctæ impositio iurisdictionem iudicis non tenet. *DD. cons. 15.*

Mulctæ sunt fructus iurisdictionis. *Bar. l. fi. n. 2 ff. sol. mat.*

Mulctæ leues & paruæ dicuntur secundum conditionem personarum & facti & loci. *Alex. in pr. ff. si quis ius dic. non obtemp.*

Mulctarum modus esse debet, ne in infinitum extendantur. *tot. tit. C. de mod. mulct.*

Mulctarum iudicialium modus certus esse debet. *ibid. l. fin.*

Mulctare potest præfectus, non Aduocatus. *l. pen. C. de Aduoc. diuers. iud.*

Mulctare non potest curator reipubl. *l. 3. C. de mod. mulct.*

Mulctare nequit defensor Ciuitatis. *l. pen. C. eod. tit.*

Mulctari non potest impetrans per iudicem impetratum, licet in expensis puniri possit. *Specul. de exp. §. 3.*

30. Mulctari potest pars contumax ante litem contestatã. *Spec. de expens. §. fin. V. porró.*

Mulier

Mulier proscripta potest impunè occídi. *Royz. decis. Lituan. 3. num. 272.*

Mulier nubens secundô non retinet priuilegia prioris mariti. *l. cum te. C. de nupt.*

Mulier nuptias secundas contrahens amittit vsumfructũ à marito relictum. *l. 1. C. de secund. nupt.*

Mulier docere non permittitur. *c mulier. 23. dist.*

Mulier prægnans puniri nequit, nisi vtero posito. *leg. cum reis, C. de pœnis.*

Mulier est ad hoc progenita à natura, vt pars ederet. *l. 2. C. de ind. vid. toll.*

40. Mulier quinquagenaria habetur pro sterili. *ibid.*

Mulier quinquagenaria maior potest parere. *l. si maior, C. de leg. hared.*

Mulier rapiens virum libidinis causa de raptu non tenetur *l. 1. & 2. C. de rapt. virg.*

Mulier renuncians iurato exceptioni dotis alienæ non auditur. *l. non dubium. C. de legib.*

Mulier renuncians omni legum auxilio vtitur iure communi. *l. 3. C. quand. mu. tut. aff.*

Mulier repudiata potest legitimè alii nubere. *l seruí. C. ad l. iul. de adult.* (*pr. C. de nupt.*

Mulier ex scena egredi volens, prohiberi non debet. *l. fin. in*

Mulier soluens pro alio cum obligata non esset, non repetit. *l. 1. C. ad SC. Vell.*

Mulier soluens pro alio non iuuatur. *Senat. C. Vell. l. 1. C. de oblig. & actio.*

Mulier tutrix quæ immoderata & intemperans coercetur. *l. lex qua tutores C. de admin. tut.*

50. Mulier prægnans etiam ex alio quam marito occídi vel torqueri nequit. *Bar. l. 2. ff. si quis caut.*

Mulier, quæ peperit intra quadraginta dies non potest occídi vel torqueri. *Alex. ibid.*

Mulier dicens se prægnantem, debet dicere, ex quo homine sit prægnans. *Bar. l. 1. §. 1. ff. de lib. agnos.*

Mulier prægnans dicitur constituta in periculo mortis. *Abb. c. pastoralis. §. preterea. de off. iud.*

Mu-

Mulier agens non præstat Cautiones de iudicio sisti. *Spec. de satisdat. § 1. ad fin.*

Mulier commiscens se clerico subiicitur foro Ecclesiastico. *c. Eos. 32. dist*

Mulier punitur, si testificatur contraria. *Bald. l. scriptura. C. de fid. instrum.*

Mulier abigens partum damnatur in exilium temporale. *l. 4. ff. de extraor. crim.*

Mulier admissa calumniosè in possessionem punitur. *l. 1. §. 1. & 2. ff. simul. vent. nom.*

Mulier non decipiens non iuuatur Velleiano. *l. fin. §. pen. ff. ad SC. Velleian.*

60. Mulier interueniens pro aliis, si pignus dederit, idque distraxerit, vindicare libere potest. *l. Pomponius ff. de R. vind.*

Mulier pariens intra legitimum tempus statim potest nubere. *l. liberorum. §. 2. ff. de his qui not. infam.*

Mulier administrans res alterius suum negocium gerit. *l. 1. C. ad SC. Vell.*

Mulier adulterium committens per metum non punitur. *l. non ideo. C. de accusat.*

Mulier consentiens raptui, non tollit pœnam raptus. *l. 1. §. 2. C. de Rapt. Virg.*

Mulier debitrix delegata, à creditore non restituitur. *l. 2. in fin. C. ad SC. Vell.*

Mulier decepta in æstimatione dotis iuuatur. *L. si circumscripta. C. sol. matr.*

Mulier delinquens incarcerari non debet si det fideiussorē, & leue sit crimen. *Auth. hodiè. C. de adult.*

Mulier obligationem alienam in se recipere nequit. *ibid.*

Mulier debet marito obsequi. *l. assiduis. §. 1. Cod. qui pot. in pign. hab.* (*priuil. fisc.*

70. Mulier paris iuris est in hypothecâ cum fisco. *l. 2. C. de*

Mulier pignorat rectè colludendo. *l. mulier. C. de dist. pig.*

Mulier pignus dare nequit per extraneo. *ibid.*

Mulier prefertur in doto omnibus priuilegiatis actionibus personalibus & realibus. *l. si debitor. C. eod.*

Mu-

Mulier pudorem ſuum alienis libidinibus proſternere non debet *l. fœdiſſimam. C. ad l. Iul. de adult.*

Mulier punienda non eſt propterea quòd fœmina eſt. *l. lege. 12. tabul. in fi. C. de leg. hered.*

Mulier pudorem naturalem habere debet, ſe non omnibus manifeſtandi *l. optimam. C. de cont. & com. ſtip.*

Mulier poteſt redimere damnatum à pœnâ, ſi cum petat in matrimonium *l. commiſſum. C. de adult.*

Mulier poteſt renunciare hypothecis dotalibus. *l. vbi adhuc. C. de iur. dot.*

Mulier poteſt ſuſpecti poſtulare. *l. 1. C. de ſuſpect. tutor.*

80. Mulier vim pati poteſt integrâ voluntate. *leg fœdiſſimam. C. ad l. Iul. de adult.*

Mulier vindicare poteſt res ſuas extantes. *l. in rebus dotalib. C. de iur. dot.*

Mulier non poteſt marito ſine iuſtâ causâ repudium mittere. *Nou. 117. cap. 13.*

Mulier quandoque non eſt prior ceteris creditoribus. *Nou. 97. cap. 3.*

Mulier retinendo ſuas res ſeparatas à bonis mariti, creditores ab iis excludit. *Nou. 53. cap. 6. §. 1.*

Mulier dotem augens conſtante matrimonio (ſecus in mobilibus) præfertur creditoribus. *Auth. ſed iam. C. de don. ante nupt.*

Mulier fideiuſſorem dans in delictis leuioribus euitat carcerem. *Auth. Hodiè. C. de adulter.*

Mulier gerens pro tutore tenetur ad reddendam. *l. 1. C. de iur. Dot.*

Mulier indotata eſt infelix. *l. fin. in pr. C. eod.*

Mulier ingenua vapulare non debet. *l. conſenſu. C. de Repud.*

90. Mulier inſtitoria vel exercitoria teneri poteſt. *l. 4. C. de inſt. & exercit. act.*

Mulier interueniens pro alio iuuatur. *SC. l. 1. Cod. de oblig. & act.*

Mulier interueniens accepta pecunia conuenitur in quantum facere poteſt, ne inopiâ fatigetur. *leg. antiqua. C. ad Senat. C. Vell.*

Mu-

Digitized by Go

Mulier innita in ſcenam pertrahenda non eſt. *leg. fin. Cod. de nupt.*

Mulier liberos habens marito dotem cõſtituere poteſt vſque ad certam quantitatem. *l. 1. C. de inoff. dot.*

Mulier mandans fideiubere non tenetur mandari. *leg. ſi vxor. C. ad Vell.*

Mulier minor dotare poteſt curatore auctore. *l. rem quam pater. C. de inoff. dotib.*

Mulier minor reſtituitur in damno, non autem in lucro. *l. quamuis. C. de iur. & fact. ignor.*

Mulier monaſterium ingrediens, liberis non extantibus res ſuas acquirit monaſterio. *Auth. ingreſſi C. de SS. Eccl.*

Mulier nubens intra tempus luctus eſt infamis. *l. 1. in pr. C. de ſec nupt.*

100. Mulier prægnans nec torquetur, nec decapitatur. *Bart. l. prægnantes. nu. 1. ff. pœn.*

Mulier debet virum ſuum iugiter ſequi. *c. vnumquodque 13. q. 2.*

Mulier eſt ſagacior maſculo *l. 2. C. de his qui ven. ætat.*

Mulier arbiter eſſe nequit. *l fin. C. de Recept. arbit.*

Mulier caſtitatis debet eſſe obſeruatrix. *l. ſi qua illuſtris mulier. C. ad SC. Orfic.*

Mulier cauere idoneè non poteſt. *l. 3. C. de V. S.*

Mulier in damno iuuatur iuris ignorantia. *l. iuris ignorantiam. C. qui admit. ad bon. poſſ.*

Mulier poteſt expelli è domo ob vitam meretricem. *l. 3. C. de Lac. & cond.*

Mulier fragilitate naturæ ſuæ in repentinam inopiam non eſt deducenda. *l. 1. §. penul. C. de rei vxor. act.*

Mulier iuris ignorantiâ non iuuatur in petenda bonorum poſſeſſione. *l. iuris ignorantiam. C. qui admit. ad bon. poſſ.*

110. Mulier incarcerari non debet in eodem carcere cum viris. *l. 3. C. de euſt. reor.*

Mulier poteſt ſe obligare principaliter. *l. 2. C. ad Vellei.*

Mulier poteſt obligari in ſolidum rei communis ſeruandæ causâ. *Authen. ſi qua. C. eod. tit.*

Mulier vno partu quinque filios parere poteſt. *l. vtrum §. 1. ff. de reb. dub.*

Mu-

Digitized by Google

Mulier in diuiſione habet optionem ſicut minor. *Bald.l.i. C.de hic qui ſe def.lib:10.*

Mulier ſterilis habet priuilegium dotis. *Bal.c.1.§. mutus in fin.Epiſc.vel Abbat.*

Mulier nubens ſimpliciter non facta mentione dotis,videtur dare in dotem omnia bona ſua. *Bart.l.à filia.§.vxor. ff.ſol.mat.*

Mulier excuſatur à verâ contumacia. *Ang. leg. vbi. ff. de Edend.*

Mulier dicitur poſtquam corrupta eſt. *gloſſ.l.alioquin.ff.de contr. empt.*

Mulier habens virum non poteſt expelli de matrimonio ob dotem conſumptam. *l.generalitate.C.ad SC.Vell.*

120. Mulier non præſumitur in dolo. *l.vlt.ff.de Edend.*

Mulier non conficiens inuentarium non excuſatur de rigore iuris ſed de æquitate ſic. *Bald.l.fin.C.de iur.delib.*

Mulier tutrix tenetur ad rationem reddendam. *l.1.C. de eo qua pro tutor.*

Mulier caput & finis familiæ eſt. *l pronunciatio in fin. C.de V. ſignif.*

Mulier curatrix eſſe poteſt. *leg. ſcire. ff. de tutoribus & curatoribus.*

Mulier dotatur vt ciuitatem liberis expleat. *leg.1.ff.ſolut. matrim.*

Mulier excuſatur propter imperitiam. *leg. 2. ff. de vent. inſpiciend.*

Mulier executrix poteſt eſſe. *l.à filio.ff.de alim.*

Mulier funerari debet de dotibus. *leg. in eum. ff. de Relig. & ſumpt.*

Mulier poteſt nubere intra tempus luctus cum venia principis. *l.ſolet à principe.ff.de his qui not. infam.*

130. Mulier poſtulare nequit pro alio. *leg. 1. §. ſecundo. ff. de poſtul.*

Mulier poteſt renunciare Velleiano. *leg. fin. ff. ad Senat.C. Velleia.*

Mulier cogitur reſpondere. *l 1.ff. de pact.dot.*

Mulier poteſt quandoque eſſe teſtes. *l.ex eo.ff.de teſtib.*

Mo-

Mulier adoptare non potest, nisi ex causa. *l. mulierem. Cod. de Adopt.*

Mulier agere nequit in iudicio. *l. maritus. C. de procur.*

Mulier nupta transit in familiam viri. *Menoch. cons. 220. num. 30.*

Mulier debet præstare operas. *l. scierit. ff. de oper. libert.*

Mulier facilius se obligat, quam suum donet. *l. sed si ego in fin. ff. ad Vellei.*

Mulier retinet dignitatem, suam habet à patre, donec núbat pleibeio. *l. Fœmina. §. 1. ff. de senat.*

140. Mulier non habet familiam. *Decius cons. 481. num. 11*

Mulier periculo viri benè agentis locupletari non debet. *l. fin. ff. de pact. conuent.*

Mulier luxuriosa præsumitur & prodiga. *Fel. c. pastoralis. col 3. de iud.*

Mulier non prohibetur dare vniuersa bona in dotem. *gl. l. nulla. C. de iur. dot.*

Mulier sua natura mutabilis est. *Menoch. de præsumpt. lib. 4. q. 165. num. 21.*

Mulier duobus viris nupta esse non potest. *§. sacrum instit. de nupt.*

Mulieres non libenter expendunt. *leg. sed si ego. in fin. ff. ad SC. Vell.*

Mulier naturaliter manet domina rei dotalis. *l. in rebus. C. de iur. dotium.*

Mulier non dicitur parere filium, qui ex ventre secto extrahitur, sed dicitur habuisse filium. *Bart. l. Arethusa. ff. de stat. hom.*

Mulier virgo nolens nubere gaudet priuilegiis nuptarum. *l. imperialis. C. de nupt.*

150. Mulier citius confitetur quam vir. *leg. deferre. ff. de iur. fisc.*

Mulier habet momentaneum & instabile cor. *c. forus ext. de Verb. sign. l. filia. C. de inoff. test.*

Mulier humilis & abiecta est, quæ non est ab ignauis parẽtibus nata, aut quæ vitam impudicam agit, non quæ pauper est. *l. humilem. C. de incest. nupt.*

Mulier nec iure vxoris vel extranei maritum de adulterio accusare potest *L1. C. ad l. Iul. de adult.*

Mulier ad accusandum admittitur, si suam suorumque iniuriam prosequatur. *l. vxor tua. C. qui accus. non poss.*

Mulier in donatione propter nuptias priuilegium prælationis non habet. *l. fin. C. qui pot in pig. hab.*

Mulier potest comparere ad excusandum absentem. *Bar. l. pœn. §. ad orimen. ff. de publ. iud.*

Mulier hæretica non habet priuilegia in dote. *Ang. Auth. de priuileg. dot. coll. 8.*

Mulier transiens ad secundas nuptias potest dare in dotem secundo viro omnia sua bona. *Auth de nupt. §. augmentis. vbi Angel.*

Mulier non est priuilegiata, quando nititur ex cessione. *Bal. add. Spec. de cess. act. V. cessio facta.*

160, Mulier nullam habet discretionem. *l. cum prator. ff. de iudic.*

Mulier secundo nubens facit iniuriam primo viro. §. *qui vero in fin. Auth. de secund. nupt.*

Mulier mortuo viro alenda est intra annum ab heredibus viri, si non habet, vnde alatur aliunde. *gl. & DD. l. diuortio. ff. sol mat.*

Mulier prægnans dicitur quasi valetudinaria. *leg. inuiti. ff. de testib.*

Mulier præsumitur acquirere ex bonis viri. *Lquinius. ff. de don int. vir. & vx.*

Mulier non potest esse testis in testamento. *l. qui testamento. §. mulier. de testam.*

Mulier non punitur non petens tutorem filiis impuberibus habentib. pusillum patrimonium. *l. 2. ff. ad Tertull.*

Mulier de Velleiano non certiorata, si renunciet, non tenet renunciatio. *l. antiqua. §. ne a. C. ad Vell.*

Mulier vilis carcerari potest. *Bal. l. consentaneum. Cod. quomod. & quand. iud.*

Mulier prægnans non potest mortua sepeliri, nisi prius aperiatur, *Bar. l. negat ff. de mort. infer. (de conceff. præb.*

170. Mulier est incapax beneficiorum. *Inn. c. cum nostras.*

Muli-

Mulier fornicans fit infamis, & perdit nobilitatem. *l. Cassius. ff. de Senator.*

Mulier non dicitur diuertisse, quæ breui reuersa est. *l. plerisq. ff. de rit. nupt.*

Mulier obligatur ad funus. *leg. si quis sepulchrorum. §. funus, ff. de Relig.*

Mulier claris orta natalibus si plebeis nuptiis copulatur parentum claritudine non gaudet, sed habetur vt plebeia. *l. femina. ff. de Senat.*

Mulier in viri demortui loco & conditione persistere censetur. *l. filii §. Vidua ff. ad. municip.*

Mulier punitur mitius quàm vir. *Oldrad. consil. 290.*

Mulier adultera propter adulterium perdit dotem, donationem propter nuptias & bona paraphernalia. *leg. consensu. C. de repud.*

Mulier etiam pro filio suo non admittitur in iudicio defendendum? licet filius esset pupillus. *l. alienam. Cod. de proc.*

Mulier donans excedit naturam sexus sui. *l. si stipulatus. §. si vxor. ff. de don. int. vir. & vxor.*

180. Mulier in potestate sua liberos non habet. *§. fœmina inst. de Adopt.*

Mulier minus audet, quam masculus. *l. quisquis. §. ad filios. C. ad l. Iul. maiest.*

Mulier grauida excusatur, licet non veniat in iudicium. *l. 2. §. si non ff. si quis caut.*

Mulier committens adulterium punitur pœnâ mortis, *gl. l. quamuis. C. de adult.*

Mulier volens mortem filii persequi, prius probare debet, se esse matrem. *l. non ignorat. C.*

